BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
19 — I
55

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Ex Leg.° Ill.mi Coccini

54.2.61

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



IDOLOLATRIA HVGVENOTICA,

seu

Luthero Calviniſtica

Ad Exemplar Ethnicæ Veteris expreſſa,

Et Octo libris comprehēſa.

A R.do P. LVDOVICO RICHEOMO Soc: IESV primū gall: edita; nunc verò A R.do P. MARCELLINO BOMPAR Eiuſdem Societ. latinitate donata et edita

Permiſſu Superiorum.

MOGVNTIÆ
Sumptib. Petri Hēnigi Bibl. colon. Aňo
1613.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Biblot. Socr Coll. Rom. Soc. Jesu

HENRICO IV. FRANCORVM, ET NAVARRÆORUM Regi Chriſtianiſſimo.

EVIT hoc à natura datum, & in omnium Sapientum Scholis receptum oraculum, HENRICE CHRISTIANISSIME, nihil in terris eſſe diuinius, quàm ſtudio, gratia, atque beneficiis hominum voluntates ſibi deuincire; omniumq; calculis approbatum hoc item effatum, quo Reges viuæ Dei præpotentis imagines eſſe dicerentur. Quamuis enim mortales omnes in ſe expreſſam numinis immortalis ſimilitudinem habeant, præcipua tamen ratione id Regibus, viriſq; Principibus con-

Reges viuæ Dei imagines appellati.

ſtat attribui; quandoquidem illi quâ Reges,populiq; Rectores ſunt,Perſonam eximiam in illo ſublimi, illuſtriq; ſolio ſuſtinent; ac veluti numina quædam terreſtria, ſingulari beneficentia,recteq; factis, de ſuis clientibus benemerentur; omniumq; populorum ſuæ authoritati, fideiq; concreditorum commodis,vt prouidi paſtores, quo nomine eos ornat Homerus, incumbunt; qua maximè in re diuinam illam, ſummâq; Maieſtatem, omnia hominum cauſa molientem, ac perficientem imitantur. Quin etiam ipſe æterni Dei filius,Regum Rex.ac viua ſui Patris imago, fidem atque authoritatem eidem effato tribuit, ſuoq; illud exemplo reddidit illuſtrius, ſerioque oſtendit,hoc Deo, Regibuſque ſolenne ſeruari, vt in mortalium ſalutem inuigilent, cum eam ob ſolam cauſam è cœlo ipſe in terras delapſus, mortalem naturam induerit; & iam inde à tophaceo ſpecu, durisque incunabulis,in quibus à virgine editus eſt, ad crucis vſque cruciatus extremos, facta, dicta,cogitataque omnia ad hominum contulerit vtilitatem, ſui vt ſanguinis pretio miſerandæ Adami ſoboli tandem immortalis vitæ hæreditatem acquireret; in idque ſtudioſius incubuit, quo excellentior eſt

Dixi, Dÿ eſtis. Pſal. 8. 6. Ioan. 10.

Dei proprium ſalutē dare

præ

præ hominibus ipſis, vel Angelis ſui imago genitoris; & quidem imago non vt illi, artificio quodam adumbrata, ſed naturalis plane, viuisque coloribus, ex ipſa nimirum diuinitate delibata, imo eadem omnino cum patre ſubſtantia.

Ex quo idem ille Deus Opt. M. Te Rex inuictiſſime, in liliato Francorum ſolio collocauit, & dexteram hanc inuictam regio ſceptro inſigniuit, tua in mente ſui effigiem excellenter expreſſit, deſideriiq; flammam qua te in tuorum promouenda ſalute flagrare videmus iniecit, omnium inquã tuo ſubditorum imperio, ſed eorum præſertim, qui extra Eccleſiæ Catholicæ caulas, per dirupta, & auia portentoſarum opinionum deſerta palabundi vagantur. Ad quos alliciendos Tua Maieſtas omnes benignitatis fontes aperuit, nihilque quod in clementiſſimi Principis, ſtudioſiſſimiq; parentis mentem venire potuerit hactenus prætermiſit, eos vt è luporum faucibus ereptos, in caulas ouium Chriſti ſummi paſtoris colligat, quacunq; oblata occaſione tum verbis ac factis, tum ipſa vultus alacritate exhibita quantam percipiat animo lætitiam, cum audit eorum aliquem poſita pertinacia, recens ad Catholicorum numerum acceſſiſſe.

Regia Maieſtatis ſtudium.

Nec verò diuini huius ſtudii, & amoris ardor intra ampliſſimos tui imperii fines, ad tuæ duntaxat gentis vtilitatem detinetur incluſus; quinetiam pacis conciliandæ, ac vniuerſæ Eccleſiæ amplificandæ cauſa, longe lateque porrigitur, ad eas nimirum occaſiones, quas T. Maieſt. rerum curſus humanarum afferre conſueuit.

Vidimus enim, vt vis huius flammæ ſuauem, ac viuidum calorem Sedi Apoſtolicæ ſuperioribus his diebus afflauerit, quem Paulus V. tui Delphini, optati liliorum germinis, in ſacro fonte fideiuſſor, in eadē Sede Petri collocatus perſenſit, mota inter ipſum ac Venetos controuerſia; quandoquidem conſilio, & opera Illuſtriſſ. Cardinalis Franciſci à Gaudioſa (quem vt natione, ſic animo verè Francum, ſummæq; prudentiæ, ac pietatis Antiſtitem licet agnoſcere) T. M. (vt primogenitum Eccleſiæ filium decebat) eam mira felicitate compoſuit; ac non modo antiquam illā nobilemq; Rempubl. Sceptri Gallici ſtudioſam, verumetiam Chriſtianum orbem vniuerſum beneficio nullo vnquam tempore intermorituro ſibi deuinxit, cum excitata ſcintilla tam atrox illi atque funeſtum comminaretur incendium, vt eius flamma cœlos, cine-

res

res autem atque fauillæ intimos terrarum ſinus centrumq; penetratura fuerit.

Iam vero ea in ſpe ſunt optimi quique, fore vt EccleſiæDei alumni,qui vel vltimas orbis plagas incolunt, huius tam prolixæ benignitatis fructum colligant ampliſſimũ; ſiquidem T. M. certam huius ſuæ clientulæ Societatis hominibus à Summo Turcarum Imperatore Peræ, quæ fuit olim Pinthus Conſtantinopoli proxima, ſedem, ac domicilium obtinuit, vt eo labores conferant ſuos,cruciſque vexillum in medias Mahumetanorum Chriſti hoſtium turmas inferant; ſummoque ſtudio contendant vt in ore,atque oculis Barbarorum Chriſtiani ſuauiſſimum Iesv nomen vſurpent.

Non patiuntur huius loci,atque temporis anguſtiæ Henrice Maxime, vt hæc illuſtria rerum à te geſtarum capita,perampla panegyri digniſſima longiore verborũ ſerie perſequar: nec vero poſſet tanta rerũ ſeges intra breuem honorariæ epiſtolæ ſinum includi; ex cuius circumſcriptione vt ne excedam,hoc tantum dicam T.Maieſt. quemadmodum in bello egregiis ſummi Imperatoris virtutibus, perſonã ſuſtinuit. ita modo parta eiuſdem auſpiciis pace, expreſſam iſto pio zelo Domini exercituum,

Digitized by Google

ac veræ pacis authoris effigiem exhibere. Quod ſi nouæ iſtius Religionis, quæ Reformata prætenditur, homines (vt ad cœptum de eorum reductione ſermonem redeam) erga eandem T. M. ſe aliquando cliẽtes officioſos præſtiterunt; exiguum illud, ac debitũ ſeruitutis officium eis apparat diuino liberalitatis genere cõpenſare: ſin vero verbis, factisq; offenderunt, Chriſtianũ in morem ſe vlciſci cogitat, nihil videlicet mali cuiquam inferendo, ſed omnes potius ſibi aſtringendo beneficentia immortali.

Poſtquam mihi Deus hanc mentem dedit HENRICE, vt dato huic Societati nomine, in filii ſui caſtris militarem, eodem, quo illa, ſpiritu animatus, & ex eiuſdem inſtituto cogitationes meas omnes ita accommodare ſemp optaui, nihil vt in hac vita mortali aliud, quam ſempiterni ipſius numinis gloriam, animarumq; ſalutem expeterem; meaque pro facultate promouerem. Atque vt ingenuè fatear, eo mihi, Sociiſque meis maiores T. Maieſt. addidit ad id præſtandum animos, quo efficacior eſt Monarchæ Chriſtianiſſimi zelus ad excitãdos ſuo exemplo addictos ſuæ Maieſtati viros Religioſos, qui patrimonia, fluxas opes, ipſũq; mundum, & fugaces eius honores, valere iuſſe-

iuſſerunt, vt his ſoluti, atq; expediti rerum diuinarũ ſtudio, ſalutiq; mortaliũ vacarent.

His ego ſtimulis excitatus, anno ſuperiore generalem quandam, breuem tamen doctrinæ à Miniſtris in Chriſtianum orbẽ nuper inuectæ, refutationem fueram mente complexus, eo quidem conſilio, vt in lucem emitteretur, verumtamen Prouinciæ mihi commendatæ negotia, ac penè continuæ peregrinationes me quò minus potuerim hucuſq; cogitata perficere, retardarũt. Nunc autem aliquantulum otii ad reſpirandum nactus T. M. patrocinio, atq; authoritate fultus, hoc tandẽ opus in hominũ conſpectum, lucemq; proferre conſtitui; quod ſperem illud T. M. pro ea qua in oẽs eſt clemẽtia, ſuæ benignitatis aura proſequuturã.

Operis inſcriptio non aliunde, quam ex intimis rei ſubiectæ viſceribus eruta eſt; prima fronte aduerſariorum obiecta calũniis, quorũ ſtudium ſemper fuit, iam inde ab iſtius, quã Reformatam obtendunt, incunabulis, nos verbis atrocibus tanquã Idololatras criminari, optimamq; parẽtem noſtrã Eccleſiam Catholicam quibuſcunque poſſunt modis, vt infamem Idololatriæ, ac ſuperſtitionum Synagogã paſſim inſectari. At.n. Deo propitio planè cognoſcent, hãc tantã *Libri titulus.*

 impie-

impietatis notam in eos ipſos iure, meritóque retorqueri; cum ipſi merum Idolorum cultum profiteantur, & doceant; quantũcunque ſoleant, ſe. vt Chriſti peculium, æterniq́; numinis delicias iactitare.

Operis diuiſio. In octo libros facta eſt totius operis diuiſio: duobus prioribus vniuerſum oſtenditur, idque ex receptis in Schola aduerſariorum effatis, ipſoſmet vere eſſe, dicique debere Idololatras: deinde ſex reliquis, quænam eorum ſint Idola ſigillatim explicatur, planumque fit Cacodæmonem incredibili vafricie in hac Nouatorum Secta Saturni, Iouis, Veneris, aliorumque eiuſdem Ethnicarum ſuperſtitionum ſimilitudinem excitaſſe. Cum enim nõ poſſet, vt SS. Patres obſeruarunt, ſimulachra ex auro, argẽto, marmore, aliiſq́; craſſioribus materiata rebus, veteriq́; ſuperſtitione effigiata, Chriſti Saluatoris aduentu, & Euangelii prædicatione proſtrata dudum, abolitaque reponere, mira calliditate ſpiritales quaſdam quæ ſub aſpectum non caderent ſtatuas, ad typum antiquarum fabricatus eſt, palamq́; ſubſtituit, eo profecto pernicioſiores, quo interiores ſunt, & inſidioſius veram religionem impugnant. Quod ſi luce id clarius expoſuero T. M. non exiguam, vt mihi quidem perſua-

Hæreſes in veterum Idolorum vicem ſubinductas.
S. Cypr. de vnit. Eccl. Mon. 2.
S. Auguſt. lib. 18. de Ciu. c. 51.

perſuadeo, capiet voluptatem; hinc enim videbit patefactos Sathanæ hominum impoſtoris cuniculos, acris iuxta ac maligni ad euerſas ambitionis ſuæ ruinas inſtaurandas; indeque coniiciet inductam ab eodem architecto Hæreſim breui interituram; vt enim ſcribit S. Hieronymus hæreſim detexiſſe, & in omnium lucem eius expoſuiſſe deformitatem, ad eam refutandam, planeque proterendam ſufficere: ſiquidem ignominia ac dedecus iſti monſtro, non minus quam lumen vlulis, atque veſpertilionibus, mentem, oculosque perſtringit. Atq; præter vtilitatem, quam Nouatoribus iſtis eſt hoc opus allaturum, ſi firmis tamen ac perſpicuis rationibus ſe doceri, perſuaderique patiantur, erit etiam iuuentuti Catholicæ, & iis qui Gentilium Scriptorum monumẽta peruoluunt, fructuoſum ac ſalutare: hinc enim nonnullam lucem accipient, quæ ſit illis, vt viæ aduerſus imminentia fidei, morumq; naufragia; quæ non raro faciunt, quicunq; in profanis Priſcorum ſcriptis inquinatiſſimis temere, nec adhibita cautione verſantur. Hic abſque vllo contagionis periculo, flagitiorum colluuiem, & execrandam inanium deorum obſcœnitatem, nec ſine vtilitate miſerabilem Ethnicorum ſortem

Hæreſis detecta, refutata eſt.
S. Hieron. ad Cteſiph.

Immortale Dei beneficium ſuos

tem inſpicient,ſimulq́; immanem Sathanę tyrannidem, cuius acerbiſſimo ſeruitutis iugo,vincti, oppreſſique tenebantur. Hic denique ſingularem, planeq; diuinam Dei O.M.erga Chriſtianos beneficentiam contemplabuntur; quod eos per vnigenam Filium ſuum in libertatem vindicarit,& ex horrendis errorum, ac ſuperſtitionum tenebris ad fruendum luce veritatis,veræque religionis eduxerit. Quæ profecto cognitio erit panchreſtum alexicacum tanto opportunius adhibitum, quãto propenſiores ſunt huius æui mortales ad inſpiciendas curioſe, penituſque cognoſcendas Ethniciſmi doctrinas, quæ nulla animi prouiſione, nulloq́; ſumpto antipharmaco ſuauiter hauſtæ,non eos quidem ſcientia conſpicuos efficiunt, ſed fidei potius ſanctitatem prauis infuſis opinionibus inficiunt;quo fit vt facile ſibi perſuadeant veram religionem perinde commentitiam eſſe, vt ea quæ de fictis horum numinum fabulis afferuntur; & quod extremum malorum eſt, Diagoræ placitis adhærentes, nihil ſperant, creduntue,niſi quod externis ſenſibus obuerſatur. Feciſſet vtinam Deus immortalis, ne ea quæ hic à me differuntur, quamplurimi huius ætatis homines ſuo confirmaſſent

ab Idolorũ cultu liberantis.

ſent

ſent exemplo; qui ex D. Pauli vaticinio nau fragiũ fidei fecerunt, & à veritate auertẽtes auditũ, ad fabularũ ſunt conuerſi vanitatẽ. 1.Tim.1.19 2.Timo.4.4.

Cæterum vt vehementer exopto, meus vt hic labor ſit omuibus fructuoſus, ac ſalutaris, ita mihi tantum de pio T.M. zelo polliceor fore, vt non modo tibi gratus habeatur, verumetiam vt regii fauoris, ac nominis patrocinio ſuffultus, tum à Catholicis hominibus, tum etiam ab iis qui volunt Reformati videri, humaniter admittatur, probeturque ab hiſce præſertim ſi vna cum veritate, quam argumentorum pondere, rationumque momentis euidentiſſime corroboratam expono, nonnihil menti, propoſitoque meo, ac Sociorum tribuendum putent; cum non aliò ſpectemus, quam vt illi omni errore liberi ſanentur, morbiſque animi profligatis integra valetudine fruantur. Et vero cum illi nomine Chriſtiano gloriẽtur, par eſſet eos huius appellationis ratione non minori erga nos eſſe humanitate, quam noui orbis incolæ barbari, & efferati canibales, qui niſi penitus exuerint hominem ex homine, nequaquam nos inimicè inſectantur, imò verò ſe adeuntes peramanter excipiunt, ſummaque beneuolentia complectuntur, tametſi videant Sylueſtrium Indorum humanitas

nos

nos diis ſuis, ac Idolis bellum indixiſſe, propterea que perſuaſum habent, id à nobis, nō noſtri commodi, ſed ipſorum ſalutis gratia factitari. Enimuero vehementer hallucinātur aduerſarii, ſeque nimis credulos Miniſtris præbent, quod nos ſibi inimicos arbitrentur; nam ſi committatur veritati iudicium, ea decernentė conſtabit, nullos ſibi amiciores eſſe, quandoquidem noſtra omnis in hoc verſatur induſtria, vt ipſi è ſempiterno exitio in quod aguntur præcipites, erepti, ad immortalem, beatamq; vitam nobiſcum aſpirent, cuius adipiſcendæ ſtudio caducis rebus abiectis, vnius Dei gloriæ, hominumque vtilitati ſeruire contendimus. Quod ſi minime fucatum, & ab omni vanitate alienum coram hac Tua Maieſtate mea manu conſignatum velint habere teſtimonium, Deo O. M. Teq; Rex Chriſtianiſſime vidente, audienteque hoc ſcripto profiteor, magis me nihil, quam vt veram ſalutem aſſequantur, optare, & in id ſtudium omne meum conferre velle, imo quicquid in meo corpuſculo, annis iam & curis pene confecto reliquum eſt virium, ſanguinis ac vitæ, ſi eſſet opus profundere: atq; pro certo affirmarim, in hac Societate eiuſdē mentis eſſe, quotquot eodem, quo illa, ſpiritu aguntur.

Digitized by Google

guntur. At ne faſtidio tibi ſim Rex Clementiſſime, orationis longitudine, cuius in alto exultantis vela tuæ lenitatis aura prouexit, in portum aliquando inuehatur epiſtola, in eoque conſiſtat, dum æternæ Maieſtatis numen oro, votiſque nuncupatis obſecro, Tibi vt ſemper, Reginæ, Delphino, Aurelianenſique Duci, ac toti Liliatæ Francorum Familiæ peculiari fauore, ac numine adeſſe, Regnumque tuum omni bonorum genere cumulatum ſartum tectumq; velit tueri. Lugduni feriis S. Ludouico Maximo T. Maieſtatis proauo dicatis 25. Auguſt. 1607.

Tuæ Chriſtianiſſimæ
Maieſtatis

Humillimus, obſequentiſſimus, ac fideliſſimus in Chriſto ſeruus & ſubditus.

Ludouicus Richeomus.

EX-

Priuilegium Cæſareum.

CVM *Sacræ Cæſareæ Maieſtatis decreto omnibus & ſingulis Typographis ac Bibliopolis, ac aliis quamcunque librariam negotiationem exercentibus ſerio firmiterq; inhibeatur, ne quiſquam vllos libros à noſtris Patribus hactenus editos, vel in poſterum edendos intra ſacri Romani Imperii regnorum, & dominiorum ſuæ Cæſ. Maieſtatis hæreditariorum fines ſimili vel alio characteris genere, aut forma, ſiue in toto ſiue in parte recudere, vel alio recudendos mittere, aut alibi etiam impreſſos adducere, vendere & diſtrahere, clam ſeu palam, citra iudicium ac teſtimonium ſupradictorum Patrum audeat vel præſumat: concedo ego* HENRICVS SCHERENVS *Societatis* IESV *per Rheni prouinciam Præpoſitus Prouincialis* Petro Henningio Bibliopolæ Colonienſi *facultatem excudendi* R.P. Ludouici Richeomi *Societatis noſtræ Theologi Librum qui inſcribitur,* Idololatria Huguenotica à R.P. Marcellino Bompar *eiuſdem Societatis latinitate donatum. In cuius rei fidem hoc ei teſtimonium propria manu ſubſcriptum dare voluimus. Coloniæ 19. Martij Anno 1613.*

Henricus Scherenus.

Digitized by Google

EXPOSITVS ECCLESIÆ DE VICTIS IDOLOLOLATRIA, ET HÆreſi triumphus, qui primæ tabellæ leniore typo expreſſus eſt.

ID ea prima libelli pagella, quaſi operis veſtibulo deſcripto reconditos, diuinosq́ ſenſus Myſterio premit, & exprimit, de Idololatria, & Hæreſi debellatis decretum Eccleſiæ triumphum; quæ quidem huius voluminis eſt ſubiecta materies. Ædificij porro forma quanquã varia, & cõpoſita eſt, Doricæ tamẽ ſtructuræ rationis plus in ſe traduxit: quippe Dorica columnarũ indoles grauior, viriliorq́ bellicis monumentis, victoriis, trophæisq́ erigendis conuenientius adhibetur. Area in intercolumnium incluſa totiusq́ operis indice, tituloq́ inſcripta ſtylobata nititur, quem voluta foliis enaſcentibus ornata vtrinq́ bellulo artis lenocinio definit. At volutis intercepta, mediaq́ ſcuti forma cui ſupra imminet roſa, infra ſubiectam habens alatã Angeli faciem, hinc inde Lauro victrice è ſcuti proiectura manante pulchro ſpectaculo effloreſcit: atq́ his typographi in ſcuti ſuperficie inſcriptum nomen ambitur. Suſpice deinde epiſtylij faſtigium, quod totum modulis Doricis deſcriptum eſt in coronis principibus, & medianis, præter zophorum, cymatia, denticulum cæteramq́ venuſtam, & ſolennem epiſtyliorum ſpeciem. Viden' vt inter metopas emineant boum, arietum, & huiuſmodi animalium capita, quibus error gentilitius Cacodæmoni litauit? Supra extant Idololatria, & Hæreſis ad aram è marmore disfractam catenis vinctæ, iugumq́ paſſæ. In ſtructuræ faſtigio ſtatuam Eccleſiæ adumbrat vmbella, cum panno, tum arte phry-

te phry-

te phrygia perelegans, tum maximè auguſto IESV nomine inſignis; cui ferendæ appoſitum proſtat par Angelorum: par enim alterum in poſtico poſitum vt appareret, opticæ Leges non tulerunt. Porro ipſa Eccleſia ſtolata, habituq; matronali cum poſitu, tum veſtitu grauis, & modeſta faſtigio humano videtur excelſior, ſalutari cruce ferenda manus altera, altera volumine Diuinam doctrinam continente pontificia tiara, & clauibus authoritatis Diuæ ſymbolis geſtandis occupatur; quibus ideo impendet ſuſpenſus columbæ radiantis ſchemate diuinus ſpiritus. Vtraq; ex parte Laterum acroteria effingunt è cœlicolum cœtu ſurrecti iuuenes duo, qui palmas victrices hinc porrigunt ad Eccleſiam; inde gemino ancyli ſculpta ſuſtinent inſignia Chriſtianiſſimi Franciæ, & Nauarræ Regis; qui traduce maiorum pietate tranſmiſſo ſibi titulo, & primigenam Eccleſiæ filium, & huius, & Petri Cathedræ cõſeruatorem ſe profitetur. Plintho cui dexter incidit Angelus iſte Pſalmographi verſus latino charactere legitur: *Simulachra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominũ*: aduerſa plinthus pariter ſequente verſu inſcribitur: *ſimiles illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.* Sed adhuc te poſcit dexter columnæ ſcapus, cuius toto aſcenſu illigata, ductaq; ex aliis Idololatriæ trophæa, Mercurij caduceum, Iouis ſceptrum, fulmen, ſecuris ſacrificula, cæteraq; id genus Ethniciſmi agalmata, & trophæorũ antiquitatem, & ſculpturæ authoritatem habent. In huius columnæ zophoro hæc viſitur epigraphe: *Idololatria debellata*: qua innuitur, poſt victas Idolorum laruas hæc trophæa fuiſſe conſtituta. In baſi eiuſdem lateris in ære ſcalprum toreumatis ſtatuam Dagonis Arcæ diuinæ præſentis miraculo imminutam expreſſit: ſubq; proiectura coronidis Atlantis in ſpeciem Satyrus ſuis vinculis victam, vinctamq; teneri Idololatriam monet. E regione pari ingenio trophæa viſuntur, equus, lupus, canis, coluber, vulpes, locuſta,

locuſta, aliaq́; Apocalypſeos formæ; quæ naturæ ſimilitudine Hæreſim vt ſymbola ad amuſsim referunt. Supra id epigrammatis, Hæreſi ſubiugata, docet hæc trophæa de manubiis Hareſeos ſpoliisq́; collecta eſſe. Deinceps columnæ fulcro, ſcalptura tantillum prominente, Samſonis vulpeculæ caudis aliæ ad alias vinctæ, facibusq; maturæ ſegeti vaſtitatem inferentes, Hæreticos germano colore innuunt; ſua pſeudotheologia, ſuisq; quaſi ad caudam conatibus orthodoxæ fidei, atq; virtutibus ferentes incendium. Sub cephora coronæ Caryatidis inſtar columnā fulcit habitu hominem, & quidem modeſtum, honeſtumq́; mentiens lupus; nec enim lupum eſſe diſsimulant hirſuti, & vnguibus horridi pedes. Num myſticum id Hæretici agalma? qui cum verba mellita, moresq; ſuos ad humanitatis libellam fictos venditet; at cordis intimo ſinu, quaſi ſpelæo, rabiem fraudemq́; condit. Et vero Chriſtianorum nomothetes Chriſtus ſic id genus homines deſcripſit; Attendite vobis à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt Lupi rapaces.

Explicatam habes in libri limine ſtructam tabellam, in qua de Gentilium triumphata Idololatria, deque Hæreſi noſtri temporis antiquæ Idololatriæ noua propagine triumphus Eccleſiæ collocatus exhibetur.

Digitized by Google

te phrygia perelegans, tum maximè auguſto IESV nomine inſignis; cui ferendæ appoſitum proſtat par Angelorum; par enim alterum in poſtico poſitum vt appareret, opticæ Leges non tulerunt. Porrò ipſa Eccleſia ſtolata, habituq; matronali cum poſitu, tum veſtitu grauis, & modeſtiæ faſtigio humano videtur excelſior, ſalutari cruce ferendæ manus altera, altero volumine Diuinam doctrinam continente pontificia tiara, & clauibus authoritatis Diuæ ſymbolis geſtandis occupatur: quibus ideo impendet ſuſpenſus columbæ radiantis ſchemate diuinus ſpiritus. Vtraq; ex parte Laterum acroteria effingunt è cœlicolum cœtu ſurrecti iuuenes duo, qui palmas victrices hinc porrigunt ad Eccleſiam; inde gemino ancyli ſculpta ſuſtinent inſignia Chriſtianiſſimi Franciæ, & Nauarræ Regis; qui traduce maiorum pietate tranſmiſſo ſibi titulo, & primigenam Eccleſiæ filium, & huius, & Petri Cathedræ cõſeruatorem ſe profitetur. Plintho cui dexter incidit Angelus iſte Pſalmographi verſus latino charactere legitur: Simulachra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominũ: aduerſa plinthus pariter ſequente verſu inſcribitur: ſimiles illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Sed adhuc te poſcit dexter columnæ ſcapus, cuius toto aſcenſu illigata, ductaq; ex aliis Idololatriæ trophæa, Mercurij caduceum, Iouis ſceptrum, fulmen, ſecuris ſacrificula, cæteraq; id genus Ethniciſmi agalmata, & trophæorũ antiquitatem, & ſculpturæ authoritatem habent. In huius columnæ zophoro hæc viſitur epigraphe: Idololatria debellata: qua innuitur, poſt victas Idolorum laruas hæc trophæa fuiſſe conſtituta. In baſi eiuſdem lateris in ære ſcalprum toreumatis ſtatuam Dagonis Arcæ diuinæ præſentis miraculo imminutam expreſſit: ſubq; proiectura coronidis Atlantis in ſpeciem Satyrus ſuis vinculis victam, vinctamq; teneri Idololatriam monet. E regione pari ingenio trophæa viſuntur, equus, lupus, canis, coluber, vulpes, locuſta,

Digitized by Google

locuſta, aliæq; Apocalypſeos formæ; quæ naturæ ſimilitudine Hæreſim vt ſymbola ad amuſſim referunt. Supra id epigrammatis, Hæreſi ſubiugata, docet hæc trophæa de manubiis Hareſeos ſpoliisq; collecta eſſe. Deinceps columnæ fulcro, ſcalptura tantillum prominente, Samſonis vulpeculæ caudis aliæ ad alias vinctæ, facibusq; maturæ ſegeti vaſtitatem inferentes, Hæreticos germano colore innuunt; ſua pſeudotheologia, ſuisq; quaſi ad caudam conatibus orthodoxæ fidei, atq; virtutibus ferentes incendium. Sub cephora coronæ Caryatidis inſtar columnā fulcit habitu hominem, & quidem modeſtum, honeſtumq; mentiens lupus; nec enim lupum eſſe diſſimulant hirſuti, & vnguibus horridi pedes. Num myſticum id Hæretici agalma? qui cum verba mellita, moresq; ſuos ad humanitatis libellam fictos venditet; at cordis intimo ſinu, quaſi ſpelæo, rabiem fraudemq; condit. Et vero Chriſtianorum nomothetes Chriſtus ſic id genus homines deſcripſit; Attendite vobis à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt Lupi rapaces.

Explicatam habes in libri limine ſtructam tabellam, in qua de Gentilium triumphata Idololatria, deque Hæreſi noſtri temporis antiquæ Idololatriæ noua propagine triumphus Eccleſiæ collocatus exhibetur.

LECTORIBVS CALVI-
niano errore imbutis.

GRauis admodum mihi res eſt cũ veſtris Miniſtris (viri in Chriſto Ieſu dilecti) quos hoc toto meo opere alloquor; quod antequam facio, in ipſo limine hoc vobis proloquium præfigitur, ꝙ ſi nõ putabitis reſpuendum, rogo vos vt qua mente, atque conſilio præſcriptum eſt (veſtræ nimirũ inſtitutionis, ſalutiſque gratia) perlegatis. Iam vero ſi noua, & inopinata vobis videatur inſcriptio, cauſam inde habebitis ad deſpiciẽdum idoneam, ecquid legenti polliceatur, ac præſtet. Etenim ſi veſtris oculis obiicietur veritas, quam declaro, pietas quam propugno, mendacia quæ refello, Idola quæ detego ac protero, non ſine ſtupore cognoſcetis doctrinam, ad quam pro Religione reformata credendam, & hucuſque amplectendam eſtis inducti, nihil eſſe aliud quam informe, ac putidum Idololatriæ cadauer, maleque coagmentatam ſexcentarum ſuperſtitionum congeriem. Attoniti ſentietis quonam pacto infeſtus humani generis hoſtis, poſtremis hiſce temporibus veterum Idolorum, quæ iam pridem lux Euangelici diſſiparat, fragmenta atque quiſquilias collegerit, miraque vafricie conflarit, non corporeo quidem craſſoq; ductu, & externa quæ ſub aſpectum cadat, cõformatione menbrorum, ſed tam tenui, adeoque ſubtili figura, vt ab iis tantum, quib. acris ſit acies mentis, diſcerni queat: eiuſque modi ſint horum lineamenta ſimulacrorum, vt priſcorum quæ cæca colebat antiquitas ſimilitudinem ad viuum effingant.

Digitized by Google

ſingant. Stupefacti apud vos deprehendetis. Saturnum, Iouem, Venerem & cæteras in errantes ſtellas in noua reformatas; quæ nō quidem in materiato aſpectabilique templo, ſed intra veſtrę doctrinæ ſepta, ſuperaris, mentium veſtrarum collocata conſiſtunt. Horreſcet animus ad execrandas blaſphemias, maledictaque ſacrilega, quæ Lutherus, Caluinus, Beza aliique eiuſmodi veſtræ ſectæ Coryphæi, mente peſſima conceperunt, impuro ore vomuerunt, & contra Dei maieſtatem, ad ſummam Eccleſiæ ſuæ, Chriſtianique nominis, infamiam, & poſteritas omnis intelligeret, ſignis, literiſque mandarunt. Quod ſi Deus ille clementiſſimus vos adeo ſuo fauore ac numine, vt ego quidem opto, ſperoque proſequatur, quo ipſius ſacro verbo velitis acquieſcere, eiuſque luce illuſtrati, ius, & æquitatem fidei noſtræ aliquando tandem intueri, veſtros certe Miniſtros impudentiſſimæ calumniæ reos facietis, quod Idololatriæ crimine Catholicam Eccleſiam parentem noſtram optimam inſimulare ſint auſi; cum ipſimet horum deteſtabilium Idolorū, authores, ſculptores, Miniſtri, ac præcones extiterint. Nec dubitabitis eos furibus perſimiles dicere, qui vt à ſe recens patrati furti ſuſpicionem omnem auertant, furtū ab alio factum inclamant, ad compræhendendum furem hortantur: aut ſeniorib. adulteris qui ne flagitii ab ipſis deſignati conuincerentur, Suſannam caſtiſſimam vt adulteram accuſarunt, damnaruntque. Intelligetis nihil eſſe fallacius ad decipiendum, nihil vanius ad mentiendum, nihil repugnantius ad aſſerendum, nihil peſtilentius ad inficiendum oratione illius qui ſpōte decreuerit errare, vt enim

Senes duo Suſannam accuſant. Dan. 13. 36.

mendacium ſtabilire ſuum poſſit, fulcimentis illud veritatis adminiculatur. Et cum maledicta cogitat in cœlum iaculari, tum ex eius ore melle dulcior effluit oratio; & exquiſitiſſimas apparat epulas, vt iis venena permiſceat. In hoc genere Caluinus excelluit, ſingularis ad fallendum artifex, quẽadmodum in hoc opere ſum identidem oſtenſurus; oſtendique poteſt in ſingulis fere ſuorũ ſcriptorum paginis, in quibus de eadem re plane contraria docet, modo ait, modo negat, modo calidũ, modo frigidũ exhalat, nullus vt vnquam Proteus tam varias formas induerit. Attamen in tanta varietate, & inconſtantia, in doctrina qua Eccleſiam Catholicam oppugnat conſtare ſibi videtur; cætera vero quæ ab eo vere, beneque dicuntur, non ſunt eius fidei adſcribenda, ſed ad obtegẽdas modo fraudes vafre inſtar melliti embammatis inuecta ſunt quo facilius erroris venenum in legentium animos infundatur. E grege Miniſtrorũ qui oculati ſunt, craſſiores iſtius Doctoris errores, ac repugnantia dogmata, peruident; ſed non modo ea diſſimulant, quinetiam verborum vmbraculis nituntur obtegere, quæ cum tam craſſa ſint, vt nequeant occultare; rurſus tam abſurda, tam impia vt ea tueri recuſent, ingenue fatẽtur ſe à Magiſtro diſcedere, negantes nec in illius, nec alterius cuiuſquam verba iuraſſe, niſi quatenus ſcripturæ ſacræ conſenſerit. At ne hoc quidem effugio efficient ſe crimine vacare, quod talem admiſerint nouatæ Religionis authorem. Aut enim ſunt cum illo in rebus fidei conſociati, aut non; ſi prius, debent iis omnibus aſſentiri, quę ipſe in inſtauratione deperditæ, vt volunt religionis, ſuis ſectatori-

bus

bus credenda, tenendaque verbis,ſcriptiſque tradidit,cum ex D. Paulo fides ſit tantum vnica, quæ nequeat per partes, ſed in ſolidum modo poſſideri. Quare hic aditus illis ad euadendum occluſus eſt,& omnino credant Caluino neceſſe eſt, ſi Caluini fidem ſequantur. Si vero propter perſpicuos, qui in eius libris cernuntur errores,voceſque blaſphemas, ex toto, aut etiam in parte ab illo refugiunt,illum aperte hac diſceſſione in album hęreticorum referendum, & conſequenter Gebennenſem Eccleſiam hæreticam eſſe declarant, quādoquidem ea Caluinum,vt Beza in eius vita teſtatur, fundatorem, ac parentem agnóſcit. Dicent fortaſſe non magis pronuntiandum eſſe Caluinū Hæreticum eo quod de nonnullis fidei capitibus perperam ſenſerit, quam ex Patrib. antiquis non paucos, qui licet opiniones quaſdam minime orthodoxas amplexi fuerint, non propterea Catholici nominis appellatione caruerunt. At ego permagnum inter hos & illos diſcrimen eſſe reſpondeo; hi ſiquidem Patres cum ſe nunquam inani opinione ſui extulerint, ſeque potius ſummo Eccleſiæ iudicio,ac diſciplinæ, Chriſtiana modeſtia, animiq; demiſſione ſubiecerint, hæreſeos notam ſubire minime debuerunt. Caluinus autem non ſuperbe ſolum, ac pertinaciter prauas ſuas opiniones, errores contra iudicium. Eccleſiæ defendere, verum etiam cenſorem agere,Concilia Oecumenica,ipſamque Eccleſiam ſuum ad tribunal accire, & omnia Patrum decreta ſuo peculiari iudicio contraria per ſummam temeritatem & arrogantiam damnare eſt auſus. Non igitur hæreſis crimen effugiet, tot nominibus iu-

Vna fides Epheſ.4.5

Caluinus Geneuenſis Eccleſiæ fundator teſte Beza in eius vita

Caluini arrogantia.

Caluin.L. 4.Inſtit. c. 9.§.8.

nos diis ſuis,ac Idolis bellum indixiſſe, propterea'que perſuaſum habent,id à nobis,nō noſtri commodi,ſed ipſorum ſalutis gratia factitari. Enimuero vehementer hallucinātur aduerſarii, ſeque nimis credulos Miniſtris præbent, quod nos ſibi inimicos arbitrentur; nam ſi committatur veritati iudicium,ea decernentė conſtabit, nullos ſibi amiciores eſſe,quandoquidem noſtra omnis in hoc verſatur induſtria, vt ipſi è ſempiterno exitio in quod aguntur præcipites, erepti,ad immortalem,beatamq; vitam nobiſcum aſpirent, cuius adipiſcendæ ſtudio caducis rebus abiectis,vnius Dei gloriæ,hominumque vtilitati ſeruire contendimus. Quod ſi minime fucatum, & ab omni vanitate alienum coram hac Tua Maieſtate mea manu conſignatum velint habere teſtimonium,Deo O.M. Teq; Rex Chriſtianiſſime vidente, audienteque hoc ſcripto profiteor,magis me nihil,quam vt veram ſalutem aſſequantur,optare, & in id ſtudium omne meum conferre velle, imo quicquid in meo corpuſculo,annis iam & curis pene confecto reliquum eſt virium, ſanguinis ac vitæ, ſi eſſet opus profundere:atq; pro certo affirmarim,in hac Societate eiuſdē mentis eſſe, quotquot eodem,quo illa,ſpiritu aguntur.

Digitized by Google

guntur. At ne faſtidio tibi ſim Rex Clementiſſime, orationis longitudine, cuius in alto exultantis vela tuæ lenitatis aura prouexit, in portum aliquando inuehatur epiſtola, in eoque conſiſtat, dum æternæ Maieſtatis numen oro, votiſque nuncupatis obſecro, Tibi vt ſemper, Reginæ, Delphino, Aurelianenſique Duci, ac toti Liliatæ Francorum Familiæ peculiari fauore, ac numine adeſſe, Regnumque tuum omni bonorum genere cumulatum ſartum tectumq; velit tueri. Lugduni feriis S. Ludouico Maximo T. Maieſtatis proauo dicatis 25. Auguſt. 1607.

Tuæ Chriſtianiſſimæ Maieſtatis

Humillimus, obſequentiſſimus, ac fideliſſimus in Christo ſeruus & ſubditus.

Ludouicus Richeomus.

EX-

Priuilegium Cæſareum.

CVM *Sacræ Cæſareæ Maieſtatis decreto omnibus & ſingulis Typographis ac Bibliopolis, ac aliis quamcunque librariam negotiationem exercentibus ſerio firmiterq; inhibeatur, ne quiſquam vllos libros à noſtris Patribus hactenus editos, vel in poſterum edendos intra ſacri Romani Imperii regnorum, & dominiorum ſuæ Cæſ. Maieſtatis hæreditariorum fines ſimili vel alio characteris genere, aut forma, ſiue in toto ſiue in parte recudere, vel alio recudendos mittere, aut alibi etiam impreſſos adducere, vendere & diſtrahere, clam ſeu palam, citra iudicium ac teſtimonium ſupradictorum Patrum audeat vel præſumat: concedo ego* HENRICVS SCHERENVS *Societatis* IESV *per Rheni prouinciam Præpoſitus Prouincialis* Petro Henningio Bibliopolæ Colonienſi *facultatem excudendi* R.P. Ludouici Richeomi *Societatis noſtræ Theologi Librum qui inſcribitur*, Idololatria Huguenotica à R.P. Marcellino Bompar *eiuſdem Societatis latinitate donatum. In cuius rei fidem hoc ei teſtimonium propria manu ſubſcriptum dare voluimus. Coloniæ 19. Martij Anno 1613.*

Henricus Scherenus.

Digitized by Google

EXPOSITVS ECCLESIÆ DE VICTIS IDOLOLATRIA, ET HÆreſi triumphus, qui primæ tabellæ leniore typo expreſſus eſt.

ID ea prima libelli pagella, quaſi operis veſtibulo deſcripto reconditos, diuinosq́ ſenſus Myſterio premit, & exprimit, de Idololatria, & Hæreſi debellatis decretum Eccleſiæ triumphum; quæ quidem huius voluminis eſt ſubiecta materies. Ædificij porro forma quanquã varia, & cõpoſita eſt, Doricæ tamẽ ſtructuræ rationis plus in ſe traduxit: quippe Dorica columnarũ indoles grauior, viriliorq́ bellicis monumentis, victoriis, trophæisq́ erigendis conuenientius adhibetur. Area in intercolumnium incluſa totiusq́ operis indice, tituloq́ inſcripta ſtylobata nititur, quem voluta foliis enaſcentibus ornata vtrinq́ bellulo artis lenocinio definit. At volutis intercepta, mediaq́ ſcuti forma cui ſupra imminet roſa, infra ſubiectam habens alatã Angeli faciem, hinc inde Lauro victrice è ſcuti proiectura manante pulchro ſpectaculo effloreſcit: atq́ his typographi in ſcuti ſuperficie inſcriptum nomen ambitur. Suſpice deinde epiſtylij faſtigium, quod totum modulis Doricis deſcriptum eſt in coronis principibus, & medianis, præter zophorum, cymatia, denticulum cæteramq́ venuſtam, & ſolennem epiſtyliorum ſpeciem. Viden' vt inter metopas emineant boum, arietum, & huiuſmodi animalium capita, quibus error gentilitius Cacodæmoni litauit? Supra extant Idololatria, & Hæreſis ad aram è marmore disfractam catenis vinctæ, iugumq́ paſſæ. In ſtructuræ faſtigio ſtatuam Eccleſiæ adumbrat vmbella, cum panno, tum arte phry-

 te phry-

Digitized by Google

te phrygia perelegans, tum maximè auguſto IESV *nomine inſignis; cui ferendæ appoſitum praſtat par Angelorum; par enim alterum in poſtico poſitum vt appareret, opticæ Leges non tulerunt. Parvo ipſa Eccleſia ſtolata, habituq; matronali cum poſitu, tum veſtitu grauis, & modeſtia faſtigio humano videtur excelſior, ſalutari cruce ferenda manus altera, altero volumine Diuinam doctrinam continente pontificia tiara, & clauibus authoritatis Diuæ ſymbolis geſtandis occupatur; quibus ideo impendet ſuſpenſus columbæ radiantis ſchemate diuinus ſpiritus. Vtraq; ex parte Laterum acroteria effingunt è cœlicolum cœtu ſurrecti iuuenes duo, qui palmas victrices hinc porrigunt ad Eccleſiam; inde gemino amyli ſculpta ſuſtinent inſignia Chriſtianiſsimi Franciæ, & Nauarræ Regis; qui traduce maiorum pietate tranſmiſſo ſibi titulo, & primigenam Eccleſiæ filium, & huius, & Petri Cathedræ cōſeruatorem ſe profitetur. Plintho cui dexter incidit Angelus iſte Pſalmographi verſus latino charactere legitur: Simulachra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominū? aduerſa plinthus pariter ſequente verſu inſcribitur: ſimiles illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Sed adhuc te poſcit dexter columnæ ſcapus, cuius toto aſcenſu illigata, ductaq; ex aliis Idololatriæ trophæa, Mercurij caduceum, Iouis ſceptrum, fulmen, ſecuris ſacrificula, cæteraq; id genus Ethniciſmi agalmata, & trophæorū antiquitatem, & ſculpturæ authoritatem habent. In huius columnæ zophoro hæc viſitur epigraphe: Idololatria debellata: qua innuitur, poſt victas Idolorum laruas hæc trophæa fuiſſe conſtituta. In baſi eiuſdem lateris inære ſcalprum toreumatis ſtatuam Dagonis Arcæ diuinæ præſentis miraculo imminutam expreſſit: ſubq; proiectura coronidis Atlantis in ſpeciem Satyrus ſuis vinculis victam, vinctamq; teneri Idololatriam monet. E regione pari ingenio trophæa viſuntur, equus, lupus, canis, coluber, vulpes, locuſta,*

locuſta, aliaq́; Apocalypſeos formæ; quæ naturæ ſimilitudine Hæreſim vt ſymbola ad amuſſim referunt. Supra id epigrammatis, Hæreſi ſubiugata, docet hæc trophæa de manubiis Hareſeos ſpoliisq́; collecta eſſe. Deinceps columnæ fulcro, ſcalptura tantillum prominente, Samſonis vulpeculæ caudis aliæ ad alias vinctæ, facibusq; maturæ ſegeti vaſtitatem inferentes, Hæreticos germano colore innuunt; ſua pſeudotheologia, ſuisq; quaſi ad caudam conatibus orthodoxæ fidei, atq; virtutibus ferentes incendium. Sub cephora coronæ Caryatidis inſtar columnā fulcit habitu hominem, & quidem modeſtum, honeſtumq́; mentiens lupus; nec enim lupum eſſe diſſimulant hirſuti, & vnguibus horridi pedes. Num myſticum id Hæretici agalma? qui cum verba mellita, moresq; ſuos ad humanitatis libellam fictos venditet; at cordis intimo ſinu, quaſi ſpelæo, rabiem fraudemq́; condit. Et vero Chriſtianorum nomothetes Chriſtus ſic id genus homines deſcripſit; Attendite vobis à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt Lupi rapaces.

Explicatam habes in libri limine ſtructam tabellam, in qua de Gentilium triumphata Idololatria, deque Hæreſi noſtri temporis antiquæ Idololatriæ noua propagine triumphus Eccleſiæ collocatus exhibetur.

Digitized by Google

LECTORIBVS CALVI-
niano errore imbutis.

GRauis admodum mihi res eſt cũ veſtris Miniſtris (viri in Chriſto Ieſu dilecti) quos hoc toto meo opere alloquor; quod antequam facio, in ipſo limine hoc vobis proloquium præfigitur, q̃ ſi nõ putabitis reſpuendum, rogo vos vt qua mente, atque conſilio præſcriptum eſt (veſtræ nimirũ inſtitutionis, ſalutiſque gratia) perlegatis. Iam vero ſi noua, & inopinata vobis videatur inſcriptio, cauſam inde habebitis ad deſpiciẽdum idoneam, ecquid legenti polliceatur, ac præſtet. Etenim ſi veſtris oculis obiicietur veritas, quam declaro, pietas quam propugno, mendacia quæ refello, Idola quæ detego ac protero, non ſine ſtupore cognoſcetis doctrinam, ad quam pro Religione reformata credendam, & hucuſque amplectendam eſtis inducti, nihil eſſe aliud quam informe, ac putidum Idololatriæ cadauer, maleque coagmentatam ſexcentarum ſuperſtitionum congeriem. Attoniti ſentietis quonam pacto infeſtus humani generis hoſtis, poſtremis hiſce temporibus veterum Idolorum, quæ iam pridem lux Euangelici diſſiparat, fragmenta atque quiſquilias collegerit, miraque vafricie conflarit, non corporeo quidem craſſoq; ductu, & externa quæ ſub aſpectum cadat, cõformatione menbrorum, ſed tam tenui, adeoque ſubtili figura, vt ab iis tantum, quib. acris ſit acies mentis, diſcerni queat: eiuſque modi ſint horum lineamenta ſimulacrorum, vt priſcorum quæ cæca colebat antiquitas ſimilitudinem ad viuum effingant.

Digitized by Google

ſingant. Stupefacti apud vos deprehendetis. Saturnum, Iouem, Venerem & cæteras in errantes ſtellas in noua reformatas; quæ nō quidem in materiato aſpectabilique templo, ſed intra veſtrę doctrinæ ſepta, ſuper aris, mentium veſtrarum collocata conſiſtunt. Horreſcet animus ad execrandas blaſphemias, maledictaque ſacrilega, quæ Lutherus, Caluinus, Beza aliique eiuſmodi veſtræ ſectæ Coryphæi, mente peſſima conceperunt, impuro ore vomuerunt, & contra Dei maieſtatem, ad ſummam Eccleſiæ ſuæ, Chriſtianique nominis, infamiam, & poſteritas omnis intelligeret, ſignis, literiſque mandarunt. Quod ſi Deus ille clementiſſimus vos adeo ſuo fauore ac numine, vt ego quidem opto, ſperoque proſequatur, quo ipſius ſacro verbo velitis acquieſcere, eiuſque luce illuſtrati, ius, & æquitatem fidei noſtræ aliquando tandem intueri, veſtros certe Miniſtros impudentiſſimæ calumniæ reos facietis, quod Idololatriæ crimine Catholicam Eccleſiam parentem noſtram optimam inſimulare ſint auſi; cum ipſimet horum deteſtabilium Idolorū, authores, ſculptores, Miniſtri, ac præcones extiterint. Nec dubitabitis eos furibus perſimiles dicere, qui vt à ſe recens patrati furti ſuſpicionem omnem auertant, furtū ab alio factum inclamant, ad compræhendendum furem hortantur: aut ſeniorib. adulteris qui ne flagitii ab ipſis deſignati conuincerentur, Suſannam caſtiſſimam vt adulteram accuſarunt, damnaruntque. Intelligetis nihil eſſe fallacius ad decipiendum, nihil vanius ad mentiendum, nihil repugnantius ad aſſerendum, nihil peſtilentius ad inficiendum oratione illius qui ſpōte decreuerit errare, vt enim

Senes duo Suſannam accuſant. Dan. 13. 36.

mendacium ſtabilire ſuum poſſit, fulcimentis illud veritatis adminiculatur. Et cum maledicta cogitat in cœlum iaculari, tum ex eius ore melle dulcior effluit oratio; & exquiſitiſſimas apparat epulas, vt iis venena permiſceat. In hoc genere Caluinus excelluit, ſingularis ad fallendum artifex, quẽadmodum in hoc opere ſum identidem oſtenſurus; oſtendique poteſt in ſingulis fere ſuorũ ſcriptorum paginis, in quibus de eadem re plane contraria docet, modo ait, modo negat, modo calidũ, modo frigidũ exhalat, nullus vt vnquam Proteus tam varias formas induerit. Attamen in tanta varietate, & inconſtantia, in doctrina qua Eccleſiam Catholicam oppugnat conſtare ſibi videtur; cætera vero quæ ab eo vere, beneque dicuntur, non ſunt eius fidei adſcribenda, ſed ad obtegẽdas modo fraudes vafre inſtar melliti embammatis inuecta ſunt quo facilius erroris venenum in legentium animos infundatur. E grege Miniſtrorũ qui oculati ſunt, craſſiores iſtius Doctoris errores, ac repugnantia dogmata, peruident; ſed non modo ea diſſimulant, quinetiam verborum vmbraculis nituntur obtegere, quæ cum tam craſſa ſint, vt nequeant occultare; rurſus tam abſurda, tam impia vt ea tueri recuſent, ingenue fatẽtur ſe à Magiſtro diſcedere, negantes nec in illius, nec alterius cuiuſquam verba iuraſſe, niſi quatenus ſcripturæ ſacræ conſenſerit. At ne hoc quidem effugio efficient ſe crimine vacare, quod talem admiſerint nouatæ Religionis authorem. Aut enim ſunt cum illo in rebus fidei conſociati, aut non; ſi prius, debent iis omnibus aſſentiri, quę ipſe in inſtauratione deperditæ, vt volunt religionis, ſuis ſectatoribus

bus credenda, tenendaque verbis, ſcriptiſque tradidit, cum ex D. Paulo fides ſit tantum vnica, quæ nequeat per partes, ſed in ſolidum modo poſſideri. Quare hic aditus illis ad euadendum occluſus eſt, & omnino credant Caluino neceſſe eſt, ſi Caluini fidem ſequantur. Si vero propter perſpicuos, qui in eius libris cernuntur errores, voceſque blaſphemas, ex toto, aut etiam in parte ab illo refugiunt, illum aperte hac diſceſſione in album hæreticorum referendum, & conſequenter Gebennenſem Eccleſiam hæreticam eſſe declarant, quãdoquidem ea Caluinum, vt Beza in eius vita teſtatur, fundatorem, ac parentem agnoſcit. Dicent fortaſſe non magis pronuntiandum eſſe Caluinũ Hæreticum eo quod de nonnullis fidei capitibus perperam ſenſerit, quam ex Patrib. antiquis non paucos, qui licet opiniones quaſdam minime orthodoxas amplexi fuerint, non propterea Catholici nominis appellatione caruerunt. At ego permagnum inter hos & illos diſcrimen eſſe reſpondeo; hi ſiquidem Patres cum ſe nunquam inani opinione ſui extulerint, ſeque potius ſummo Eccleſiæ iudicio, ac diſciplinæ, Chriſtiana modeſtia, animiq; demiſſione ſubiecerint, hæreſeos notam ſubire minime debuerunt. Caluinus autem non ſuperbe ſolum, ac pertinaciter prauas ſuas opiniones, errores contra iudicium Eccleſiæ defendere, verum etiam cenſorem agere, Concilia Oecumenica, ipſamque Eccleſiam ſuum ad tribunal accire, & omnia Patrum decreta ſuo peculiari iudicio contraria per ſummam temeritatem & arrogantiam damnare eſt auſus. Non igitur hæreſis crimen effugiet, tot nominibus iure dam-

Vna fides Epheſ. 4. 5

Caluinus Geneuenſis Eccleſiæ fundator teſte Beza in eius vita

Caluini arrogantia.

Caluin. L. 4. Inſtit. c. 9. §. 8.

re dam-

re damnatus, quot cum pertinacia falſas ſuſtinuit opiniones, haud nimirum pauciores (vt probaturus ſum) quam ſint myſteria Chriſtianæ Religionis. Et quamuis vni duntaxat errori pertinaciter hæſiſſet, quid pręterea ad eum damnandum hæreſeos requireretur? Nonne plane conſtat eũ infidelem atque hæreticum cenſendum, qui ab Eccleſia Chriſti recedens vel vnicum fidei articulum animo pertinaci reiiciat, licet aliis omnibus ſyncere ſe acquieſcere fateatur? Imo vero ſi proprie dicamus, qui vni fidem abrogat, nullum omnino Chriſtiano more credit; proptereaque qui Chriſtiane, ac religioſe. Vt par eſt, fidei capitibus aſſentitur, ideo ad illa credenda inducitur, quod eorum ſit author Deus, à quo reuelante didicimus: ſui aliunde quis ad credendum excitetur, fides eiuſmodi non diuina, atque Chriſtiana, ſed humana prorſus, ciuiliſque cenſenda eſt. Ex quo fit, vt qui vel vnum fidei. Chriſtianæ caput in dubium vocat, nulli plane cęterorum, quę ſe ait profiteri, fidem adhibeat; nam ſi eo nomine crederet, quod authorem Deũ habeant, illũ etiam articulum quem pertinaciter reiiciat, vt cæteros amplecteretur, cum ab eadem diuina authoritate manarit. Quos vult articulos recipit, aut repudiat, eam ob rem fides eius, quæ verbo Dei reuelato non innititur, diuina non eſt cenſenda, ſed humana, quod priuati iudicii, propriæque opinionis fœtus exiſtat. Quicunque totam legem ſeruauerit, ait S. Iacobus, offendat autem in vno (S. mandato) factus eſt omnium reus. Nimirum paret ille cæteris mandatis, non ea qua par eſt ratione, Dei ſcilicet impulſus amore, ſed ꝙ ſua ita ferat voluntas: etenim ſi diuino ad præſtandum

Cauſa amplectendæ veræ fidei, diuina reuelatio eſt.

Iac. 2.10

Digitized by Google

dum amore ferretur, illud vnum quod tranſgreditur decalogi præceptum perinde ac reliqua ſibi exequendum ſtatueret, cum illud idem legislator tradiderit. Perſpicuum igitur eſt hominem eiuſmodi non charitate, ſed ſuo ſenſu ad cæteras Dei leges ſeruandas induci; ac proinde cum ab vnius cultu ſponte diſcedit, aperte declarat nequaquam ſe reliquis diuini amoris inſtinctu obtemperare, ſed omnia potius legum repagula perfringere; ita plane ſe habet in rebus fidei quæ nobis diuinitus ad credendum proponuntur, vt qui vni fidem abrogет, omni fide carere cenſeantur. Conueniant ergo Miniſtri quotquot doctrinam recens à Caluino inuectam, tuentur, ac diſſeminant, & ſi propoſitam ratiocinationem approbent (qua vero fronte improbarent ratione atque authoritate confirmatam ?) Caluinum ſuæ ipſorum ſectæ authorem vno ore hæreticum, imo plurimarum hęreſum architectum pronuncient neceſſe eſt; quod animo pertinaci, non vnum, ſed innumeros errores contra rectam fidem propugnarit, & quibuſcunque potuit machinis Chriſti Eccleſiam euertere contenderit. Cæterum quoque ſe tandem vertant, nihil aliud agunt, nihil moliuntur, ſiue circũſcriptione quadam definitam, & excluſam Caluini doctrinam recipiant, ſiue eandem omnino damnent, reiiciantque, quam vt planum faciant religionem iſtam, quam vobis vt reformatam obtrudunt, nihil ſolidum, nihil ſyncerum, nihilque verũ habere, ſed omnia incerta, friuola, falſa, quæ nullo modo conſiſtant. Nam cum eorum fundator, ac princeps adeo turpiter ſit hallucinatus, vt in plurimis fidei capitibus veriſſime iudicetur hæreticus,

Qui vnum e diuinis præceptis violat, fit omnium reus.

cus, fateri cogũtur ſe erroribus ſimiliter eſſe obnoxios, eoque grauius, quam ipſe Caluinus, errare poſſe, cum ingenio, atque doctrina ſint illo poſteriores: quo fit vt idem vobis ius tribuant tanta cõſcientiæ libertate ipſos, cum videbitur reiiciendi, quanta ipſi ſuum Prophetam & doctorem in errore hæreſique depræhenſum reiiciendum arbitrantur. Quæ cum ita ſint quiſnam inter vos authoritate fideque dignus habebitur? Quem viæ, ac vitæ ducem ſequimini? Cui rectori veſtræ religionis habenas tradetis, cum æque omnes hallucinari, & errare poſſint? Quicunque ex vobis ſcripturæ ſacræ oracula, fideſque arcana interpretari aggrediuntur, poſſunt quemadmodum Coryphæus veſter Caluinus, & veteres hæretici opinione falli, & errorum pedicis implicari; Quis igitur vobis ad veritatem indagandam faciem præferet? Quis idoneus teſtis, ſponſorque fide dignus eam è ſuo, vt nouus Democritus, puteo, ciſternaue potius diſſipata & eſt apud Ieremiam, ſe haurire iactabit? Iam vero ſi, vt Miniſtri credunt, ac prædicant veſtra Eccleſia in vniuerſum, & veluti corpus vnum ſpectata, non minus poteſt quam ſingula membra ex quibus coagmentatur, in errorum induci: ſi deniq: eadem nullo ſolidiori fundamento, quam fluxa, & inconſtanti mortalium opinione nititur, nonne videtis nullo modo eam eſſe poſſe Dei viuentis Eccleſiam, ſuper viuo, ſolidoque ſaxo fundatam, itaq: ſtabilitam vt minaces mendaciorum Infernique fluctus, procellaſque contemnat? Cuiꝰ aſſertiones tam conſtantes, quam veræ ſunt? Quæ nec mentiri, nec falli, fallereve poteſt, cum ſit Apoſtolo teſte Columna, & firmamentum veritatis?

Cap. 2. 13

Axioma Hugonotic. Eccleſiam errare poſſe.

Eccleſia Catholica non poteſt errare.

1. Tim. 3. 15

Cuius

Cuius Doctores ad vnam fidem atque doctrinam orthodoxam exponendam, ac prædicandam admirabili animorum conſenſione conſpirant? Quorum conſenſus non magis poteſt decipi, quam Eccleſiæ iudicium cuius in ſinu concordiſſimi quotquot cenſemur toto terrarum orbe Catholici, ſecuri fouemur; vos autem extra eius ſepta per inanes hominum vaniſſimorum ſectas licenter errantes, monſtris humano generi infeſtiſſimis in prædam expoſitos ac deſtinatos eſſe lugemus. Quid iam reſtat VV. HH. niſi vt ſerio de curanda ſalute cogitetis, ac ex tenebricoſis errantium mandris exeuntes, & portentoſaque nouorum dogmatum Idola profligātes, domum iſtam in qua ſola verus agnus comeditur, extra quam Deus nec reperitur, nec colitur, repetatis? Hæc nimirum ſcopus mihi hoc in opere propoſitus eſt, hæc ſumma eorum quæ pertractanda ſuſcepi: Quæ ſi vobis libet percurrere, & ea ceu adminicula ad ſcopum & præmium veritatis aſſequendum adhibere, primum debita in Deum horum authorem gloria, deinde permagna in vos ipſos vtilitas redundabit: & ex vtroque mihi beatiſque cælitibus non exigua in Chriſto vis conſolationis accedet. Sin vero ad hæc animos defigere, ac intendere recuſatis, nihilominus beneficentiſſimus Deus, qui intimos animi receſſus perſcrutatur, nequaquam me conſilij, ſtudiique mei fructu carere patietur. Quidquid tandem ſit euenturum, ab eodem rerum moderatore vehementer flagitabo, vos vt diuinis ſuæ gratiæ radiis illuſtratos, in filii ſui ouile reuocet, reuocatos confirmet, confirmatos conſeruet, ac tueatur: donec in beatitatē nobiſcum admittat ſempiternam. Vale.

Vna fides Epheſ. 4. 5

TOTI-

TOTIVS OPERIS
SYNOPSIS.

Duo primi libri generatim oſtendunt nouę quam Reformatam oſtendunt Religionis ſectatores in Idololatrarũ album meritò eſſe referendos. Sex verò poſtremis ſigillatim exponitur eorũ Idola ad ſimulachrorum veterum, Saturni videlicet, Iouis, Veneris &c. ſimilitudinem fuiſſe conflata.

SINGVLORVM LIBRORVM ELENCHVS.

PRIMI.

CAP. 1. *Refutandam eſſe calumniam tum maximè cum fides Catholica contra hæreſim propugnanda eſt.*

2. *Nomen, ac definitio vocis Idoli; quodnam ſit inter Idolum, imaginumq; diſcrimen.*

3. *Abſurda ſequi plurima ex hac Caluiniana de Idolo & Imagine inuecta opinione: Eccleſiam Catholicam. Idololatriæ impietate falsò inſimulari.*

4. *Quid ſit Idololatra, atq; Idololatria.*

5. *Agitur de materiali, exteriori Idololatria, quæ ſub aſpectum cadit.*

6. *De ſpiritali, interna, ac inuiſibili Idololatria.*

7. *Hæreſim præ omni ſpiritali Idololatria, idololatriæ nomine, notaq; inſigniendam; atq; Gentilium Idololatriæ eſſe perſimilem.*

8. *SS. Patrum teſtimonia quibus affirmant Hæreſim Idololatriam eſſe ſpiritalem; quantaq; fuerit Dæmonis in reponendis priſcis Ethnicorum Idolis aſtutia.*

9. *Quidnam inter ſpiritalem, & corpoream Idololatriam interſit.*

10. *Probatur primò hæreſim eſſe Idololatriam, & infidelitatem om-*

Digitized by Google

tem omnium pernicioſiſſimam, quod ſit in Deum contumelioſior.

11. *Secundò probatur hæreſim eſſe omnium pernicioſiſſimam, quod grauiora damna in Dei Eccleſiam, animarumq́; ſalutem inferat.*

12. *Tertiò confirmatur hæreſim eſſe Idololatriam omnium pernicioſiſſimam, quod ſit cum maiori malicia, doliśq́; coniuncta.*

13. *De nomine Hæretici, cui debeat attribui.*

14. *Miniſtros in rebus ad fidem ſpectantibus eſſe peruerſos electores; & ideo vi nominis huius hæreticos.*

15. *Miniſtros in Scriptura ſacra, & ſymbolo electores eſſe deprauatos; atq; ob eam cauſam Hæreticos.*

16. *Eum eſſe dicendum Hæreticum, qui errores contra fidem animo pertinaci tuetur; Similiter eum qui Hæreſibus ab Eccleſia Dei damnatis adhæret; huius autem aut Sectarios, eiſdem adhærere.*

SECVNDI.

1. *De notis, & præcipuis qualitatibus Hæreſis, ac Hæreticorum, deq; ſuperbia quæ prima eſt earum.*
2. *Notam alteram Hæreſeos, & hæraticorum eſſe luxuriã.*
3. *Tertiam & quartam Hæreſis, & Hæreticorum notam mendacium eſſe, atq; calumniam.*
4. *Vanam Scripturarum oſtentationem, quintam eſſe notam Hæreticorum.*
5. *Sextum Hæreſis ſignum eſſe fraudem, & crudelitatem.*
6. *Septimam Hæreſis, & Hæreticorum teſſeram eſſe, quod ab Apoſtolica Sede abhorreant, eamq; inſectentur.*
7. *Octaua Hæreſis nota numeratur diſcordia.*
8. *Nonam ac poſtremam Hæreſis notam eſſe pertinaciam.*
9. *De Religionis quæ falsò Reformata iactatur, Miniſtrorumq; eius, & ſectatorum faſtu, atq; ſuperbia.*
10. *Sectariorum ſuperbiam ex intimis doctrinæ ipſorum viſceribus emanare; contra verò demiſſionem animi ac humilitatem, eſſe proprium doctrinæ veræ, & Catholicæ religionis effectum.*
11. *De impudicitia, quæ altera eſt Hæreſis nota, in doctrina, factiśq; Miniſtrorum.*

13. Me-

12. De mendacio & calumnia, tertia & quarta nota Hæreſis iniuſta Caluiniſmo.
13. Melanchthonis mendacia, atq; calumniæ.
14. Mendacia, & calumniæ Caluini.
15. De iiſdem noctis tertia & quarta, ex aliis mendaciis & calumniis Caluini & Symmiſtarum eius.
16 Mendacia Brentij, Buceri, & Melanchthonis contra Miſſæ ſacrificium, & Transſubſtantiationem.
17. Alia eorundem Nouatorum mendacia.
18 De quinto Hæreticorum ſigno, quod eſt, inſolens Scripturæ ſacræ oſtentatio, eiuſdemq; deprauatio. 10.
19. Quædam è plurimis ſacræ Scriptura, à Luthero deprauata
20. Selecta ſunt loca nonnulla ex innumeris quæ Caluinus, Bezaq; deprauarunt.
21. Nonnullæ impiæ, ac ridiculæ Marotti, & Caſtalionis interpretationes.
22. Ab iſtis qui Reformati videri geſtiunt, longè pluris hominum verba fieri, quam diuina Scripturæ ſacræ oracula.
23. Sextam Hæreſis, atq; Hæreticorum notam eſſe dolum, & crudelitatem Hugonotiſmo peculiarem.
24. Pronuntiata quædã, fraudis, & crudelitatis Hugonoticæ.
25. Doctrina Miniſtrorum in pios fidelium defunctorum manes crudelitas.
26. De eadem nota, & aliis Nouatorum effectis confirmata,
27. Eiuſdem notæ confirmatio ex nefariis facinoribus deſumpta, quæ illi in cadauera ſepulchra & alia inanima patrarunt.
28. Alijs declaratur exemplis nouatæ Religionis Sectatores, minimè impulſos fuiſſe Zelo religionis, ad violãda mortuorum ſepulchra, adesq; ſacras euertendas.
29. Quam excuſationem afferant Miniſtri, vt omni crimine horum ſcelerum patratores liberent.
30. Agitur hic de ſeptimo Hæreſis Symbolo, quod eſt odio capituli à Sede Apoſtolica diſcedere, quo præ cæteris inſigniuntur Hugonoti.
31. Quid ſit cauſa, cur ſectæ nouæ aſſertores ſedem Apoſtolicã adeò abhorreant, & inſectentur.
32. Altera cauſa odij Sectariorum in Sedem Apoſtolicam.
33. Exponitur prophetia S. Ioannis quæ eſt in cap. 9. Apocalypſis Lutherum cæterosq; Nouatores prænotans in typo

Locu-

Digitized by Google

Locuſtarum.

34. Sacram ſcripturam ex eodem S. Ioannis vaticinio à Miniſtris Hugonotis offenſis tenebris inuolutam.

35. Hæreticos myſticas eſſe locuſtas, quæ Apoſtolo Ioanni diuinitùs oſtenſæ fuerunt.

36. In eadem prophetia exponenda inſiſtitur; quæ in Lutherum, Caluinũ, ac eorũ aſſeclas conuenire demonſtratur.

37. Vox, & tempus Locuſtarũ Miniſtris Nouatorib. aptatur.

38. De octaua Hæreſis, ac Hæreticorum nota, quæ eſt opinionũ de fide diſſenſio nouæ Religionis aſſertoribus maximè propria.

39. Sintne diſſentientes inter ſe in Eccleſia Cath. opiniones vt Sectarij obiectant.

40. Nonam Hæreſis notam ſcil. contumaciam penitus inſitã eſſe doctrinæ, & ingenio Miniſtrorum, & eorum aſſeclarum.

41. Qualitates ac notas, quibus deſignatur Eccleſia Cathol. hæreticorum notis eſſe contrarias.

42. Quomodo Eccleſia Catholica ſemper fuerit cum Apoſtolica ſede coniuncta.

43. Vanam ac futilem eſſe aduerſariorum excuſationem, Ieſum Chriſtum Eccleſiæ ſuæ caput dicentium, nullumq́; præterea videri neceſſarium.

44. De mirabili conſenſu, atq́; concordia Catholicorum Doctorum in ijs quæ ad fidei doctrinam pertinent.

45. Superiorum librorum epilogus.

TERTII.

1. Sathanæ in Idololatria variè perpetuanda vafricies: Quanta calumnia ſit iniquitas.

2. De confuſa Deorum veterum Ethnicorum multitudine malitia Cacodæmonis in orbem inuecta.

3. Caluinum eiusq́; Symmiſtas Deorum multitudinem intuliſſe, & ex Trinitatis myſterio, quod euertunt, Idola fabricaſſe.

4. Bezam Caluini æmulũ plures Deos in S. Trinitate finxiſſe.

5 Superior Idololatria, ſuperbiæ proles Script. ſanctorumq́; Patrum teſtimonijs refellitur.

6. Exempla atq́; ſimilitudines Patrum ad fidem de Trinitate

tate aſtruendam.

7. Ad argumentum Caluini filium, à ſeipſo ſuam eſſentiam habere probantis reſponſio.

8. Quantopere ſuperior Idololatria Scripturæ S. rationi, Sanctorumq́; Patrum doctrinæ aduerſetur.

9. Docetur hîc Spiritum S. Deum eſſe: ac ſanctiſſimam Trinitatem à S S. Patrib. & ab Eccleſia ritè inuocari.

10. Perſtringitur vulgus Miniſtrorum fruſtrà conantium Caluinum & eiuſdem Symmiſtas, culpa eximere, quod attinet ad falſam illorum de Trinitate doctrinam.

11. Tres Ioues, triaue illius Dei veteris Idola à Caluini hæreſi conflari.

12. Iupiter victus Gentilium Deus cum ſuo Idolo in Caluiniana religione renouatus.

13. Futiles Caluini, & gregalium obteſtationes, quib. ſui Iouis Idolum exornant.

14. Aliꝭs ex locis Caluini, eius blaſphemia confirmatur.

15. Superioris blaſphemiæ prætextus inanes refelluntur.

16. Scripturæ loca quibus Caluinus cum ſuis aſſeclis ad obuoluendum ſuperioris Hæreſis Idolum abutuntur.

17. Expoſitio locorum Ieremiæ, & Epiſtolæ D. Pauli ad Romanos in quibus dicitur poſſe figulum honoris, & contumeliæ vaſa fingere.

18. Alia Scripturæ loca eodem propoſito quo ſuperiora ab errantibus ad ſuum Iouem adulterum circumueſtiendum corrupta.

19. Deum nequaquam ceſſare, licet peccato non cooperetur, contra blaſphemam Caluini, atq́; Sectariorum conſequutionem.

20. Cur nomine Actionis ſignificante permiſſionem vtatur Scriptura. Nonnullæ eiuſdem Scripturæ phraſes.

21. Quo ſenſu dicat Scriptura Deum excœcare, indurare &c.

22. Illam Caluini, & aſſertatorum eius doctrinam, cum Scriptura S ex diametro pugnare.

23. Iſtam Caluini doctrinam diuinæ naturæ, ac rationi omninò aduerſari; Miniſtros eam diſſeminantes magis impios eſſe Gigantibus qui Deo bellum indixerunt.

24. Quod malus Dæmon à mundi primordiꝭs hanc Idololatriam inuexerit, vt fidem de Deo, rebusq́; in altera vita futuris ex hominum mentibus expungeret, ſimulq́;

iura,

Digitized by Google

iura, leges, morumq; diſciplinam peruerteret.

25. *De Idololatria Saturni in hominibus immolandis, per Caluinum eiusq; gregales inſtaurata.*

26. *Religionem iſtam, Nouatorum calculo reformatam, Saturni eſſe filiam, in eaq; hominum immolationem innouatam.*

27. *De renouata per Caluiniſmum Saturni Idololatria circa infantium victimas; deque tympanis, ac fiſtulis ad eam crudelitatem obtegendam adhibitis.*

28. *De Marte Deo fictitio, eiusq; poteſtate, ſacrificijs, animalibus illi dicatis; Cur Bellorum Deus fuerit habitus.*

29. *Quo pacto Diabolus fictitium Martis numen in hac ſuppoſititia Religione repoſuerit; illudq; armis, & iniquis factionibus ſtabilierit.*

30. *Caluiniſmi genium natura ſua vt Gentiliſmi, Martium, & factioſum eſſe: ex aduerſo fidei Chriſtianæ Catholicæ Spiritum mitem & pacificum contra Miniſtrorum obiecta.*

31. *De ſeditioſo nouatæ Religionis genio; deque commentitij Dei Martis Idolis, in eadem erectis.*

32. *Inſigni libellum Hugonotorum Luironi exemplo Spiritus Caluiniſmi in ſuo primo axiomate declaratur.*

33. *Alterum Martis Idolum ſuper pegmate ſecundi pronuntiati Martij collocatum.*

34. *De ſacrificijs Martis, & animalibus eius tutelæ attributis, in Caluiniſmo ſpiritaliter expreſſis.*

QVARTI.

1. *De Apolline fictitio Gentilium Deo; quo pacto Cacodæmon æmulatione diuinorum operum authoritatem ſibi apud eos collegerit.*

2. *Quo modo Diabolus ementito Apollinis ac Solis nomine fallacibus oraculis funeſtum in mortales dominatum occuparit.*

3. *Qua via Diabolus in Luthero, Caluino, alijsq; Sectarijs veterem Apollinem, eiusq; præſtigias expreſſerit.*

4. *Exponitur hic quomodo Cacodæmon, per iſtius Religionis vmbram Eccleſiæ Dei opponat, quemadmodum*

olim eam per Delphicum oraculum æmulabatur.

5. *Tria communia Oraculi Delphici fallaciarum genera in nuper inuecta Caluiniſtarum Religione, vſurpari.*

6. *Curioſitatem, quæ prima fuit Apollinis fallacia, in vmbratili Reformata per Sathanam expreſſam.*

7. *Amphibologiam alteram Apollinis Delphici fraudem in doctrina Lutheri, Melanchthonis, & Hugonotorum effingi.*

8. *Ancipitem & obſcuram Caluini eſſe doctrinam, fallacique oraculo Delphico perſimilem.*

9. *Miſcellanea bonorum, & malorum, veritatis & Hæreſum in Hugonotorum templis ad ſimilitudinem fani Delphici vſu recepta, deq; æterni Dei poteſtate.*

10. *Alia miſcellanea, & idololatrica contra filium Dei, & Spiritum S. axiomata.*

11. *Quædam alia in Legem Dei, veritatis atq; mendaciorum miſcellanea.*

12. *Hæretica miſcellanea, & Idola in Scripturam ingeſta.*

13. *Miſcellanea hæretica, & Idola, veræ Eccleſiæ doctrinæ addita.*

14. *Miniſtros Nouatores Idolum ex homine conflare, cum eũ docent libero priuatum arbitrio.*

15 *Nouatores Miniſtros in doctrina de Iuſtificatione Idolum ex Chriſtiana iuſtitia fabricare.*

16. *Quod Idolum Miniſtri de iuſtificatione conflarunt, in Deum eſſe maximè contumelioſum.*

17. *Idola Hugonotica ex doctrina Sacramentorum figurata.*

18 *Secundum Idolum Miniſtrorum aduerſus Sacrament. collocatum.*

19. *Propoſita Lutheri & Caluini definitiones alijs ex locis refelluntur.*

20. *Tertium Doctrinæ Miniſtrorum circa Sacramenta Idolum.*

21. *Idola in Baptiſmi doctrina ab Hugonotis proceribus ſtabilita.*

22. *Miniſtrorum Idolum ſuper Euchariſtiam eiectum.*

23. *De nonnullis Statuis atque Sacrificijs Apollinis quæ in Caluiniſmo exhibentur.*

24. *De Stutua Apollinis quaternis auribus, de menſa, eiuſdemq;*

Digitized by Google

demq; Sacrificijs, & animalibus in Idololatria Hugonotica reformatis.

QVINTI.

1. De Idololatria Veneris; deque Cacodæmonis aſtutia ad cultum & adorationem libidinis inducendam.
2. Qualis quantuſue fuerit poſt Cataclyſmum Veneris cultus.
3. In quo, qua ratione, & fine Cacodæmon Veneris Idololatriam inſtituerit.
4. De Cupidine, Priapo, Adonide, Cybele.
5. Quomodo Ieſus Chriſtus euerſa Veneris Idololatria, caſtitatis regnum euexerit.
6. Quo pacto Diabolus nouis erectis Idolis deiectam per Euangelium Veneris Idololatriam inſtaurare contenderit.
7. Quibus modis Diabolus Veneris Idololatriam in Caluini Religione renouarit.
8. Hugonoticam doctrinam carni, ibidemq; patrocinantem Idololatria Veneris eſſe deteſtabiliorem.
9. Diluuntur Miniſtrorum obiecta de Sacerdotum impudicitia.
10. Hugonotorum doctrinam ſua vi, atq; natura impudicitiam parere, contra verò Catholicam, procreatricem, & alumnam eſſe caſtimoniæ.
11. Quo modo Miniſtri Veneris maculis Matrimonium inquinent.
12. Proponuntur aliæ contumeliæ per Miniſtrorum Venerem matrimonio illatæ.
13. De Statuis, & Idolis Veneris, Cupidinis, Priapi, de Columbis & Cygnis, & Sacrificijs Veneris, & alijs ſuperſtitionibus in Religione nuper inuecta renouatis.
14. De Idolis Priapi.
15. De Columbis, Cygnis, Paſſeribus, Hircis, & Vaccis Veneris, in Secta quæ Reformatæ nomen vſurpat reſtitutis.
16. Quibus innixa fuerit fundamentis Idololatria Mercurij; quænam illi adiunctæ qualitates; quæ Sacrificia.
17 De vitioſis moribus Mercurij.

18. *Quo pacto Cacodæmon in Miniſtris Hugonoticis ingenium Mercurij, & in Hugonotico miniſterio eiuſdem Idololatriam renouarit.*

19. *De alato Mercurij petaſo, Loquendi modo, & alijs adiunctis quæ in Miniſtris Nouatoribus renouata cernuntur.*

20. *Caduceum Mercurij in Hugonotiſmo repræſentari.*

21. *Mercurius in Hircum, Scurram, & circulatorem mutatus in Hugonotiſmo reformatus.*

22. *De monſtroſo Mercurij Idolo, in Lutheri, Caluinique Sectis reſtituto. De Idolo Dagon, & Serpentibus, quæ olim ab Ethnicis, nunc verò à Sectarijs adorantur.*

23. *Cur Diabolus ſuper commercio, cultuq; Serpentium fuerit delectatus.*

24. *In Hugonotiſmo Serpentium Idololatriam eſſe reſtitutam,*

25. *Quam monſtroſa ſit eiuſmodi Idololatria, quæ bonis operibus aduerſatur.*

26. *Quo pacto noua Secta, quæ Reformatæ nomine gloriatur, vias omnes obſepiat, ac voluntatem bene agendi hominibus eripiat.*

27. *De Sacrificijs Mercurij in Miniſtrorum Idololatria renouatis.*

SEXTI.

1. *De Idololatria Lunæ.*

2. *De Sacrificijs, & honoribus Lunæ, Dianæ, Hecatæ & Proſerpinæ exhibitis.*

3. *Lunæ Idololatriam in Secta Caluini eſſe renouatam.*

4. *Satellitium, currus, & Sacrificia Lunæ in Hugonotiſmo vt exhibeantur.*

5. *De Mineruæ, Palladiſue Idololatria.*

6. *In quo Secta Caluini, eiusq; Miniſtri Mineruæ & eius Idololatriæ conſentiant.*

7. Liber-

7. *Libertatem Ethnicorum Deam à Sectarijs reuocatam.*
8. *Superiora Caluini de Hugonotica libertate axiomata, Scripturæ S. eſſe contraria, omniq; ſtatuum generi pernicioſa.*
9. *De vera libertate Chriſtianæ Religionis.*
10. *De Idololatria Bacchi ſiue Liberi.*
11. *Qua ratione Diabolus Liberi ceu Bacchi Idola in Secta Hugonotica ſtabilierit.*
12. *Opus eſſe pietatis certum ad ieiunandum tempus aſſignari, obſeruandamq; Quadrageſimam contra duo ſuperiora Reformati Bacchi Idola.*
13. *De tertio Idolo aduerſus delectum ciborum erecto,*
14. *Idola Hugonotica, & pronunciata Miniſtrorum de cibis, eſſe veteris Bacchi cultu pernicioſiora.*
15. *Aduerſus ineptum Miniſtrorum effugium, cauſas illius intemperantiæ nequicquam colligentium.*
16. *De Idololatria Cereris ex hiſtoria ſacra vſurpatione ſtabilita.*
17. *Antiquam Cererem Diaboli machinatione in Hugonoticam religionem eſſe reuocatam.*
18. *Friuolam eſſe Miniſtrorum excuſationem, de reuerentia, & honore, quibus ſuam Cœnam afficiunt.*

SEPTIMI.

1. *De Idololatria ignoti Dei.*
2. *Qua ratione dicat S. Scriptura Deum incognitum, ac de eius ineffabili nomine.*
3. *Quo aſtu Diabolus aræ ignoti Dei Idololatriam erexerit.*
4. *De aris ignoti Dei in Hugonotiſmo renouatis ac de inuiſibili eorum Eccleſia.*
5. *De inuiſibili Hugenotiſmi Eccleſia, in qua eadem area Dei ignoti viget Idololatria.*
6. *Hæreſim illam de Eccleſia inuiſibili aperto Dei verbo repugnare.*

7. *Eccleſiam Dei Ciuitatem eſſe ſupra montem poſitam proinde maxime conſpicuam.*
8. *Omnibus ſeculis Eccleſiam fuiſſe notam, ac viſibilem diuinæ prouidentiæ accommodate, quam ſua falſa poſitione Miniſtri criminantur.*
9. *Quibus argumentis Miniſtri ſuæ inuiſibilis Eccleſiæ Idolum fulciant primum expenditur.*
10. *Secundum Miniſtrorum argumentum ad aſſerendam inuiſibilitatem Eccleſiæ.*
11. *Rectum argumentum Miniſtrorum, ad idem confirmandum.*
12. *De notis Eccleſiæ ex opinione Miniſtrorum.*
13. *De veris Eccleſiæ Dei notis.*
14. *De* VNITATE. *Prima Eccleſiæ Dei nota.*
15. *Secunda & tertia Eccleſiæ Catholicæ Vnitas.*
16 *De* SANCTITATE. *Secunda Eccleſiæ nota.*
17. *De tertia Eccleſiæ nota* VNIVERSALITATE *& Catholiciſmo.*
18. *De quarta nota Eccleſiæ quod ſit, & dicatur* APOSTOLICA.
19. *Refellitur primum argumentum Caluini, contra ſummorum Pontificum ſucceſſionem allatum.*
20. *Alterius argumenti Caluiniſtici contra eandem ſucceſſionem refutatio.*

OCTAVI.

1. *De Idololatria Deorum domeſticorum quos priſci Lares, bonos, Penates, & Manes appellabant.*
2. *Superiorem Idololatriam tum ex amore primigeniæ ſobole ſuperbiæ, tum ex iis quæ de bonis, ac malis angelis credit Eccleſia, à malo dæmone fuiſſe conſtitutam.*
3. *Demoſticorum deorum Idololatriam in Hugonotica ſecta reſtauratam eſſe.*
4. *Refelluntur Miniſtri cultum ſanctorum obiicientes, veluti Deorum familiarium Idololatriam.*
5. *Diluitur calumnia Miniſtrorum quorundam ſanctorum*

rum

rum venerationem Catholicis, vt Deorum Domeſticorum Idololatriam obiectantium.

6. *De* TERMINO *fictitio Romanorum Deo.*

7. *Idololatriam Dei* TERMINI *ex ſcriptura ſacra perperam expoſita fluxiſſe.*

8. *Idolum* TERMINI *in ficta religione Hugonotorum reſtitutum.*

TETRA-

TETRADICA-
STICHON.

ÆMulus æternæ dum nomina Maieſtatis
Affectat Satanas, totoq; excludere mūdo
Verigrande Dei numen parat: hic noua vulgo
Falſorum veneranda inculcat numina diuûm.
At ſimul humana ſe Chriſtus imagine texit,
Exſecranda Deum ſimulacra euertit & aras,
Quas rabie fera corda tumēs ſtygij arbiter orci
Monſtroſa hæreſeos rurſum inſtaurauit in æde.
Heic RICHEOMVS adeſt Helias nouus inti-
ma toto
Cui mens eſt congeſta Deo, qui Immane duorū
Artificum proturbat opus, propriisq; Lutherum
Caluinumq; armis Iugulat; ſubigitq; fateri.

NON IDOLOLATRA EST ROMANA EC-
CLESIA; SED QVAM
VMBROSIS EREBI IN LVCEM REVOCAVI-
MVS ANTRIS.

IDOLO-

Digitized by Google

IDOLOLATRIA HVGONOTICA AD EXEMPLAR ETHNICÆ VETERIS EXPRESSA.

Refutandam eſſe calumniã tum maximè, cum fides Catholica aduerſus Hæreſim propugnanda eſt.

CAPVT I.

SI falſum crimen à maioribus veſtris iam pridem nobis illatũ, veteremq́; calumniam ad Eccleſiæ Catholicæ oppugnationem ab illis extructam, à vobis hactenus animo ptinaci corroboratam ac propugnatam aggredior noua impreſſione conuellere, Miniſtri nouę (quam reformatam iactatis) Religionis, ne mihi quæſo veluti ob nouum, & inauditum opus litem intendite; & tanquam veſtræ poſſeſſionis, temporis diuturnitate confirmatæ perturbatorem reum criminemini; ad leges enim & authoritatem, ad iuris, & æqui vos prouocando regulas aſſero, nullam ibi legitimam eſſe præſcriptionem, vbi nullum fuerit ius poſſidendi; iureq́ue licere vi legum ſe contra malæ fidei poſſeſſores defendere; & eorum qui innocentiam vexare pergunt improbitatem, rata documentorum, ac tabularum authoritate coercere.

LIBRI I. CAP. I.

Mala fidei poſſeſſor nũquam praſcribit. de Reg. iur. in Sexto.

LIBRI I. CAP. I. Calumnia nouatorũ Eccleſiam Catholicã Idololatrã vocitantium.

cere. Præterea me non ſolum nihil eorum quæ ad vos quacunque ratione pertineant, interuertere velle profiteor; ſed contra mihi planè conſtitutum eſt, vos omnis expertes damni in veſtra iura remittere, vt quæ veſtra ſunt nemine prorſus perturbãte retineatis.

Nemo neſcit Lutherum iſtius veſtræ ſectæ pro-authorem, ac deinde Caluinum, & horũ aſſeclas, qui eum omnium primi naſcentem exceperunt, vagientem in cunis fouerunt, lactarunt, educarunt, & ad eum quo iam videmus gradum euexerunt, ſtatim atque illam in orbis theatro oſtentare; & Euangelii, ſi ſuperis placet, puri, putique facem præferre cœperunt, Catholicam Eccleſiam noſtram, & omnium orthodoxorum parentem optimam infamaſſe, eique deteſtãdum Idololatriæ crimen adſcripſiſſe; vt ſuper his iactis dedecoris, & infamiæ fundamentis diſceſſionis ac rebellionis ipſorum cauſa ſtabilita conſtaret? Videruntq; omnes, & adhuc vident, vos eorundem inſiſtentes veſtigiis, eodem ipſo contumelioſo nomine, eam tanto minus verè, quanto maiori animi pertinacia identidem appellare. Namque illi vna cum peſtilenti ſemine Lolii, huius mendacii fumum, captato tenebricoſo, & ad fallendos mortales peropportuno tempore ventilarũt; qua inquam tempeſtate, alto ſopore demerſis Eccleſiæ paſtoribus munusque ſuum perfunctoriè explentibus, nullus propemodum erat, qui ſe murum pro Dei domo tuenda opponeret, ac generosè nefariis eorũ conatibus obſiſteret. At ſecutis inde temporibus licet vos nobiliſſimarum diſputationum ſplendore illuſtrati, innumerabilium argumentorũ agmine omni

Cum dormirent homines Mat. 13.25

ne omni ex parte agitati, doctiſſimiſque ſexcentorum omnis generis authorum literis, fracti, debilitati, proſtratique fueritis, nihilominus audetis ceruicem iſtam arrogantia turgidam, omniſq; ſolidæ doctrinæ vacuum caput attollere; nec modo veſtros iam pridem exſibilatos, damnatos, exploſos errores, nullo rationum præſidio fulti tueri; quin etiam importunis vocibus impudenter oblatrare, Eccleſiæq; Dei ignominioſiſſimam, ac ſupra quam dici poteſt pernicioſiſſimam idololatriæ notam pergitis affingere. Nam cum Dei honori nihil eſſe poſſit magis aduerſum, pręque diuinę iuſtitię oculis nihil æque deteſtandum atq; idololatriæ ſcelus; ita nulla grauior Eccleſiæ poteſt inferri contumelia, nec vlla res ad eam execrandam efficacius eius alumnos inducere, quam ſi illi perſuaſum habeant, eam in idololatriæ fœditate verſari. Hoc vero quid eſt aliud, quam illam vt infame ſcortum, & abominandam ſynagogam accuſare; ac prorſus iudicare indignam, quæ Ieſu Chriſti ſponſa, eiuſq; filiorum parens, atque alumna cenſeatur? Quamobrem ſi ampliſſimi eſt meriti veritatem in apertum exhibere; ſi iuſtitiæ eſt, mendacium refellere, ſi neceſſitatis matris innocentiam defendere, ſi pietatis eius integritati illatam iniuriam prohibere, æquo animo, aut quomodocunque, feratis neceſſe eſt, vt pro mera virili veſtrę calumnię idolum peruellam; ſua deformitate, veſtraq; inſolentia certe dignum quod certo conſilio iuſtique voluminis apparatu reprimatur; & eo acrius propulſetur quo vt iniquius eſt, ita impudétius in aciem à caluinianis caſtris opprimendæ cauſa veritatis educitur. Cæterum licet in hoc militiæ genere, rationeque pu-

Idololatria crimen maxime ignominioſum.

Abominationes, & ſordes idola dicuntur. Deu. 29. 17

Libri I. Cap. I.

gnandi pugnam Domini exercituum, non ſum inter fortiſſimos bellatores annumerandus; tamen Summi Imperatoris ope, & æquitate meæ cauſæ munitus ſpero me luce meridiana clarius omnibus oſtenſurum, voſmetipſos vere idololatras & eſſe, & dici debere; & ab hac impietate Catholicæ fidei profeſſores, animos habere alieniſſimos, veſtramque religionem, aliud eſſe nihil, quam idolorum aceruum, vaniſſimarumque ſuperſtitionum colluuiem, Eccleſiam autem cuius in gremio ſinuq; fouemur, alimur, conſeruamur, huius tam atrocis criminis expertem, ſumma caſtimonia, fide ſyncera omniq; genere virtutum excultam, incredibili forma, omni ex parte præſtantem, Chriſtoq; ſuo ſponſo ita charam eſſe, ſemper vt eam ferat in oculis, nec ab illa poſſit vlla ratione diuelli. Sic itaque fiet, vt quotquot eſtis ab Orthodoxorum ſocietate ſeiuncti, in auitam poſſeſſionem remittamini, & nos iura noſtra Deo vindice ſarta tecta retineamus. Nec vero pertimeſcendum vobis eſt, ne veteratorie, & iniquo Marte ſim pugnam initurus; agam aperte nullis collocatis inſidiis; & vos eodem plane genere armorum, quæ iactare ſoletis, aggrediar. Tela quæ ſum immiſſurus, rationeſque probandi, non alia ſane erunt quam arma pacis, & fidei, diuinæ nimirum literæ, & axiomata ex orthodoxis Academiis, veſtris etiam ſcholis exprompta; idque tanta cum luce & perſpicuitate veritatis, vt ſi acies mentis veſtræ tantillum acuminis habuerit, eam clare videre poſſitis, ac fateri vobis cumulatiſſime ſatisfuiſſe factum. Hinc inanis hæc, & inſolens oſtentatio pudorem, & audacia thraſonica timorem fortaſſe vobis iniiciet, vt veſtræ, ac proauthorum

iniquitati

iniquitati potius iraſcendum putetis, quã ex meo ſtylo nomini veſtro, atque exiſtimationi quicquam offenſionis acceſiſſe. Si vero ea quæ ab aliis ſcriptoribus Catholicis ſæpe vobis inculcata ſunt attulero, id factum exiſtimetis velim, tum excitandæ, firmandæque memoriæ veſtræ cauſa, non admodum eorum tenacis à quibus abhorretis; tum ad explicandam aſtutiam, qua ſoletis ea quæ vobis identidem fuerint propoſita diſſimulare: quam repetitionem non ſane moleſtam, ſi tamen ęquo fueritis animo, imo vero noui fructus acceſſione non modo Catholicis, ſed vobis etiam rationi tamẽ acquieſcentibus perutilem fore confido: hic enim certa methodo collegi quæcunq; huius generis Orthodoxi theologi contra vos differentes ſparſim attulerunt, quo lux maior ex multorum radiorum coitione veritati affulgens cæcitate laborantibus facẽ præferat, ac fidem eorum qui in vero lumine verſantur, magis, magiſque confirmet.

Nomen idoli, eiuſq; definitio: quidnam inter idolum & imaginem differat.

Caput II.

NEc conceptam animo diſputationem recte ordiri, nec niſi iacto fundamento ſtabili, palam & aperte poſſum facere quid ſit idololatria, quiſue idololatra dicendus, aut ab hac impietate alienus, niſi doceam illud primum, quod vos nondum aut noluiſtis, aut non potuiſtis diſcere, notionem videlicet, originem, ac rationem vocis huius idoli, vnde idololatriæ, atque idololatræ nomina fluxerunt; quantaque ſit inter imaginem, & idolũ differentia: ex hoc enim inducto exordio facilius

Vide Greg. de Valentia lib. 1. cap 2. de idololatria capp. primis.

LIBRI I. CAP. 2.

erit ſeriem diſputationis inſtitutę contexere. Igitur idolum idem latinis eſt authoribus, quod Græcis

Quid ſit idolum.

εἴδωλον ἀπὸ τοῦ εἴδους deriuatum ex vi nominis f ō-mulam paruamque figuram ſignificans. Sed in Catholicis Academiis, ex eruditiſſimorum, & in Scriptura ſacra fundatiſſimorum doctorum definitione. Idolum eſt falſi Dei, falſæque deitatis repræ-

Idola falſorum deorũ ſimulachra ſunt.

ſentatio. Aut: Res eſt creata, quæ veluti Deus creditur, & adoratur. Hoc igitur ſenſu ſi ſumatur idolum: ſtatua Moloch, Aſtartæ, Iouis, Saturni, & aliorum eiuſmodi falſorum numinum; Solis item, Lunæ ac rerum aliarum ſimulachra, quæ pro vero Deo colebantur, idola falſæque diuinitatis

Res item creatæ pro Deo ab inſanis habitæ, in idola trãſierunt.

ſimilitudines extiterunt. Quin etiam Sol ipſe, Luna ignis, mare, tellus, cæteræque huius vniuerſi partes in idolorum numerum venerunt, quod eis mortalium hominum cæca improbitate, diuinum nomen ac numen, ac ſoli veroque Deo debiti honores, fuerint attributi. Nomen hebræum אליל Elil in ſacris paginis frequenter ad deſignandos, Ethnicorum deos vſurpatum, huic voci Græco-

εἴδωλον.

rum εἰδώλῳ reſpondet; ſignificat enim rei falſæ fictæque diuinitatis ſimilitudinem, quæ reipſa nihil omnino ſit. Et hac notione Deus idola inaneſque

Iſaiæ 41. 24

Ethnicorum deos, ſic apud Iſaiam alloquitur. Ecce, vos eſtis ex nihilo, & opus veſtrum ex eo quod non eſt. Quem ad locum, & ad hebræam vocem

1. Cor. 8. 4.

Elil, Sanctus Paulus alludens, Scimus, inquit, quia nihil eſt idolum in mundo. Ac ſi diceret: ex his quæ diuinitus nobis patefacta ſunt, vnum eſt, idolum & Elil aliud nihil eſſe quam nihil, quod in rerum natura nullo modo reperiatur. Licet enim ex auro, argento, vel alia ex materia, quæ

reipſa ſit, conflet ur idolum, aut quamcunque rem quæ nunc ſit, aut aliquando extiterit, adumbret; nihilominus, qua ratione fictæ diuinitatis, quæ nuſquam ſit, fueritue effigiem exhibet, nihil eſſe dicēdum eſt. Atq; hæc eſt apud chriſtianos quidem, vera atq; germana vocis huius notio; nec in Eccleſia Dei, aut in noui, veteriſq; teſtamenti tabulis alium habet vſum, quam vt ſignificet commentitium falſumq; Deum, & figuram diuina lege prohibitam, impietatis ac vanitatis opus; licet à prophanis authoribus latius vſurpetur, apud quos idem eſt idolum atq; vmbra, ſomnium, phantaſma, ſpectrum, aut quippiam eiuſmodi, nullius quidem falſi numinis vim, vel effigiem repreſentans, quod tamen re ipſa nihili æſtimetur. Eam obrem inanis eſt veſtra de germana nominis huius idoli, vt à profanis ſumitur, ſignificatione diſputatio, vt hoc cum imaginis voce, ac ſi vtriuſq; eadem plane vis eſſet confundendo perturbandoque doceatis omnes prorſus imagines, quod veſtro calculo ſint idola, prohiberi. Enimuero Chriſtiano more, ſi quidem Chriſtiani eſtis, vos loqui neceſſe eſt: hic autem agendi modus, vos nec inter veros Chriſtianos, nec etiā inter logicos eſſe aſcribēdos oſtendit. Hinc enim potius ducitis gentilium authorum, linguam, quam diuini ſermonis vſum conſectari: inde tam late vſurpandum putatis idoli, quam imaginis vocabulum; adeo nimirum abſurde, ac ſi quis aſſerat vpupæ nomen idem eſſe quod auis; nonne hoc eſſet ſpretis logicorum legibus ſpeciem cum genere permiſcere, planeque confundere? tamque late anguſtias areolæ protendere, quanta eſt totius horti amplitudo? Nihil eſt idolum aliud, quam ſpecies

Idoli vox apud profanos authores.

Libri I. Cap. 2. imaginis malæ ſemper, quemadmodū vpupa ſpecies auis, ſemper tamen vpupa: imago bonam imaginem denotare poteſt, ſicut nomen auis. Accipitrē, aquilam, & alias id genus generoſas aues. Hac nimirum ſcientia, atq; conſcientia oēs deprauaſtis in ſacris paginis locos in quibus idoli vocabulum vera motione falſum numē ſignificans reperitur, minime ducentes religioni pro idolo, imaginē reddere. Duos exempli cauſa ſubiiciam. Scriptum legimus cap. 30. Gen. Rachelem patris ſui Labani Theraſim, hoc eſt, εἴδωλα ſuffuratam fuiſſe quam vocem mala fide ac peruerſe imaginis vocabulo expreſſiſtis, vix enim vnquam, ac ne vix quidem inuenietis vocem hāc תרפים Theraſim (quā ſeptuaginta haud paulo vobis rerum hebraicarū peritiores εἴδωλα ſunt interpretati) in ſcripturis ſanctis ſimpliciter imaginē, ſed malam potius, atq; peruerſam imaginem, hoc eſt, *Idolum*, falſæq; diuinitatis ſimilitudinem, vt hoc ex loco conſtat, ſignificare. Illa ſiquidem ſimulachra quæ ibidem *Theraſim* dicta ſunt, bis paraphraſticωs; dii Labani appellantur; & ideo *Idola* ſunt, nō *Imagines*. In Iudicum libro capite decimo ſeptimo ac decimo octauo pari religione vertiſtis vocem eandem Theraſim, ſæpius ibi poſitam, quam ſeptuaginta ſeniores *Idolum*, vos autem *Imaginem* interpretamini, quæ tamen Michas quo authore conflata fuerant, deos ſuos nuncupat, & vt numina veneratur. Ecquis igitur dubitabit hoc tam certo audito teſtimonio, falſos fuiſſe deos, hominum arte, manuque factos, falſæque diuinitatis, authoris animo delineatæ referentes effigiem? Et quæ tanta vos tranſuerſos egit audacia, vt ſeptuaginta hebræorum interpretatione contempta, pro *Idolo*, commen-

Gen. 31. 19. Theraſim. εἴδωλα.

Theraſim. *Iudic. 17. & 18.*

commentitiam *Imaginem* induceretis? Prætereo ſexcentos eiuſmodi locos per vos eadem fraude corruptos, nam vel hi duo, tum ad fidem veſtram prodendam, tum ad interpretationes è veſtris officinis prodeuntes præcauendas ſufficiant. Summa ſit; in ſacris Scripturæ paginis (vnde ſumi debet nominum vis, valor, & efficacitas, quoties de religionis capitibus incidit quæſtio) nunquam tam late *Idolum*, quam *Imaginem* patere, nec eadem notione vſurpari reperietis: nec ab octoginta iam annis, quibus in hac agitanda quæſtione omnes ingenij neruos oſtendiſtis, vel locum vnum ad huius opinionis nouæ confirmationem proferre valuiſtis.

Abſurda ſequi plurima ex hac Caluiniana de Idolo, & Imagine inuecta opinione: Eccleſiam Catholicam Idololatriæ impietate falſo inſimulari.

CAPVT III.

EX hac veſtra infelicibus auſpiciis inuenta pertinacibusque animis defenſa de Idoli voce opinione quam plurima conſequuntur abſurda, quę falſam eam eſſe conuincunt; cum fieri non poſſit, vt falſum è vero naſcatur, non magis quam ex igne glacies, aut ex aquila veſpertilio. Ac primum quidem, ſi Imago & Idolum ſunt eadem, vt traditis, idemque omnino ſignificant, ſequitur neceſſario Deum ſtatim atque Idola prohibuit, eodem pene temporis momento Idolorum vſum induxiſſe, ac legem à ſe conſtitutam, & tabulis inciſam diſſoluiſſe. Teſtes huius rei ſunt aureæ Cherubinorum ſtatuæ, quas cum primum legem Idolorum vſu inter-

Aureæ Cherubinorũ ſtatuæ.

LIBRI I. CAP. 3. *Exo. 27 18.*

terdicentem ſanxit, à Moyſe iuſſit fabricari, & in adytis Sanctuarij, loco totius tabernaculi auguſtiſſimo, ad duo arcæ fœderis latera collocari. Teſtes aliæ eiuſmodi cœlituum, ac rerũ terreſtrium imagines, & figuræ phrygio opere, ſeù vt loquitur Scriptura, plumario Dei iuſſu artificioſe elaboratæ; quibus vela, cortinæq; tabernaculi mirabiliter intexebantur. Teſtis denique illa ſerpentis effigies ex ære conflata, quam ipſo Deo præcipiente Moyſes ad auertendam peſtem colubrorum morſibus inflictam, ſublimi in ſtipite affixit. Veſtro itaque calculo cum de his imaginibus faciendis, atque palam collocandis præcipiebat Deus, Idola fieri mandabat. Ex hac præterea doctrina ſequitur, ſanctiſſimum Ieroſolymorum templum regia magnificentia à Salomone conſtructum, veroque Deo cõſecratum, Idolorum multitudine fuiſſe refertum, contaminatumque: nam ſapientiſſimus ille Rex, & opulẽtiſſimus prętẹr Cherubinos ex olea fabrefactos, quos Moyſis ſequutus exemplum prope arcam teſtamenti collocauit, alias præterea tum beatorum ſpirituum, tum rerum terreſtrium imagines, ad parietes, & oſtia templi ornãda pingi, ſculpique curauit. Præterea duodecim boues ex ære conflauit, quibus ingens illud vas, mare æneum in ſcriptura nominatũ fulciebatur: vt leones, mala punica, lilia prætermittã, quibus auguſtam illã Dei domum illuſtrandam putauit. Ergo ſi eandẽ prorſus habet ſignificationem *Imago*, quam *Idolum*, has omnes quas ſacra hiſtoria commemorat Imagines, fuiſſe mera *Idola*, Deum earum authorem, Moyſen ac Salomonẽ fabricatores, ac proinde Idololatriæ architectos, ſuaſores, atque impulſores dicendum eſt. Quo

Cherubinorũ imagines arte Phrygia pictæ. *Exo. 26. 1. 31.*

Serpens. *Num. 21. 8*

Salomon. *3. Reg. 6. 23*

De bobus *3. Reg. 7 25*

De leonib. *ibidem.*

eſt. Quo quid eſſe poſſit abſurdius? Ad hæc efficitur ex his hominẽ, quod imago ac ſimilitudo Dei ſui creatoris ſit, Dei Idolum veriſſime poſſe nuncupari: imo Ieſus ipſe Chriſtus Dominus, qui eſt (vt loquitur Apoſtolus) ſui æterni patris imago, *Idolum* erit: eaque ratione Chriſtiani omnes qui eũ agnoſcunt, & religioſo, planeq; diuino cultu proſequũtur, & adorãt, erunt *Idoli* cultores cẽſendi, & in albũ Idololatrarũ referendi: qui vero eidẽ hominũ vindici cult⁹ exhibetur, erit Idololatra iudicandus: ꝗ cõſecutiones, ꝗd aliud ſunt, quã execrãdę voces, horrẽdæq; blaſphemiæ à veſtræ religionis authore Satana primũ cõceptę, deinde à vobis exceptę, atq; ad præpotentis Dei contumeliam paſſim effuſæ.

LIBRI I. CAP. 3. Homo imago & ſimilitudo Dei. *Gen. 1. 26. 27.* *1. Cor. 11. 7.* Chriſtus imago Dei *2 Cor. 4. 4* *Coloſ. 1. 15.* *Heb. 1. 3.*

Secundo, ſi eadẽ ſit *Imaginis*, & *Idoli* notio, nihilque omnino inter hæc duo vocabula interſit, nõne portento ſimile videatur, magnũ veſtræ ſectæ nomothetam Caluinum, vbi multis paginis in commentitiã iſtam Eccleſiæ Rom. Idololatriã eſſet inuectus artẽ pingendi, fingendi, ſculpendique Imagines ac ſtatuas ſuo decreto probaſſe? Aut quomodo non execratus eſt ſuæ religionis homines, qui quacunq; ratione pingẽdas, ſculpendaſue curarẽt cuiuſcunq; generis imagines, h. e. ſuo veſtroq; iudicio idola; cũ diuino oraculo, qui ſculptile facit vel conflatile maledictus omniũ ore proclamãdus ſit? Qua etiam ratione pro authoris eiuſdem veſtri, & aliorũ hominũ, quos illuſtres appellatis, in Martyrologiis veſtris imagines pingitis, habetis, geſtatis? Quid tandẽ eſt cur Beza alter Geneuẽſis Synagogæ princeps eiuſmodi hominũ Iconas in lucẽ emiſerit? Nonne eodẽ iure cenſendus eſt Idolorũ, atque Idololatriæ machinator? Ecq d eſt artẽ, ac nũdinationem

Imagines ac picturæ Caluino probantur. *l. 1. inſt, c. 11 §. 12.*

Deut. 27. 15

Bezæ Icones virorũ illuſtrium.

LIBRI I. CAP. 5.

tionem Idolorum profiteri, ſi hoc non eſt? Quid ridiculum magis quam verbo damnare imagines, eaſdem arte, manuq; pingere? Quid amentius quã ea quæ vocatis Idola, è ſacris Catholicorum ædibus exturbare, frãgere, vſtulare, perdere, mox alio Idolorũ genere, Biblia, domos, conclauiaq; veſtra cõplere? Num igitur videtis iſtam doctrinam, quam inſtar equi Durateï abſurdiſſimis opinionibus blaſphemiisq; fœtam, ad euertendam arcem Eccleſiæ induxiſtis, nullo poſſe modo cum veritate, veſtriq; nominis exiſtimatione conſiſtere? Ea reiecta neceſſe eſt, vt in Catholicorum ſententiam non pedibus modo, verum & animis euntes, cum iis certo teneatis Idolum & Imaginem longiſſimo interuallo diſtare; Illud eſſe falſæ diuinitatis, ac religionis effigiem, contra Dei legem vt adoretur, vel honoretur collocatam: hanc aũt natura ſua nequaquam eſſe, nec appellari debere *Idolum*, cum nihil ſit aliud ex communi notione vique ingenita, quã rei veræ ſimilitudo, ad pium aliquem religionis vſum, ad vtilitatem aut oblectationem comparata. Hoc ex etymo, & notione patet, vt poſtea docebo, Idololatriam eſſe cultum Idolo, falſæque diuinitati exhibitum; voſque iniquiſſime hoc tam grandi piaculo Eccleſiam Catholicam accerſere; quippe quæ cum omnia Idolorum genera deteſtetur, tum maxime ab omni impio ac ſuperſtitioſo eorũ cultu abhorret. Cumq; Saluatoris Ieſu, eiuſque Sanctorum Imagines non magis ſint pro Idolis habendæ, quam Cherubini, aliæque ſtatuæ, & imagines, quæ in religioſis Sanctuarij adytis, temploque Salomonis vilebantur, qui honos illis habetur ab Eccleſia, ratione duntaxat Chriſti ſiue Sanctorũ, quos

Idololatria.

Eccleſiam Catholicã falſo idololatria poſtulari.

repre-

repræſentant, non poteſt Idololatria nominari; cum non ſit Idolorum cultus, vt nec Eccleſia, quæ eam venerationem defert Idololatriæ cultrix reputari. Sed hæc paulo clarius deinceps patebunt. Venio iam ad explicandum, definiendumue, quid ſit Idololatria, quis Idololatra, quæ voces ab Idoli modo expoſiti nomine deriuantur.

Quid ſit Idololatra, atque Idololatria.

CAPVT IV.

EX Idoli vocabulo ſuperius explicato facile eſt definiendo docere, Quis ſit Idololatra, quidue Idololatria, & inde conficere eum eſſe dicendum *Idololatram*, qui colat *Idolum*, eique debitum vero, ſolique Deo honorem tribuat: hic autẽ cultus (vt expoſitum eſt) *Idololatria* nuncupatur, hoc eſt, adoratio, ſummusque cultus Idolo exhibitus: verbum enim Græcum λατρέυειν, ex quo, & voce Idoli *Idololatria* nomen coaleſcit, cultum, & honorem apud Chriſtianos authores ſummæ, æternæq; naturæ, Deo videlicet exhibitum ſignificat, vt paſſim S. Auguſtinus, aliique Doctores exponunt. Licet autem ex intima vi, atque ingenita ſignificatione latius interdum (quod etiam de voce Idoli dictum eſt) extendatur, & à profanis authoribus pro quocunque honore, cultuq; ciuili hominibus adhiberi conſueto ſumatur; in ſacris tamen literis, & Theologorum Academiis intra huius ſignificationis cancellos coercetur. Eſt igitur *Idololatra*, is qui eo cultu, & honore, qui vni, vero, ſoliq; Deo debetur, *Idolum* colit & adorat: Solem, puta, Lunam, aut quidpiam eiuſmodi creatum: vel alicuius rei ſimulacrũ, quod pro Deo habeat, in idq; ſpem omnem

λατρέυειν ſeruire, adorare.

S. Auguſt. cõtra ſerm. Arrianorũ c. 20. to. 6.

λατρεία ſeruitus, adoratio, ſummus cultus.

S. Aug. de Trin. l. 1. c. 6. to. 3. & contra Fauſt. Manich. l. 20. c. 21 to. 6. & q. 94. in Exo. to. 4. l. de ciu. 10. c. 1. to. 5.

ſuam

ſuam, voluntatem, fiduciam, & amorem conferat: Qui vero Deo aut omnino, aut aliqua ex parte derelicto ac poſtpoſito, diuinitatis ei conſortē adiungit: omneq; ſtudium, aut certe partem, ad cultū *Idoli* intēdit, ad illius aram ſublatis oculis ac manibus procumbit in genua ſupplicabundus. Is verus *Idololatra*, erroq; perditus, is ſuperſtitioſa vanitate irretitus, impius ſimulacrorum cultor, deteſtandum cacodæmonum mancipium coram Deo, ac cælitibus vniuerſis iudicādus eſt. D. Auguſt. tum in ſchola Ieſu Chriſti, tum veſtris calculis Doctor eximius; *Idololatræ*, inquit, *dicuntur, qui ſimulacris eam ſeruitutem exhibent, quæ debetur Deo.* Hoc eſt, qui Idola Deos eſſe credunt: eoque amore, & honore qui ſoli Deo debetur, illa proſequuntur. Eidem conſentientia ſcripſere cæteri Doctores. Tertullianus quidē antiquior Auguſtino. *Idololatria*, inquit, *Deo fraudem facit, honores illi ſuos denegans, & conferens aliis, vt fraudi etiam contumeliam coniungat.* Lactantius. *Si honos idem tribuatur aliis, ipſe omnino non colitur, cuius religio eſt, illum eſſe vnum, ac ſolum Deum credere.* S. Cyprianus. *Tunc Idololatria cōmittitur, cum diuinus honor alteri datur.* Deo ſcilicet debitus. S. Ambroſius. *Idololatria Dei honorem vſurpat.* Denique S. Gregorius Nazian. *Idololatria*, inquit, *eſt honoris creatoris in creaturam translatio.* Ergo quemadmodum Sol pro Deo habitus, & adoratus, Luna item pro Dea, eorumque ſimulachra, erant Idola Perſis: Ioues, Mercurij, Hercules, aliique eiuſmodi vita functi homines, & eorum ſtatuæ Græcis Idola fuerunt: Apis, crocodyli, feles, porri, & alia eiuſmodi cum ſuis figuris cenſebantur Ægyptiorum Idola: pari

modo

S. Auguſt. de Trin. l. 1 c. 6. to. 3.
Quid ſit Idololatra, & Idololatria.
Tertul. l. de Idololatria c. 2.
Lact. l. 1. c. 9
S. Cypr. ad Fort. in exhort. ad Mart.
S. Ambr. in Ep. ad Eph. c. 15.
S. Gregor. Naz. orat. in Chriſti Natiuit.
Idola Perſarum.
Stat. lib. 1. Theb. Lil. Gyral. de diis Gent. Synt. 7. Heſy. Orig. l. 6. adu. Celſ. Lāpr. in vita Comodi.
Idola Græcorum.
Cic. 2. de Nat. Deor. Plato in Epinomidem in Crat. Hierocles Stoic. in aur. car. Virg. 3. Æn.
Idola Ægypt.

modo ſacrificia, ritusue religioſi, ad eas res colen- *Arnob. l.8.*
das adhibiti, iure meritoque Idololatriæ nomen *cōtra Gen.*
ſubibant, vt illæ nationes idololatrarum, quod *Clem. Rō.* *5.Recogn.*
contra Dei, naturæque legem, diuinique honoris *Cic. 1. de*
maieſtatem, diuinis honorib⁹ res haſce mortales, *Nat. Deor.*
& fluxas afficerent. Atque vt res naturales homi- *Diodo. l.2.*
num peruerſitate in Idola conuertebantur, ſic et- *ſua Bibliot.*
iam artificioſæ: Sol enim vt aſtrum conſideratus, *S. Aug. l.2.* *de ciuit. c.*
Sol erat, aliud nihil: cæpe vt planta comeſum, cæ- *22.lib.8. c.*
pe tantum erat: vtrumque vero pro diuinitatis *26.*
obiecto acceptum, Idoli vim, ac nomen ſubibat. *Iuuen. Sat.*
Similiter ſtatuæ, ac formæ coloribus expreſſæ, vt *15. ſuſe.*
imagines modo retentæ, ſtatuæ erant duntaxat, *Exo. 32. 8.* *20.*
& imagines: cum autem ceu diuinitas quædam, aut adumbratæ diuinitatis ſimilitudines colebantur, iam tum appellationem, ac rationem Idoli ſibi vendicabant. Idolum ergo fuit aureus vitulus hominum manu, arteque factus, quem Hebræi in Arabiæ ſolitudine, vt verum Deum, qui ſe ex Pharaonis tyrannide in libertatem vindicaſſet, coluerunt: & ipſi Idololatræ, atque cultus illi exhibitus veriſſime debet Idololatria nominari. Sexcentis circiter poſt annis, Heliæ nimirum ætate, cum iidem Iſraelitæ Deo Baalique diſpertito religionis officio ſeruirent, eas acri, plenaque grauitatis oratione Propheta caſtigans, quod minime recta inincederent, ſed in Religione claudicarent, exprobrauit: videbat enim vir diuini honoris tuendi ſtu- *3. Reg. 12.* *21.*
dioſiſſimus, perque moleſte ferebat eos modo ad auguſtam Dei veri aram victimas immolare, & è veſtigio in delubris Baalis, quem vero Deo æquabant, execrando ſe nidore ſacrificiorum polluere. Illi ſcilicet maiorum ſuorum veſtigiis inhærentes, mini-

LIBRI I. CAP. 4.

minimeque veriti falſo Deo, commentitiæ, diuinitati, & Idolo diuinos honores impertire, ſe Idololatriæ ſcelere nefando aſtringebant; ac proinde eorum ſacrificia, victimas, thura, thymiamata, cultumque varium atque confuſum vero, fictoq; numini omni delectu, diſcrimineq; ſublato, impenſum, ad eandem Idololatriæ impietatem, ſpectaſſe dicendum eſt. Quo ſane nomine in veteris Teſtamenti tabulis eos Prophetæ coarguunt, idemtidem obiiciendo, quod poſt Idola ſua fornicarentur. Fornicationis autẽ, fornicandiq; voce Idololatriæ actum, & crimen intelligebant, quemadmodum in Euangelicis ſcriptis hominum Saluator eum populum generationem malam adulteram appellat. vt enim vxor, cum ratam marito fidem fallit, ſeque tradit adultero, eumque in nuptialem thorum admittit, adulterij flagitium perpetrat: ſic iſti qui ſacroſanctum cum Deo fœdus inierant, cum eum vel ex toto auerſarentur, aut cum eodem inanes neſcio quos deunculos habendos, colendosque cenſerent, ſpiritalis ſcelere adulterij animas polluebant; erantque adulteri, ac Idololatræ, eorumque cultus, adorandique ritus ſpiritalis fornicatio, meraque ſuperſtitio, ac deteſtabilis idololatria. Atque ſatis hæc eſſe arbitror, ad definitionem ac naturam Idololatriæ, Idololatræque cognoſcendam; facileque mihi perſuadeo vos, quæ de hac re diſputata ſunt, approbare. Nunc de diuiſione Idololatriæ, eiuſque partibus agamus.

Ezech. 6. 9. Iſaias, Ieremias, & alij.

Matth. 12. 39. c. 16. 4.

De ſenſi-

De ſenſibili & exteriori Idololatria.

CAPVT V.

Duo Idololatriæ genera.

DVæ ſunt vniuerſe loquendo ſpecies, ſiue partes Idololatriæ; altera materialis, exterior, & viſibilis, qua in externis, atque corporeis actionibus conſiſtit, eaſque circa eiuſdem rationis obiectum, viſibile ſcilicet, & ex materia conflatum exercet: eaq; prior mortaliũ oculis obiicitur, quamquam ſit ætate poſterior. Altera ſpiritalis eſt ſub aſpectum minime cadens, quæ mente ſola concipitur, radix tamen eſt, atque procreatrix Idololatriæ externæ, & aſpectabilis. Ad hanc externam, ac ſenſilem ſpectabat proprie Salomonis Idololatria, quam circa cultum duntaxat externum Idolorum exercuit. Nec enim veroſimile videtur Regem diuina ſapientia præditum, tot ac tantis donis ac muneribus prolixa Dei liberalitate cumulatum, vſque adeo fuiſſe de mente, ac ſanitate deturbatum, vt ſe cõſulto Idololatriæ crimine polluere voluerit, certoque ſibi perſuaſerit fictitiorum ſimulachra numinum, quæ vt pellicibus ſuis gratificaretur, extructione fanorum, & apparatu ſacrorum colebat, in Deorum album adſcribi debere. Fuit igitur Salomon quod ad exteriorẽ duntaxat actum attinet, Idololatra: grauiſſima tamen ſe, maximeque execranda impietate aſtrinxit, tantoque grauius in populi ſui offenſionem incurrit, quanto maior erat, qui peccatum inexpiabile in omnium oculis admiſerat. Quoniam vero generis huius Idololatria, cuius reus fuit Salomon, rarior eſt, & pauciora eiuſdem cernuntur exempla, propterea que (vt poſtea dicam) vix vnquam reperire eſt externam Idololatriam,

Idololatria Salomonis. 3. Reg. c. 11. 4. 5.

triam, quin vna concurrat interior, aut aliquid, quod vicem eiũs ſubeat: hinc fit, vt cum de exteriori diſputatur, vt plurimum Gentilitiam intelligamus, actiones maxime externas ſenſibus corporeis obiectas complectentem, quibus homines Ethnici ad ſua Idola, Deoſue colendos vtebantur. Quamquam aũt eiuſmodi ritus externi vim omnẽ atq; nomẽ habent ab interiori, quæ ab anima concipitur; tamen vt ſingulæ ſuis in loculis collocatæ cernantur, eadem more Theologorũ, ea quæ ſunt alioquin coniunctiſſima, quo clarius pateat interdum ſecernentium, diſtinguemus. Aut qua ratione D. Paulus interiorem hominem, hoc eſt, animã ad normam rationis conformatam, ſecernit ab exteriore, qui nimirum eſt homo corporeis voluptatibus addictus, licet vterque homo, nunquam non corpore, & animo conſtet. Aut deniq; quemadmodum Plato hominem diſtinguit in verum, & ſpiritalem, quem ait eſſe animam, & corporeum ac terrenum, quod eſt corpus; quamquam ab anima ſeparatum corpus non poſſit homo vocari. Ita nos duplicem ſtatuendam Idololatriam aſſerimus, nimirum ſpiritalem, quæ vera eſt, ac præcipua, & corpoream priori illa minorem, cum ea tamẽ ſemper coniunctam. Dicendum eſt igitur corpoream, & aſpectabilem Idololatriam hoc ſenſu acceptã eſſe communiter talem, qualis fuit Ethnicorum in externis actionibus poſita, quibus res creatas ac ſenſiles, earumque ſimilitudines, vt ante dictum eſt, velut Deos habebant, ac venerabantur. Quod Idololatriæ genus in tot formas poteſt multiplicari; quot res à Deo productæ in toto orbe cernuntur: quotque ſunt externa hominum opera arte, manuque

Homo interior, & exterior.

2. Cor. 2. 4. 16.

Verus homo ex Platonis ſententia.

Generalis ſuperſtitio.

Digitized by Google

nuque elaborata, quæ cæci mortales pro Deo venerari ſolent. Ita Perſæ & Chaldæi Solem, aſtra, ſuosque Reges vt numina colebant: beſtias, ac varia genera plantarũ Ægyptij: Duces, Heroas, ſuos ſapientes, mundique elementa Græci: Romani denique, vt miſſas faciam cæteras nationes, omnium eiuſmodi deorum colluuiem receperunt: qui, vt ait S. Leo Pontifex Maximus, ignorantes ſuæ prouectionis authorem, cum pene omnibus dominarentur gentibus, omnium gentium ſeruiebant erroribus, & magnam ſibi videbantur aſſumpſiſſe Religionem, quia nullam reſpuebant falſitatem. Atque incredibili ſuperſtitione inducti domicilium quoddam Babylonicum, tot diuerſis numinibus, ac numinum ſimulacris refertum habuerunt, quam multa, variaque rerum genera in orbe vniuerſo à variis gentibus religioſe coli audierant: eisque fanum, cui Pantheon nomen inditum eſt, in vrbe ſua principe, imperiique ſede conſtruxerunt. Huius autem tam denſas exterioris Idololatriæ tenebras, humani generis vindex, mundique Saluator diuinis potentiſſimæ veritatis ſuæ, doctrinæque radiis palam perſpicueque diſſipauit, quemadmodum interiorem illam iam inde ab ortu ſuo clam, ſenſimque debellare, & hoc duriſſimæ ſeruitutis iugum à mortalium ceruicibus deiicere cœpit. Primum cum Reges Magos Idololatriæ tenebris inuolutos nouæ ſtellę fulgore, velut internũcio ex oriẽtis ſolis finibus euocauit, vt eos nefario Idolorũ cultu abiecto, in cliẽtelá fideiq; ſuæ ꝓfeſſionẽ admitteret. Deinde

B 2 cum

Libri I. Cap. 5.

S Leo ſer. 1. de Apoſt. Petro & Paulo. & S. Auguſt. de ciuit. Dei. l. 2. c. 22. 23. & 24. & lib. 3. cap. 4 & 8. 12. & alibi cũ de Theologia Varronis agit.

Pantheon ab Agrippa ædificatum.

Diod. l. 53. Fabritius in ſua Roma.

Plin. li 36. Nat. Marcel. l. 16. hiſt. c. 15. Diod. Sicul. lib. 6. cap 10. Alex. ad Alex. gen. dic. l. 2. c. 8.

Saluator noſter ab incunabulis Idololatriam euertere cœpit. Magi ab Oriente. *Matth. 2. 1.*

cum mactare cogitaret Herodes innocentes infantulos, à ſanctiſſimis parentibus delatus eſt in Ægyptum, vbi ad eius ingreſſum, tum Mempheos, quæ erat omnium ſuperſtitionum ſeminarium, tum Heliopolis aliarumque ciuitatum ſimulacra diſiecit: quam ſibi glorioſam humanoque generi ſalutarem victoriam deinceps continuauit, maxime vero cum in acerbiſſimo crucis conflictu, de morte, ac diabolo triumphauit, iuſſis obmuteſcere, quæ toto orbe dæmonis vafritie fundebantur, oraculis, famoſo præſertim Delphico, quod fallacibus reſponſis, atque præſtigiis, ita perſtrinxerat mortalium mentes, adeoque ſuæ tyrannidi multis retro ſæculis obſtrictas habuerat, vt ad illius imperium ac nutum omnem vitæ rationem fingere, & accommodare viderentur. Denique cum ad Idololatriam radicitus extirpandam, animosque mortalium hominum parandos, ad ſatus Euangelij accipiendos, ſuæ ſcholæ alumnos per omnes orbis oras deſtinauit Apoſtolos, cæterosque tam glorioſi operis conſortes diſcipulos, deturbatis paſſim Idolis, victoriæ ſuæ trophæa crucis videlicet erexit; quod etiamnum in terris illis ad orientem occiduumque Solem iacentibus æuo noſtro detectis, per fideles oratores, diuinique ſui verbi interpretes pergit factitare; quorum magnis, continuiſque laboribus ſuperſtitionum infandarum ſeminaria funditus euertuntur. Atque hanc eſſe conſtat victoriam omnium, quæ ad Dei gloriam illuſtrandam obtineri poſſunt nobiliſſimam, & præcipua quadam prærogatiua ad vnigenæ filij ſui aduentum reſeruatam; quam multis ante ſeculis iuſſit à viris diuino ſuo ſpiritu afflatis

præ-

Ægyptiorum Idola Memphi, & alibi Infantis Ieſu aduentu labefactata.
Iſa. 2. 17. 18. & 31. 7. Zach 13. 2 Exod 30 13 Hier. in c. 19 Iſa. Pallad. in hiſt. Lauſi. Maldon. in c. 2. Matt.
Delphicũ oraculum, & alia, obmutuerũt.
Plut. de defectu oraculorum. Niceph. l. 1. hiſt. Eccl. 17. Guidas in voce ἀάγυς@.
Iuuẽ Sat. 6
Ceſſant oracula Delphis.
Fracta Idola. *Iſa 2. 17. 18. c. 31. 7. Zach. 13. 2. Ezech. 30. 13. & 6. 4. 6*

prænunciari. *Eleuabitur* (præcinebat Iſaias) *Dominus ſolus in die illa, & Idola penitus conterentia.* Idem paulo poſt. *In die illa proiiciet homo Idola argenti ſui, & ſimulacra auri ſui, quæ fecerat, vt adoraret talpas, & veſpertiliones.* Idem alibi. *Diſperdam ſimulacra, & ceſſare faciam Idola.* Dicebat Deus apud Ezechielem; ſic Micheas, Zacharias, aliique ſanctiſſimi diuinæ voluntatis interpretes, qui de Ieſu Chriſti aduentu certiſſima oracula dederunt. Vos autem cum Eccleſiam Catholicam Idololatriæ ſcelere, eam ob cauſam inſimulatis, quod Saluatoris noſtri, eiuſque matris puriſſimæ, ac Sanctorum imagines veneretur, eosque non vt Deos quidem, ſed vt eximios Dei ſeruos, & amicos inuocet; hinc grauiſſimam Dei filio irrogatis iniuriam, propter eaque cum admirabilis, diuinæque honore victoriæ fraudatis? inde Prophetas eius, tanquam vaniloquos, atq; impudentes impoſtores damnatis. Etenim ſi propter huiuſmodi cultum Eccleſia (vt vultis) eſt Idololatriæ cultrix, tantũ abeſt, vt apud Gentiles populos Idololatria exciſa ſit (quod ad vindicis noſtræ libertatis gloriam futurum aliquando Prophetæ præuiderunt) vt ea potius in medio Chriſti regno, atque adeo in auguſtiſſimis ſacrarij eius adytis, poſita, ſtabilitaque ſit; ac profecto maiori cæremoniarum ſplendore, atque grauiore Doctorum, Eccleſiaſtarum, omnisque generis Scriptorum auctoritate, quam vllo vnquam tempore inter veteres Idololatras extiterit. Præterea inde ſequetur Chriſtianorum optimos præ reliquis ſe grauiori ſcelere fœdare, & altius in huius impietatis cœno volutare: vos autem poſt aliquot hyadas huc ex Aquilonari regione tranſfuectos,

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

LIBRI I. CAP. 6.

ctos ſolos eſſe Theopneſtos, ſolos Theodulos, ſolos ſynceros veri Dei in eius templo adoratores, diuinæque maieſtatis alumnos clariſſimos, propterea que eiuſdem, & cælituum imagines deteſtamini, Iudæorum atque Turcarum mores ac ritus ſequuti, qui nos ſimiliter eo nomine in album Idololatrarum referunt, cum Chriſtianos Idololatras appellant. At enim Chriſtus Ieſus noſtræ ſalutis author, non eam modo externam, & aſpectabilem Idololatriam inuaſit, ac profligauit: verum etiam ſpiritualem illam, quæ in intimis animæ ſenſibus inhæret, de qua nunc nobis eſt diſſerendum.

Hugonoti Iudæorum atq; Turcarum æmuli Chriſtianos quod imagines venerētur, Idololatras appellant.

De ſpiritali, ac interiori Idololatria.

CAPVT VI.

SPritalis Idololatria, quæ alterum conſtituit huius nefandæ impietatis genus, & originis primas tenet, ea eſt, quæ mente ſola, & animo, circa obiectum aliquod ſpiritale, & interius latens exercetur. Huius generis Idololatriæ affines, reique cenſentur primum ij, qui directe, vel indirecte, palam, vel occulte, ac per quandam conſecutionem cum cacodæmone quippiam paciſcuntur: cuiuſmodi ſunt qui mente & animo Idola falſosq; Deos adorant. Item magi, venefici, innodatores ligularum, incantatores, pythones, necromantici, aliique eiuſdem farinæ plurimi, quos omnes certum eſt idololatriæ ſcelere teneri, eſſe diuinæ, quā imminuunt, maieſtatis reos, primumq; decalogi caput infringere, ac proinde duplici corpore animoq; luēdæ pœnæ obnoxios. Deinde eos qui errorē, non qualemcunque, ſed legi diuinæ repugnantem animo concipiunt, ac obſtinate tuentur: nec enim

Idololatræ ſpiritales Magi, venefici, &c.

Spiritales Idololatræ contra Dei legem.

enim error in Mathematicis, Phyſicis, aliiſque eiuſmodi doctrinis, qui contra Dei legem minime feratur, Idololatria debet appellari, cum ſit tantum ignoratio, falſitas, aut mendacium, alicui artis, vel naturæ veritati contrarium. Naturæ quidem, vt ſi quis nullum in toto mundo eſſe motum cum Zenone aſſereret: aut cum Pythagora terram eſſe aſtram, & cum Anaxagora niuem atram eſſe tueretur. Artis vero, vt ſi quis opinaretur nullis prius iactis fundamentis ædificandum: nullam omnino menſuram, proportionē, partiumq; ſymmetriam eſſe obſeruandam (quæ ſunt axiomata architecturæ legibus oppoſita) contēderet. Omnis igitur error verbo Dei repugnans, omneq; vitium, prauaq; animi affectio bonis oppoſita moribus, cum pertinaciter vt certum religionis ac pietatis caput ſumitur, ac propugnatur, hæreſis eſt, & ſpiritale Idolum: quique illud amplectitur, animoque fouet, Hæreticus eſt & Idololatra, ac interior ille cultus quantidemque reconditus, minimeq; patens, Hęreſis eſt, ac mentis Idololatria. Hinc Samuel Propheta Regis Saulis contumaciam Idololatriæ nomine deſignabat, cum eum his verbis argueret. *Quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare: & quaſi ſcelus Idololatriæ nolle acquieſcere.* Patet ratio, quod is qui Deo, aut Dei vicario non obtemperat, Dei conſilium, ac voluntatem ſuo iudicio, & opinioni postponit: ſe itaque præfert Deo, dum proprium iudicium, & opinionem ſuſpicit, eamq; Deo contempto colit & adorat. Diuus Hieronymus ad hunc ſenſum accommodate loquitur, cum ait, Idololatriam ſæpenumero in Iudæorum gentem irrepſiſſe, licet nulla ex materia conflatis Idolis vterentur.

Zenonis error.

Pythagorę

Anaxagoræ.

Saul Idololatra.

1. Reg. 15. 22.

S. Hieron. in c. 8. Oſeæ to. 6.

LIBRI I. CAP. 6.

rentur. *Sicut enim nationes*, ait, *corporalia ſimulacra venerantur, ſic iſti Idola Deos putant, quæ de ſuo corde finxerunt, & ideo reputabūtur in numero nationum.* S. Auguſtinus exponens ſenſum verborum Ioſue, quibus Hebræos recens Palæſtinam ingreſſos, vt à ſe Deos peregrinos abiicerent, hortabatur; *Non enim credendi ſunt*, inquit, *adhuc habuiſſe apud ſe aliqua Gentium ſimulacra, cum ſuperius eorum obedientiam prædicauerit. Nec tamē putandum eſt, hoc illum inaniter præcepiſſe; non enim ait, & nunc auferte Deos alienos, ſi qui ſunt in vobis: ſed omnino tanquam ſcitis eſſe, qui ſunt, inquit, in vobis. Proinde Propheta ſanctus in cordibus eorum eſſe cernebat cogitationes de Deo alienas à Deo, & ipſas admonebat auferri. Quiſquis enim talem cogitat Deum, qualis non eſt Deus, alienum Deum vtique, & falſum in cogitatione portat.* Ergo ex S. Auguſtini ſententia erant latētes in animis Iudæorum errores, quos Ioſue religioſus dux tanquam Idola, & Deos alienos, falſamque diuinitatem abiici iubebat. Quin & ipſe ſanctus Paulus auaritiam, ſtudiumque ventris Idololatriam, eſſe & homines huiuſmodi pietatis addictos Idololatras habendos cenſuit. Eorum ſiquidem aurum, & venter adipalis eorum eſt Pluto, Bacchus, certus deniq; cui ſeruiunt Deus, præſertim ſi his ſe vitiis ac peccatis aſtringunt more Ethnicorum, cum certa fide, & erroris aſſertione in mente, vt nimirum ad id factitandum nomine religioſi cultus inducantur. Improbus autē Chriſtianus, qui vitium, vt quippiam affine religioni nequaquam fouet in animo, ſed illud cupiditatis duntaxat illecebris illectus, ac victus vehementi ſtudio amplectitur; tametſi proprie dici non debeat Idololatra, cum non errat in fide; opere

S. Auguſt. lib 6. qq. in Ioſue c. 29. to. 4.

Ioſue c. 24. 23.

Auaritia. *col. 3. 5.*

Venter pro Deo. *Col. 3. 19. Rom. 16. 18*

Digitized by Google

opere tamen, req; ipſa, ſe talem eſſe declarat, deque numero illorum qui, vt idem ait gentium Doctor, confitentur ſe noſſe Deum, factis autē negant. Demus aliquem exempli cauſa vltro peccantem, cum tamen probe intelligat furta, fraudes, vſuram, rapinas à Deo prohiberi, & hunc hominem ſic affectum aggrediatur dominatrix animi auaritia, auri præponat, idolum. ſuadeat illi atq; perſuadeat contra quam fas eſt, quo iure quaq; iniuria opes corradere, non furis, non prædonis, non Simoniaci, non ſacrilegi infamem appellationem exhorreſcere, ſi eiuſmodi idolum arrideat, ſi ſuadenti acquieſcat, ſi quæ nefaria conſulit exequatur, in hac profecto actione, turpiq; animi abiectione idololatra dicendus eſt, quippe qui creatori Deo, rem ab illo creatā præponat, pluriſq; lucri cupiditatē, & caducas opes quam fontem bonorum omniū ducat. Suum Mammon, ſuum idolum, Deus deniq; ſunt, non eſt aliud quam ſuum ipſius vitium inſtar cuiuſdam ſimulachri ſuper ara deprauati affectus animi collocatum. Helluo ſimiliter aut libidinoſus, qui dies nocteſq; in ea ſola cogitatione, curaq; verſantur, vt abdomini ſeruiant, & effractis diuinæ legis repagulis, quibus homines ad omnem modeſtiam, temperantiā, abſtinentiam, benignitatem in egentes, ad orandi, meditandiq; ſtudium, omniumq; virtutū exercitationem informantur, mente ſaltem agitat, cum verbis fortaſſe non audeat, illud quod apud Iſaiam vſurpant aſoti, *comedamus, & bibamus, cras enim moriamur.* Vel ea quæ apud D. Lucam. Diues male conſultus. *Anima mea habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare.* Hic ſuo in vitio ſimilitudine quadam idololatriam exercet; idolum

Libri I. Cap. 6. Ad Titum 1. 16.

Iſa 22 13. 1 Cor. 15 32 Horat lib 1 Carm. Ode 4. 9. 11. Luca 12 19

enim, cui ſacra facit, venter eſt, & abdomen inſaturabile, quod cum opinione vana, inanique mentis agitatione ad titillantis ſenſus fornacem conflatum, continenter ſecum habet, ſuſpicit, colitque eoque adducitur, vt aliam mortalibus beatam vitam ſupereſſe nullā arbitretur, præter eam quæ voluptario corporis ſenſu percipitur; & hæc fuit doctrina, & idolum magiſtri voluptatum Epicuri. Conſtat igitur eiuſmodi vitia ido'orum rationē habere, & qui ea mente cōcipiunt, fingūt, amplectuntur, per quandam ſimilitudinem idololatras eſſe nominandos. Sed idoli nomen ac vis cum primis illi tribuitur generi errorum, quibus corporeæ voluptates fouentur; aut priuato hominis iudicio, pernitioſiſque opinionibus contra fidem Deo debitam conceptis, aut aduerſus alia religionis capita, quæ omnibus credenda, vtque res plane diuinæ honoranda, proponuntur. Eam ob cauſam haud aberrabit à vero quiſquis affirmabit veteres Philoſophos eo quod corporum reſurrectionem, animarum immortalitatem, Deique circa res humanas prouidentiam inficiabantur. & alias eiuſmodi, vel impias, vel certe falſas, abſurdas & in Dei maieſtatē contumelioſas opiniones, tamē vt minime dubias & ad inſtar ſupremæ veritatis turbantur & ab omnibus vt tenerentur inſtabant, eos inquam idololatras, & idololetriæ authores extitiſſe; licet ex his plurimi, nec ligna, nec metalla, nec ex his conflata ſimulachra coluerunt: quorum videlicet idolum erat vitioſa opinio in eorū merita, tanquam in ſolio ad modum reginæ ſupremum tenentis imperium collocata. Quod ad turcas atque Iudęos attinet nullum illi quidem corporatum habent ido-

Philoſophi abſq; corporatis ſtatuis idololatræ.

Digitized by Google

bent idolum, ſed præpotentẽ cœli, terræq; molitorem eſſe Deum ſe credere profitentur; nihilominus certa quadam ratione infideles ſunt, & idololatræ, eo quod non talem, qualis eſt, Deum credunt, eſſentia nimirum, ac natura vnum, tribus in Perſonis toti mundo præſidentem, Patrem videlicet Filium & Spiritum ſanctum; ſed talem potius volunt agnoſcere, qualem impius Mahometes, Rabbiniq; Cabaliſtæ finxerunt; ac proinde ſpiritale idolum credunt, ac venerãtur, eoq; nomine ſunt inter idololatras adſcribendi. Audiamus D. Baſilium de hoc hominum genere diſſerentem. *Qui falſas*, inquit, *de Deo concepere opiniones, intellectualem quandam in ſeipſis idololatriam comminiſcentes, ea exiſtimant ſubſiſtere quæ nuſpiam ſunt. Proinde hi ſe obnoxios reddunt maledictioni quæ dicit, maledictus homo omnis qui fecerit ſculptilem, & conflatilẽ abominationem Domino, opus manuum artificis, & poſuerit illud in occulto.* Greogorius autem Nazianzenus maiorem etiam ab improbis hominibus impietatem inducta fuiſſe declarat. *Porro*, inquit, *qui noxiis affectibus altius etiam erant immerſi, illi ipſos adeo affectus deos putarunt, aut ſaltem diis conſecrarunt: iracundias, homicidia, libidines, ebrietates, & neſcio quæ alia his conſimilia commenti nimirum vitiis propriis excuſatione hanc neque honeſtam, neque iuſtam.* Eiſdem Græcis Patribus conſentientia ſcribunt, & Latini; S. præſertim Hieronymus in commentariis in Iſaiam, & Oſeã editis: Ac S. Auguſtin. maxime in libris de ciuitate Dei, vbi portentoſam multitudinem numinum & execrandam deorum colluuiẽ, quos miſeranda cæcitate Gentiles non minus mente animoq; finxerant, quam quos palam in fanis ex varia materia effictos collocarant.

Turcæ atque Iudæi ſpiritales idololatræ.

S. Baſilius in cap. 2. Iſaia.

S. Gregor. Naz. Orat. 2. de theol.

S. Hierõ. in cap. 2. Iſaiæ & in Oſe. 4

S. Aug. lib. 4. de ciuit. cap. 8. 10. 11 14. 15. 16 & aliis.

Hæreſim

Hæreſim præ omni ſpiritali idololatria, idololatriæ nomine, notaq; inſigniendam, eamq; gentilium idololatriæ eſſe per ſimilem.

Caput VII.

SI idololatriæ vocabulum quã latiſſime ſummatur, vt apud SS. Patres, non anguſte vt apud doctores, qui res theologicas diſputationũ ſubtilitate perſequuntur, aſſerendum eſt inter omnia idololatriarum genera quæ mortaliũ animos obſident, ei quæ in ſchola Chriſtianorum Hæreſis appellatur idololatriæ nomen eſſe tribuẽdum. Nam ea eſt quæ ſibi præ cunctis, qui excogitari poſſunt, erroribus, intolerabili ſuperbia ius, & authoritatem diuinitatis arrogat, quodque mente concepit, ac finxit, ceu quippiam è cœlo lapſum oſtentat, omnemq; mouet lapidem, vt nomine religionis, (in quo vno vis, & color eſt idololatriæ formandæ) ab hominibus ſuſcipiatur, & adoretur. Ea ſola eſt, quæ ſe quidem à vero Deo ſtare, eius cauſam tueri, ac promouere impudenter iactitat, cum tamen de eius maieſtate per ſummam aſtutiã indigniſſime & ſentiat, & loquatur: Siquidem ſacroſanctos ſcripturæ codices identidem manibus terit, diuina vſurpat oracula, ex iiſq; verborum aucupia, & literarum tendiculas ad implicandos incautos eruit, argumentaq; contexit leuiſſima quibus ſuis impoſturis ac mendaciis fidẽ adſtruat, eaq; pro vera, ſanaq; doctrina curioſis obtrudat. Illa peruerſa Eccleſię Dei imitatrix, leges, ſacramẽta, ritus, ceremonias, & alia generis huius ſibi conſtituit, vt hoc externo apparatu adfallendum inſtructa, cõptaque, ſe ſuaq; poſſit egregie venditare. Quod facile eſt videre, ei qui Hæreſes omnes, &

Hæreti-

Hæreticos, qui poſt Chriſti Dñi in cęlos aſcenſum exorti ſunt, recenſebit, Simonianos, Montaniſtas, Manichæos, Arrianos, Macedonianos, Donatiſtas, Eutychianos, Neſtorianos, ac cæteros Cacodæmonis emiſſarios, qui propemodum nihil in ore habebant, præter Dei gloriam & honorem, purum purumq; Dei verbum, & euangelicam veritatem. Igitur ſi diuinitatis nomen numen, & honorẽ falſo ſibi vendicare, vere eſt idololatriæ culpam cõtrahere, hoc autem ſi Hæreſis maiori, quam quilibet aliorum, errorum, pompa, apparatuque factitet, nonne efficitur neceſſario, hæreſim præ cæteris idololatriis ſpiritalibus veram idololatriam eſſe iudicandam?

Atque hoc etiam clarius licebit demonſtrare, ſi cum Hæreſi, Ethnicorum idololatriam conferamur: ſiquidem ex ea patet nullum eſſe errorem, qui ſiue in ſuis cauſis & effectis, ſiue in adiunctis, ac proprietatibus Ethnicam idololatriam euidentius quã Hæreſis ipſa, poſſit exprimere.

Primo, ſicut idololatria immenſa vorago eſt, gurgeſque vitiorum, ſic inter Chriſtianos Hæreſis, fœdiſſima eſt ſentina in quam ſcelerum omnium, ac flagitione turpiſſimæ ſordes influunt, ex qua deinde humano generi illaturæ perniciem, ac vaſtitatem erumpunt. Et quemadmodum ſeculo omniũ, quæ ad illud vſq; tempus in mundo fuerant, corruptiſſimo (ſiquidem *Omnis caro*, vt loquitur ſcriptura, *corruperat viam ſuam ſuper terram*) idololatria infauſtum ortum habuit, quæ ſtatim omniũ morum corruptionẽ, lernamq; malorum intulit, vanitas enim, auaritia, gula, libido, ſuperbia, & cætera vitiorum portenta illius progenitores fuerunt, quæ deinde

Prima ſimilitudo Hæreſis, & Gẽtilium idololatria.

Libri I. Cap. 7.

inde ex eadem tanquam fęta venenis hydra progenita longe lateque propagata ſunt; vt Hebræorum ſapientiſſimus Rex admonuit; eamque ob cauſam cum vitiorum turmam enumeraſſet, intulit. *Infandorum idolorum cultura, omnis mali cauſa eſt, & initium & finis.* Hæreſis ſimiliter non aliis fere quam perditis, & omni ſcelerum genere corruptis temporibus in orbem inuecta fuit; à peccatis, naturam, ortum, & incrementa ſumit, quæ deinde infœliciſſima abortione procreant: Vt enim illam ſuperbia, ambitio, auaritia, libido, crudelitas, & cætera id genus vitia progignunt; ſic eadem poſtea ab illa procreantur; vt bruchus bruchum, viperam vipera parit; ex quibus alia mox eiuſdem naturę inſerta gignuntur. Et proinde Hæreſis eſt, non minus quam idololatria, omnis mali cauſa, initiū, & finis; cumque illi tam ſit, quam ouum ouo ſimilis, præ cæteris qui animo ineſſe poſſunt erroribus, præque ſpiritalibus idolis, idololatriæ titulo iure, meritoque debet inſigniri.

Sap. 14. 27.

Secunda ſimilitudo hæreſis, & idololatriæ

Secundo, idololatria quo tempore naturæ Moſiſque lex in mundo vigebat, verum Dei cultum, aperto Marte quatiebat, idem molitur Hæreſis; imo iam inde moliri cœpit, ex quo exorta euangelica luce, Apoſtoli indefeſſo labore Eccleſiæ Chriſti ſtatum in toto orbe collocabant. Nihil eſt enim tam aduerſum fidei, quam Hęreſis; nihil quod adeo violenter, eam conuellat ac diſſipet; quod poſtea clarius exponetur.

Tertia earundem ſimilitudo.

S. Hierō. in c. 13. Zach.

Tertio, ſicut artificum manu, & induſtria idola conficiuntur, (ait S. Hieronymus;) ſic ea quæ peruerſa Hæreticorum doctrina cōminiſcitur, ac fingit, ea omnia in idola conuertuntur; eorumque facit impro-

Digitized by Google

eit improbitas, vt pro Chriſto Ieſu, Antichriſtus adoretur. Libri I. Cap. 7.

Quarto, quemadmodũ idololatrę plurimos deos, & innumera idola curabant habere, ait idem S. Doctor: Sic Hæretici diuerſas, ac peruerſas ſub nomine Ieſu Chriſti opiniones fabricantur; nec vnum modo idolum adorant, ſed pro dogmatum varietate, deos plurimos: Quot enim errores ſuis auditoribus velut fidei capita, credendos tradunt, tot profectò idola ſunt, tot vani falſiq; dei; quos pro vero, æternoque Deo habendos, & colendos inducunt. Patet ergo tum ex propoſitis ſanctorum Patrum teſtimoniis, tum ex rationibus, & ſimilitudinibus, inter oẽs idololatricas impietates, principẽ eſſe Hæreſin, cui nomen, ac ratio idololatriæ merito, optimoq; iure tribuatur. Quarta. *S. Hierõ. in Amos, c. 5.*

Sanctorum Patrum teſtimonia quibus affirmant hæreſim eſſe ſpiritalem idololatriam, quantaq; fuerit diaboli in reſtaurandis Priſcorum idolis aſtutia.

Capvt VIII.

AD confirmationem eorum, quæ proxime docuimus, antiqui Patres Eccleſię hæc vocabula idolum & idololatriam hæreticorum affectibus, doctrinis & opinionibus ſemper adſcribenda cenſuerunt. S. quidem Hieronym. prophetiam Abacuc exponens, *Sculptile atq; conflatile*, inquit, *reor dogmata eſſe peruerſa, quæ ab iis à quibus ficta ſunt, adorantur. Vide Arrium ſculpſiſſe ſibi idolum creaturæ, & adoraſſe quod ſculpſit. Cerne Eunomium conflaſſe imaginem falſam, & conflationi ſuæ curuare ceruicem.* *S. Hierõ. in c. 2. Abac.* Arrius.

Et paulo poſt.: *Si quando videris aliquem nolle credere*

LIBRI I. CAP. 8.

credere veritati, & oſtenſæ ſuorum dogmatum falſitati, in cœpto ſtudio perſeuerare, cõgrue poteris dicere, ſperat in figmento ſuo, & facit ſimulachra muta vel ſurda. Idem Ezechielem interpretans, Iudęorum idololatriam orientem Solem, & alias figuras, quas ſacra Scriptura abominationes vocat, in templi parietibus depictas, adorantium Hæreticis accommodat. *An ignoramus*, inquit, *Marcionem, & cæteros Hæreticos, qui vetus laniant teſtamentum, contempto creatore, id eſt, iuſto Deo, alium quendam bonum Deum colere, & adorare, quem de ſuo corde finxerunt? Omneſque noſtri temporis Hæretici qui Dei filium prædicant creaturam, & tamen adorant eum, relicto diuinitatis templo, & poſt tergum habito, ipſi confeſſione ſua creaturam adorare ſe dicunt. Nos autem ſic adoramus Solem iuſtitiæ, vt Deum adoramus in templo veteris teſtamenti, vbi lex & Prophetæ, vbi Cherubin & propitiatorium eſt.* Docet igitur egregius Doctor, Arrianos & Manichæos nouum ſibi Deum, qui verus non erat Deus, ſed idolum fabricaſſe; ac neſcio quem Ieſum hominem modo, nihilq; in ſe diuinum habentem finxiſſe, ob eamque rationem, quod falſam diuinitatem, creatamq; naturã adorarent idololatras, contra vero Catholicos, viros eſſe Dei cultores, quippe qui verum veteris nouique teſtamenti Dei, ac Ieſum Chriſtum verum iuſtitiæ Solem, eiuſdemq; teſtamenti Deum agnoſcerent, atque debito, diuinoque honore proſequerentur.

S. Hieron. in Ezech. capit. 8.

Diabolus Dei Simia.

Tertull. de præſcript. cont. hær. cap. 40.

Tertulianus grauis author, poſtquã expoſuit diabolum, qui vt priſcis tẽporibus non paucas ex Iudaicis ceremoniis, & ritibus deſumpſerat, vt externo illo veræ religionis cultu, & apparatu idololatriæ ſuæ fęditatem obtegeret, & pro germana veraq; pietate vẽditaret, ita modo plurima ex Eccleſ. Catholica ad

ſtabiliendas

ſtabiliẽdas quas inuehit Hęreſes, ſolita vafricie mutuare, tandem his verbis concludens: *Neq; à diabolo* ait, *immiſſa eſſe ſpiritalia nequitiæ, ex quibus etiam Hæreſes veniunt, dubitare quis debet, neque ab idololatria diſtare Hæreſes, cum & authoris, & operis ſint, cuius & idololatria: Deum aut fingunt alium aduerſus Creatorem, aut ſe vnicum & Creatorem conſitentur, aliter eum diſſerunt, quam in vero eſt. Itaque omne mendacium quod de Deo dicunt, quodammodo genus eſt idololatriæ.* Idem alio loco. *Sicut nationes manibus,* ait, *ita & ipſi* (S. Hæretici) *verbis idola fabricantur, id eſt, alium Deum, & alium Chriſtum.* Sancti Cyprianus & Auguſtinus quod ad hanc Hæreſis, cum idololatria gentilium collationem attinet, ſubtili inueſtigatione miram Cacodæmonis in iiſdem Hæreſibus innouandis aſtutiã detegunt: egregii ſunt loci planeq; digni qui ad verbum hic inſerantur, vt hoc caput firma & efficaci concluſione firmetur. Sic igitur S. Cyprianus. *Quid aſtutius, quidue ſubtilius quam vt Chriſti aduentu detectus ac proſtratus inimicus, videns ille idola derelicta, & per minimum credentium populum ſedes ſuas, ac templa deſerta, excogitauerit nouam fraudem, & ſub ipſo nominis Chriſti titulo fallat incautos? Hæreſes inuenit, & Schiſmata, quibus ſubuerteret fidem, veritatem corrumperet, ſcinderet vnitatem. Quos detinere non poteſt in via veteris cæcitate, circunſcribit, & decipit noui itineris errore. Rapit de ipſa Eccleſia homines, & dũ ſibi appropinquaſſe iam lumini, atq; euaſiſſe ſeculi noctẽ videtur, alias neſcientibus tenebras rurſus infundit, & cum Euangelio Chriſti, & cum obſeruatione eius & lege non ſtantes Chriſtianos ſe vocent, & ambulantes in tenebris habere ſe lumen exiſtiment blandiente aduerſario, atq; fallente, qui ſecundum Apoſtoli vocem transfigurat ſe velut Angelum lucis, & miniſtros ſub-*

LIBRI I. CAP. 8.

Epheſ. 6.12

Hæreticorum idola.

Tert. adu. Prax. c.18.

S Cypr. de vnit. Eccl. num. 2.

Hæreſes à diabolo Ethnicorũ idolis ſubſtitutæ.

2 Cor. 11.14

Libri I. Cap. 8.

ornat ſuos velut miniſtros iuſtitiæ, aſſerentes noctem pro die, interitum pro ſalute, deſperationem ſub obtentu ſpei, perfidiam ſub prætextu fidei, Antichriſtum ſub vocabulo Chriſti, vt dum veriſimilia mentiuntur, veritatem ſubtilitate fruſtrentur. Hucuſque S. Cyprianus, cui conſentanea ſcripſit S. Auguſtinus. *Videns*, inquit, *Diabolus templa dæmonum deſeri, & in nomen mediatoris currere genus humanum, Hæreticos mouit, qui ſub vocabulo Chriſtiano doctrinæ reſiſterent Chriſtianæ, quaſi poſſent indifferenter ſine vlla correctione haberi in ciuitate Dei, ſicut ciuitas confuſionis indifferenter habuit Philoſophos inter ſe diuerſa, & aduerſa ſentientes.* Quibus verbis diaboli malitia viuis coloribus depingitur, qui in hoc quam ſtudioſiſſime inuigilat, vt antiquatis Ethnicorum idolis inter Chriſtianos Hæreſes, ceu noua idola illorum loco à cæcis mortalibus adorāda ſubſtituat; ſicq; nouos idololatras, nouamque idololatriam, nomine Chriſtiano ornatam, veræq; religionis apparatu inſtructam in orbem Chriſtianum inducere, ac ſtabilire contendit.

S. Auguſt. lib. 18. ciui. cap. 51.

Quidnam inter ſpiritalem & corpoream idololatriam interſit.

Capvt IX.

1. Differētia. Spiritalis idololatria prior ſenſili

MVltæ vero ſunt inter illa duo idololatriæ genera differentiæ. Prima eſt, quod, vt ante dixi, ſpiritalis, & interna antiquior eſt, naturaque præcedit ſenſilem & corporatam; quanquam hæc quæ oculis ſubiicitur prior ſit & notior, & ad interioris ac ſpiritalis cognitionem manu ducat, quæ abſq; exterioris ex materia aſpectabili conflatæ adminiculo per ſe ipſa poteſt ſubſiſtere; aſpectabilis autem & corporata ſine ſpiritali nuſquam eſt; vel

certe

Digitized by Google

certe aliqua re quæ ad eam proxime accedat. Quare contingere poterit, vt non nemo diabolum, aut vitium & errorem ſuum titulo nomineq; religionis adoret; & licet nec ſenſibus quicquam ſenſile, nec corporatam figuram, nec ritus externos, aut ceremonias adhibeat; ob internam nihilominus quam mente agitat opinionẽ, quamque vel vt Deum colat, vel Deo præponendam putet, verus idololatra iudicandus eſt; quales fuerunt ex veteribus Philoſophis plurimi, quales etiamnum, Iudæi, Mahometiſq; ſectatores; quales olim extiterunt, vt noſtro æuo greges Hęreticorum. Sed enim nullus poteſt exterius alicui rei quæ ſub ſenſum cadat cultũ deferre latriæ, vereque idololatra nominari, & eſſe, quin prius talis in animo ſit, cũ exterior idololatria ſit interioris effectus, vitioſus ſurculus, ex vitiata radice pullulans. Ergo Salomon, quem paulo ante dicebam, exterius quidem proprie idololatrá fuiſſe, interius etiam, & animi affectu ſimulachrorum cultor dicendus eſt, eo quod externos actus in cultu idolorum exercitos vltro probarit: quem ſi nolit quiſpiam talem fateri & habita ratione fidei, qua illuſtratus erat, interioribus idololatriæ ſordibus inquinatum fuiſſe; negare tamen non poterit, quin cæca cupiditate libidinis inflammatus talis, certe mentis affectu extiterit, cuius idolum fuit Venus, ſuaque Dea Aſtarte & eius effuſæ in omnem intemperantiam libidines. Enimuero quicunque in exterioris idololatriæ ſcelus aliquando prolapſi ſunt, neceſſe fuit eos prius in anima intellectuale quoddam idolum, ſuum videlicet errorem finxiſſe, antequã craſſam & corpoream, & interioris idoli duntaxat aſpectabilẽ effigiem fabri-

LIBRI I. CAP. 9.

Digitized by Google

LIBRI I. CAP. 9.

carentur & colerent. Hinc conſtat Iſraelitas mente atq; opinione prius idololatriæ crimine fuiſſe contaminatos, quam vitulum ex auro conflarent, quod tum demum re ipſa ad perficiendum aggreſſi ſunt, cum Aaroni dixerunt, fac nobis deos qui nos præcedant. Nam cum id omnes vna voce flagitabant, iam tum in animo cõceptum vitulum venerabantur; is autem quem aſpectabilem habere geſtiebant, erat tantum expreſſa figura, & idoli in mente eorum latentis adumbratio. Pari ratione qui corporea, & aſpectabilia conflabant ſimulachra Deæ Veneris, Plutonis, & cæterorũ eiuſdẽ rationis deorum, quæ ceremoniis, & ritibus externis colerent, prius dubio procul ea in mente fabricati, ac venerati fuerant. Ex quo fit, vt interna & obtutũ fugiens, idololatria, ſit velut anima externæ, & aſpectabilis, & illa ſublata, nulla omnino eſſe poſſit, quæ nunc cenſeatur idololatria; quandoquidẽ corpus per ſe modo conſideratum, nec vitium, nec virtutẽ vllam poteſt exercere, & eatenus eſt vtriuſq; capax, quatenus cum mente commercium habet, accedente conſenſu, imperioque voluntatis: nec corporeæ actionis laudem, aut vituperationem merentur, niſi quantum ab anima promanant, in qua vis eſt rationis, arbitriiq; libertas. At enim vetus hic Baſilidianorum, Elcheſaitarum, & ſimiliũ cauendus eſt error, affirmantium ſæuiente in Chriſtianos immanitate tyrannorum, fas eſſe Chriſtum ore tenus abnegare, externiſq; ceremoniis idola venerari modo inuiolata in animo fides perſiſtat: quorũ opinioni ratio quædã probabilis ſuffragari videbatur, nihilominus iure, meritoq; damnati ſunt, tum hæreſis nomine, tum etiam ꝙ pugnantia docerẽt. Nam huiuſ-

Hebræorũ idololatria *Exod. 32. 1.*

Ethnicorũ idola.

Baſilidiani *Orige. vide Card. Barõ An. tom. 2. anno 120. De Helcheſaitis agit Euſeb. lib. 6 hiſtor. Eccl. capit. 31. Epiph. hær. 7. libr. 2. Aug lib. de hær. cap 32*

Digitized by Google

huiuſmodi exterior actio, fidei ſynceritatis deprauat, cum nequeat ſuſcipi tam accurata cõſideratione, & circumſpectione adhibita, quin in aliorũ offenſionem incurrat, ac perfidum quendam animi conſenſum extorquent, ſe præſertim inclinãte voluntate ad huiuſmodi externi honoris impie idolo exhibiti ſimulationem. Addo inſuper, q̄ licet fides omni ex parte integra perſiſteret interius, externa tamen actio, in eo pernitioſa, & infidelis eſt, quod ſummã animæ falſitatẽ contineat, ſuo videlicet corpori ea imperantis exequi, quæ ipſa damnet, ac deteſtetur: iiſq; cauſam præbeat errandi, qui prauæ actionis exterius exhibitæ ſunt exemplũ imitaturi: quale fuit Salomonis peccatum, maxima vniuerſæ gentis ſuæ offenſione, pellicium idolis ſacrificia immolantis. Merito igitur arguitur à S. Auguſtino Seneca, quod ex quorundã errantium Philoſophorũ doctrina, aſſereret externum cultum quem ipſe, ac Romani cordatiores idolis tribuebant, popularem eſſe potius, & in vulgi gratiam, quam ſeriam actionẽ, & magis ad morem quã ad rem pertinere, quo in facto culpa vacarunt. Sic Auguſtin. reſpondet: *Eo damnabilius, quod illa quæ mendaciter agebat, (qui videlicet idolis externis ceremoniis ſupplicabat) ſic ageret vt eum populus veraciter agere exiſtimaret.* Sic ſe ille Philoſophus excuſans ſtultitiȩ crimen augebat, dum ei adumbratæ rationis velum conaretur obtendere. At non ita probus ille Iudȩus, ac religioſus ſenȩx Eleazarus, qui licet ab amicis magnopere rogatus certa ſpe propoſita, ac promiſſione confirmata fore, vt tantillũ diſſimulando regiſq; imperio cedendo ſuppliciorum accerbitatẽ euaderet; duos cruciatus, ipſamq; mortẽ ſubire maluit, quã ficte porcina di-

Libri I. Cap. 9. *Niceph. lib. ca 32. & in Cod. de Mathemat. & malef. ob incantationes damnati ſunt.*

Error Senecæ ab Auguſtino refutatus.

Libr 6. de ciuit. ca. 16 S. Tho. 2. 2. quæſt. 94. a. 1. & 2.

2. Machab. 6. 24.

Digitized by Google

Libri I. Cap. 9.

uinis legibꝰ prohibita veſci; ne videlic. hac ſimulatione foueam erroris pararet; ſuæq; gentis hominibus contemptæ religionis exemplum, exiſtimantibus eum non ſimulate, ſed vere, & ex animo ſuillas carnes ediſſe. Eſt igitur in hoc ſimulationis genere, ſcandali, offenſioniſue, & idololatriæ peccatum, licet in animo nullum falſæ fidei idolum exiſtat; alioquin nulla, vt dictũ eſt, in hoc facto idololatrię culpa iudicaretur admitti. Exempli cauſa: ſi quis vi ad fanum idoli traheretur, (vt multis olim Chriſtianis cõtigiſſe produnt hiſtoriæ, & Annales Eccleſiaſtici) alligata eius manui acerra, vel thuribulo, genu flectere, & idolo thꝰ adolere cogeretur, nulla ratione cẽſeretur hic idololatra; eſſet. n. exterior duntaxat impietatis actus, cũ ab eo abeſſet conſenſus volũtatis. Quicunq; igitur olim res creatas, aut idola coluerunt, & modo colunt, ita vt inter idololatras adſcribantur, primo tales interius exiſtũt, & in animo occultã ſuæ idololatriæ arã circumferunt, & idolũ in ea collocatũ ad cuius exemplar externũ ex certa materia cõflarunt: & hic cultus exterior eſt tantũ interioris indiciũ; vt facies exterior horologii index motus eſt interioris, qui intuentium fugit aſpectũ.

Chriſtiani vi ad idola pertracti.

Altera differentia.

Altera differentia hęc eſt, quod interior, & ſpiritalis idololatria, vi ſua, & natura, corporeã, & exteriorem ſeorſim conſideratã multis partibus, (ſi nequitia atq; malitia ſpectetur) ſuperat, propatereaque ſedẽ habet in anima, eamq; Dei imaginem turpiſſimo ſcelere commaculat: at exteriore corpore, ꝙ eſt modo animæ inſtrumentũ, exercetur: vtq; cultus ab anima nobiliori hominis parte exhibitus, longe acceptior eſt Deo, quã is qui ſolius corporis viribus fit; ſic idololatriã, quã quis ſola mente cõcepit infinitis par-

Spiritalis idololatria peior corporea.

Digitized by Google

nitis partibus in Deũ contumelioſiorẽ eſſe perſpicuum eſt ea, quæ corporeis duntaxat membris, exteriuſq; ceremonijs exercetur; imo huic ſine illa idololatriæ appellationẽ nemo conuenire cenſebit. Si igitur in boni maliue ratione maius eſt in cauſa quam in effectu momentum; & ſi res ſubiecta, ſuis antecellit adiunctis; dubitari non poteſt, quin ſpiritalis idololatria longe turpior ſit, ac deteſtabilior, ea quæ in externis ceremoniis, & corporis actione conſiſtit. Vnde D. Auguſtinus de hac verba faciens. *Eſt & aliud*, inquit, *deterior, & inferior cultus ſimulachrorum, quo phantaſmata ſua colunt, & quicquid animo errante cum ſuperbia vel timore cogitando imaginati fuerint, religionis nomine obſeruant, donec fiat in anima nihil omnino colendum eſſe.* Hæc ille.

LIBRI I. CAP. 10.

S. Auguſt. de vera religione c. 38

Probatur primo Hæreſim, idololatriam eſſe, atq; infidelitatem omnium pernicioſiſsimam, quod ſit in Deum contumelioſior cæteris.

CAPVT X.

CVm hæreſis omnium prima ſit, cui inter omnes ſuperſtitioſos cultus, & infames idolothreſquias ſpiritales, idololatriæ nomen ac ratio merito tribuantur, haud dubiũ eſt, quin omniũ ſit pernicioſiſſima, præq; omnibus maxime deteſtanda. Ne trepidate, ne æſtuate miniſtri, ne ad arma cõclamate, nondũ enim vos cominus aggredior, nec præſens cũ præſentibus depugno; eſt enim generalis tantũ volitatio, emiſſo in incertũ telo, nõ ad vos cõfugendos, à quo nihil vobis pertimeſcendũ, niſi pro ſcopo ad certum ictum pectus obiiciatis, liberaque voce Hæreticos vos eſſe fateamini. Exiſtimo me hactenus perſpicuis rationibus, ſanctorumque

Digitized by Google

Patrum teſtimoniis oſtendiſſe omnem errorē,& animo,conceptam aduerſus diuinam legem titulo, nomineq; religionis opinionē eſſe Idolum,qualem etiam cumq; cultum, & honorem eiuſmodi errori impenſum, idololatriam, eos deniq; qui vel innotuerunt,vel pertinaciter tuentur,ac venerãtur,idololatras eſſe nominandos. Reſtat modo probandū, Hęreſim non tantum idololatriam eſſe,verum etiã omnium, quæ excogitari poſſunt peſtilentiſſimã, humanoq; generi pernicioſſimã, proinde magnopere deteſtandam. Idque hac breui ratiocinatione conficio. Infidelitas illa,& idololatria eſt omnium pernicioſiſſima,maximeq; abominãda,quæ maiori cum iniuria Deo debitum eripit honorem:talis vero eſt idololatria Hæretica, ea igitur eſt omnium pernicioſiſſima,ac præ omnibus vehementer execranda. Clara eſt,paucisq; verbis cõcluſa argumentatio. Priorem quidē propoſitionē nemo qui ratione vtatur,negauerit, etenim, cui poſſet in dubium venire illud idololatriæ gen⁹, ob id inprimis execrãdum eſſe,ꝙ atrociori cū iniuria immortali Deo debitam venerationē & gloriã eripiat? Quotus autē quiſq; in orbe Chriſtiano reperitur qui hoc ipſum non audiat,claroq; videat ab Hæreſi factitari? Quis adeo ſtupidus eſt,qui nõ intelligat, planeq; ſentiat, Hæreſim eſſe, quæ auſu ſacrilego quæcunq; ad colendū,placandumq; mundi diuinitus, ac religioſe ab Eccleſia tradita ſunt,& ab eius cunabulis ſumma pietate à maioribus vſurpata, conſeruataq; fuerūt, peſſumdare contendat? Placet ne vobis, vt hoc apertius exponã? Ethnicorū hominum idololatria Dei,quem ignorat,gloriã in idola,ac deos peregrinos,fictitioſq; trãsfert,relictoq; Creatore, & vniuerſitatis

Idololatria omniū pernicioſiſſima eſt,quę Deo maiorem infert contumeliam,& grauius Eccleſię damnū.

uerſitatis huius parente, quæ ab eo procreata ſunt, ſupplex veneratur; vnico veroque Deo, vel non agnito, vel certe neglecto, falſum, fictumque ſibi conſtituit: ac licet id interdum ignoratione miſerabili contingat, tamē vix piabili ſe crimine aſtringit, vtpote diuinæ maieſtatis imminutæ, aut etiam quantum in ſe eſt, impia opinione ſublatæ. At Hæreſis vlterius progreditur: altera ſiquidem ex parte cum ſe dicat Deum agnoſcere, & verbis etiam cōfiteatur, cum tamen reipſa contemnit, & pro eo ſeipſam mortalibus adorandā exhibet: & eo damnabiliori proditione verum Deum ſua ſpoliat gloria, & honore, quo minus eſſe malum, atque leuiorem culpam certum eſt, nunquam agnouiſſe viam veritatis, quam agnitam deſeruiſſe: nunquam in hanc lucem ſuſceptum fuiſſe, quam ſempiternis inferorum incendiis mancipari. Altera vero ex parte Deo vim ſuam ac naturam aufert, & quantum in ipſa eſt, diuinitatem eius è rerum natura tollit, & omnino interimit; non eo quidem modo, quo Gentilium Idololatria per ignorationē, vel imprudentiam: ſed conſulto, ſummaque malitia, vt in hoc ſe crudelitate parricidam, imo Deicidam: deformitate abominandam lamiam, blaſphemiis atque maledictis horribilem furiam, planeque diabolicam præbeat; qualem denique diuinus Euangeliſta, magnusque Propheta viuis coloribus expreſſit, cum beſtiam illam monſtruoſiſſimam à ſe viſam deſcriberet. *Et vidi*, inquit, *de mari beſtiam aſcendentem, habentem capita ſeptem, & cornua decem, & ſuper cornua eius decem diademata, & ſuper capita eius nomina blaſphemia. Et beſtia quā vidi ſimilis erat pardo, & pedes ei⁹ ſicut pedes vrſi, & os eius ſicut os leonis.* Subdit deinceps. *Et datum*

Libri I. Cap. 10.

Minus eſt malū non agnouiſſe veritatem, quā agnitam repudiare.

2. Pet. 2. 2

Minus malum non eſſe, quam damnari.

Matth. 26. 24.

Hæreſis deſcriptio.

Apoc. 12. 1. 5. 6.

LIBRI I. CAP. 10.

eſt ei os loquẽs magna, & blaſphemias. Et aperuit os ſuum in baſphemias ad Deum, blaſphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos, qui in cœlo habitant: & adorauerunt eã omnes qui inhabitant terram. Quis hic non videat Hæreſis naturam, ingenium, formam, figurã, ſuperbiam, eius exitiale odiũ in Deum, & eius Eccleſiã, pernitioſiſſimaq; illius effecta Spiritus ſancti penicillo depicta? Talem n. Hæreſim eſſe facile poteſt declarari his enumeratis, quæ poſt Chriſti Domini in cœlos aſcenſum, ſingulis propemodum ſæculis eius honorẽ, ac diuinitatem oppugnarunt.

Simon Magus. *Act.8.10. S.Hieron. cõt. Lucif. Auguſt. de Hær. c.1. Itẽ Epipha. to.2. Hæ.1. Euſeb. l. 2. hiſt Eccl.c. 12. & l. 4. c.1. De Arrio & hæreſi Arriana agit, ſed recte Euſe. l.3. de vita Conſtant. c.4. & ſeq. Niceph. l,8. c.5. & ſeq. Sotrat. l 1. c.3. S. Aug. de hæreſ. c. 49. Hil. l.2. de Trin.*

Hoc in Hæreſi à Simone magicis artibus infami primum excitata cernitur, is enim ſe MAGNAM DEI VIRTVTEM, hoc eſt, DEVM, nuncupabat. Hoc in Marcionis patet doctrina, humanam Saluatoris naturam, corporumq; reſurrectionem negantis: qui tantæ arrogantiæ fuit, vt hæc ſua deliramenta veluti religionis oracula, adoranda proponeret. Hoc fanatici Manichæi cõmenta demonſtrant, qui vno Deo non contentus, duos voluit inducere, alterum rerum bonarum, alterũ malarum authorem. Hoc in Gnoſticis eadẽ inſania laborantibus apparet, qui mali etiã numinis aſſertores extiterunt: & alij eiuſdem impietatis tribus primis ſęculis quãplurimi, ſimiles nugas, imo blaſphemias diſſeminarunt. Quatuor deinde ſequẽtibus ſæculis aliæ peſtilentes, impiæq; hæreſiarcharum doctrinę Chriſtianum orbem infecerunt; nam Arrius filio Dei, dum eum puram aſſerit creaturam, diuinitatem ademit: Neſtorius duas ei perſonas attribuit; Valentinus eum vero corpore, ex Sanctiſſima Virgine aſſumpto, Apollinaris vera anima ſpoliauit: ita Seuerus, Iacobus Syrus, Sergius, Pyrrhus illis tem-

lis temporibus plurima Hæreſum Idola finxerũt: quæ vero ſequutæ ſunt ad hoc æuum vſq; multis opinionum capitibus informes ſectæ, aſſertionem propoſitam ſatis ſuperq; confirmant. Sunt hæ nimirum ſpiritales pardi, multis ſuperbiæ cornibus elati: ſunt truculentæ beſtiæ innumeris peccatorũ maculis variegatæ: Sunt terreſtres, craſſæ vrſis perſimiles, pondere turpium voluptatum humi depreſſæ, & leonum inſtar in agẽdo crudeles: omnes denique ſui admirationem excitarunt, in hoc vnum ſtudioſiſſime elaborantes, vt ab iis quorũ nomina in libro vitæ non ſunt inſcripta, diuinos honores conſequerẽtur. Ad vnam oẽs ſumma impietate impetuq; cæco in Dei aras irruerunt, ſanctiſſimum nomen ipſisq; beatis mentibus venerabile, formidandumq; maledictis proſcindere, eiuſq; diuinitatem execrandis blaſphemiis impetere, funeſtum ac ſacrilegum Dei alumnis, & eius Eccleſiæ bellum inferre contenderunt. Ex his aliæ ſe in primam Sanctiſſimæ Trinitatis Perſonam armarunt: vt Hæreſis illius quem dixi magi, mundum hunc aſpectabilem à Deo negantis eſſe procreatum: quod quid eſt aliud, quam primum fidei Chriſtianæ caput æterno Deo patri attributum euertere? fuerunt item non paucæ, quæ Dei Eſſentiam ſimpliciter oppugnarunt: aliæ Secundam, aliæ Tertiam, nonnullæ tres ſimul hypoſtaſes, ipſum videlicet ſacroſanctæ Triadis myſteriũ aggreſſæ ſunt: omnes autem execrandis opinionibus, inauditisque blaſphemiis illam eſſentiam ineffabilẽ inuadere, atq; vt im̃anes illi gigantes, è cœleſti regia omni conatu adhibito deturbare, & in nihilũ redigere vehemẽter laborarũt. Hoc itaq; pacto Deũ immortalẽ aggredi & his

Libri I. Cap. 10. Ruffin. l. 1. hiſt. Eccl. c. 15. & ſeq. & innumerabiles alij. De Neſtorio Proſper in Chronicis ad Con. Ch. 431. Socr. l. 7. c. 2. Hiſtor. Trip. li. 12. ca. 5. Niceph. l. 24. c. 31. 32. & 33. & alij plerique.

LIBRI I. CAP. 10.

& his impietatis armis velle conficere, nonne longe grauius, & ſuppliciis atrocioribus vindicãdum eſt crimen magis, quã Ethnicorũ hominum Idolothreſquiam profiteri? Nonne is, qui hoc impie molitur, non modo ſummũ vniuerſi huius parentem, ac moderatorẽ diuinitatis diademate, imperio, atq; poteſtate ſpoliare cenſendus eſt, ſed ipſius, vt ita dicam, animã interimere, ac ſine modo emẽſura Idololatricas veterũ Romanorũ, Græcorum, Ægyptiorũ ſuperſtitiones, ac ritus erga fictitia numina deteſtabiles, iniuſtitia, impiaq; fraude ſuperare? Iſtarum enim gentium deteſtandũ ſcelus, priuatio duntaxat cenſeri debet; ſiquidẽ vero numine per ignorationem derelicto, cultum, & religioſum honorem aduerſus illius maieſtatem adhibendum in eos, quos commeriti erant, Deos iniuſtiſſime transferebant: At Hæreſis non per inſcientiam, ſed accurata ſceleris meditatione, arrogantia, perfidia, proditione, ſummaq; malitia inſtincta Deũ ipſum inuadit: nam cum ei meritũ honorem ſimulet habere, grauiſſimas iniurias imponit, atque quibuſcunq; poteſt artibus eius Eccleſiam, Eccleſiæque membra diuexat; nec ſupereſt quo hæc tã immanis progrediatur iniuria. Apto ſimili declaretur. Si quis Regis ſubditus beneficiis ab eo plurimis affectus, ad Regis hoſtes deficiat, periurus eſt tranſfuga, in ſuum Principem iniurioſus, grauique ſupplicio dignus: ſed ſi hoc minime contentus, Regisq; Prouincias aggrediatur infeſtas habere, populares, ac Regis clientes captiuos abducere, omnia ferro, flammisque vaſtare, regnum denique occupare, hic iam non modo perduellis, ſed communis omnium hoſtis habebitur. Qui ſi tandem

cæcus

cæcus amentia, & crudelitate maiori furens, ipſum Regem inuadat, dignitatem atq; honorem lædat, ſceleratas manus in eum vt in Darium Beſſus iniiciat, vinciat, iugulet, multis hic parricida nominibus imminutæ maieſtatis reus erit, proindeque omni cruciatuum genere mactandus. Atqui Hæreſis, quantum in ipſa eſt, aduerſus Deum Regum omnium Regem, & contra ipſius regnum, nimirum Eccleſiam, hic longe grauiora molitur. Quare nullo modo dubitãdum eſt, quin ſit quauis Gentilium Idololatria pernitioſior, atq; deteſtabilior.

LIBRI I. CAP. II.

Secundo probatur, Hæreſim eſſe Idololatriam omnium pernitioſiſsimam, quod grauiora damna in Dei Eccleſiam, animarumq; ſalutem inferat.

CAPVT XI.

SVperiorem aſſertionẽ hac altera ratione confirmo; vt nimirum fiat planum, Hæreſim eſſe quacunque Idololatria, & infidelitate deteriorem. Hæc autem ratio ex illius effectis ducitur, ex eo videlicet quod grauiora multo detrimenta in Eccleſiam Dei, & animarum ſalutem, quam vlla Gentilium Idololatria importet. Agedum, alteram alteri cõferamus, vis vt rationis appareat. Idololatria Gẽtium externa quædã vis eſt, atq; violentia hoſtilem in modum arcẽ fidei Chriſtianę exterius obſidens, & aperto Marte diuexans: Hæreſis autem occulta eſt coniuratio, in intimis Chriſtianæ Reipublicæ viſceribus inhærens, quæ cuniculos clam agit, ſacroſanctos ciuitatis Dei muros ſuffodit; & vniuerſum ordinem Hierarchicum conuellit, ac funditus euertit. Ethnicorum Idololatria magnus quidem morbus eſt, ſed à finibus Eccleſiæ remotus, ad eãq;

Hæreſis eſt Idololatria omnium peſſima, quod ſit maxime noxia religioni.

S. Hieron. l. 7. in Iſa. c. 18
D. Chryſ. Ho 50. ad Populum.
D. Auguſt. Ep. 48. to. 2
D. Tho. 22. q 10. a. 6.

ina-

LIBRI I. CAP. II.

inficiendam admodũ imbecillus, modo tantulum diligentiæ ad præcauendum adhibeatur: at Hæreſis interna lues eſt, peſtisque funeſtiſſima, incredibili celeritate per omnia myſtici corporis Ieſu Chriſti membra malitiæ ſuæ venenum diffundens; quod occupatis præcordiis animam paulo ante valentem ac viuidam ad punctum temporis extinguit: cumque vni interitum attulerit, ſexcentas deinde eadem contagioſa lue corrumpit. Illa ſubito domos, familias, vrbes, prouincias inuadit, perturbat, populatur. Illa firmiſſima Religionis fundamẽta conuellit ac funditus euertit. Illa primigenium, atq; vitalẽ Chriſtianæ vitæ ſpiritum in ipſius exortu comprimit. Princeps atque primarium religionis noſtræ fundamentum, primusque ſenſus, cor & motus animæ per Dei gratiam ad vitam excitatæ, fides eſt: propterea quod ſuper ea veluti fundamento vitæ ſpiritalis ædificium collocatur: fons eſt & rectorum omnium habituum ſcaturigo, ex qua ſpei, charitatis, ac cæterarum Chriſtianarum virtutum riui perennes emanant. Atqui fides eſt, quam prima impreſſione aggreditur Hęreſis: fides eſt, ad quam primum euertendam omnes fraudum, ac virium machinas inſtituit: & quæcunque poteſt venena peſtifera, eam vt interficiat, ex inferorum nartheriis expromit: primigeniũ illud cœleſtis vitæ principium, cor crudeliſſima beſtia rimatur vt deuoret: acropolis eſt, quam illa tum actis cuniculis, tum baliſtis ac tormentis primo impetu aggreditur, quod facilius arcem religionis euertat. Non eſt neceſſe hoc exemplis facere longius, his credo, abundatis, & res ipſa per ſe patet. Compertum vobis eſt Gentiles Idololatras

tras

Digitized by Google

tras, qui priſcis temporibus Chriſti alumnos omnis crudelitatis genere diuexabant,& hoc etiam æuo cum aliis in regionibus, tum maxime in Iapone diuexāt, licet eos fortunis ac vita ſpoliarent, raro admodum eis fidem abſtuliſſe, imo vero cum in eos ſæuirent,cum ſuppliciorum acerbitate cruciarent, cum inſatiabili crudelitate mactarent, tum eos martyres, cœlique ciues, regesque faciebant, Hæreſis contra Chriſtianos ſubita metamorphoſi in apoſtatas tartarique mancipia euertit. Et recte Tertullianus: *Hoc erunt Hæreſes*, inquit, *non minus doctrinarum peruerſitate Eccleſiam laceſſentes, quā tunc Antichriſtus perſecutionum atrocitatem perſequetur: niſi quod perſecutio martyres facit, Hæreſis apoſtatas tantum.* Ac de his item alio loco. *Apoſtolos in peruerſum æmulantur: Illi enim de mortuis ſuſcitabunt, iſti de viuis mortuos faciunt.* Peſſimum agendi genus, facile tamen, & cuilibet facinoroſo peruium. Et Gentiles quidem cum Chriſtianis corpoream vitam adimebāt, eorum ſtatim animas ad immortalem, beatamq; vitam tranſmittebant: cum bonis externis eos nudabant, cœleſtibus diuitiis cumulabant: cum eis infamiam, turpitudinisq; notam inurebant, ſempiternisq; honoribus augebāt,& ſummæ,immortalisq; gloriæ laurea ornabant. Hæreſis aūt & Hæretici omnino contrario modo ſe gerunt:cum n.fideles Chriſtianos ſolitis artibus circūuenerint, & vt loquitur Apoſt. *Per dulces ſermones & benedictiones corda innocentium ſeduxerint*, mox eos in infideles,& deſertores apoſtatas demutant, & in ſempiternæ mortis voraginē agunt prçcipites:quo ſe recta manu ducturos in cœlū pollicebantur. Poſſet ne rogo vos,apud vllas gentes im̄anitate barbaras,omni ſuperſti-

LIBRI I. CAP. II.

Idololatria & perſecutio quam Ethnici Chriſtianis inferebant, faciebat martyres. At Hçreſis è Chriſtianis apoſtatas.

Tertul. de præſcript. cōtra Hær. c. 1.

Rom. 16. 18.

perſtitionum genere, cultuque dæmonum infames Idololatria hac veſtra pernitioſior reperiri? videte perſpicuum de peſtiferis huius portenti effectis exemplum, ex eoque diſcite nullum Idololatriæ genus magis noxium, atque execrandum excogitari poſſe quam Hæreſim, ac prauas contra rectam fidem ſuſceptas opiniones. Chriſtiana fides impurum cacodæmonum cultum, & impias quaſque ſuperſtitiones in Ægypto, Aſia, Aphrica ſuſtulerat, atque de Idololatria illis in regionibus inueterata, glorioſe triumpharat: at Neſtorij, Sergij, Arrij, & aliorum nefariæ Hæreſes iiſdem ex prouinciis, orbisque partibus ampliſſimis orthodoxam fidem exturbarunt; atque pro Euangelio Alcoranũ, pro Baptiſmo circumciſionem: Apoſtolica authoritate iampridẽ antiquatam: pro Chriſtianis Sacris, & Sacramentis, prophanos Turcarũ ritus: denique pro Ieſu Chriſto Deo, noſtræque vindice libertatis optimo, impium Mahometem intulerunt. Hæc tam horrenda tot fidelium populorum ſtrages: hæc tam luctuoſa Chriſtiani nominis, rerumque diuinarum vaſtitas, vobisne ſatis magna videbitur? ſatisne funeſtum hoc monſtrum vobis iudicabitur, quod tantam in oriente, & auſtro intulit calamitatem? Ad hanc tam claram, tamque perſpicuam veritatis lucem veſtros tandem oculos, Miniſtri, conuertite, & efferatam Hæreſis rabiem, & inauditam crudelitatem expendite: quæ tam ſpatioſis in regnis, fidei ac religionis potuit vaſtationem efficere. Aliud caput attexam, in quo vobis inſuper liceat huius portenti fraudes intueri.

Hæreſis in tres maximas mũdi partes Mahometiſmum inuexit.

Tertio

Tertio confirmatur, Hæreſin eſſe Idololatriam omnium pernitioſiſſimam: quod ſit cum maiori malitia, doloq; coniuncta.

Capvt XII.

AD eandem aſſertionem confirmandam, tertium adducemus argumentum, hac ratiocinatione tractandum. Infidelitas illa, & Idololatria cenſeri debet omnium pernitioſiſſima, in qua maior ineſt malitia, maiorq; facultas & procliuitas ad fallendum. Quiſquam ne veſtrũ hanc propoſitionem negandã putabit? Et vllus ad eam confirmandam rationes minime neceſſarias requiret? Nemo ſanus: rata igitur eſto. Atqui Hæreſis citra controuerſiam, infinitis partibus eſt quacunque Ethnicorum Idololatria pernitioſior, quauis ſuperſtitione dęmoniaca fallacior. Quare neceſſaria cõſecutione efficitur, eam omniũ Idololatricarũ ſuperſtitionum eſſe pernitioſiſſimã, & ad fraudes concipiendas ſolertiſſimã. Date mihi vt propoſitã aſſumptionẽ illuſtrem. Conſtat Ethnicos aliis nullis armis inſtructos eſſe, quã iis quæ ex intimis naturæ penetralibus, aut ex Philoſophiæ perperã intellectę, malæq; vſurpatæ Licæis conãtur, tanquã ex inſtructiſſimo armamẽtario depromere, ad pulſandã extrinſecus noſtræ religionis arcẽ. At Hæreſis præter illa, quæ ex Philoſophorũ ignobiliũ vanis opinionibus mutuatur, Deum, & eius Eccleſiã ſuis armis clam ſurreptis aggreditur, oppugnatq;, nimirũ Sacramẽtis & cæremoniis, quę imitando deformat: SS. Bibliorum voluminibus, q̃ falſiſſima interpretatione deprauat: auguſtiſſimis deniq; inſtrumentis, omniq; apparatu ſacrorum, quæ ex diuino armamentario eruta, ad ſacras ædes euertendas, ad ſuffodiendas

Digitized by Google

Epicuri Secta inter cæteras Philoſophorum Chriſtianorum Doctorum & omniũ recte philoſophantiũ iudicio cẽſetur perniciosiſſima.

Cic. 2. de Nat. Deor. Vide Plutarch. in li. ὅτι ὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν κατ' ἐπίκυρον. *Et Cic. 2. de finib. & de Natura Deor.*

Epicurus à ſuis ſectatorib. Deus habitus. Plutarch. & alij.

aras, ad religionẽ, diuinumq; cultũ conuellendum, ad æterni numinis nomen obliterandum vſurpat: quæ atrocior eſt aduerſus Deum Opt. iniuria, q̃ vt verbis exponi queat: & eo vafri⁹ ad fallendũ artificium, quo ſpecioſius eſt, & planiorem in cætum male cautorum aditum ſibi patefacit. Ex Gentilium Philoſophorum ſectis ea, quam inſtituit Epicurus, ab hominibus ſanis ſemper habita eſt pernitioſiſſima: idque merito: nam illa Deo prouidentiã omnem, & inferioris mundi gubernationem ademit: quod doceret illius nihil intereſſe idolumque hic à mortalibus agerentur: nihil ab eo ſperandum: nihil peracto vitæ curriculo pertimeſcendũ: morte ſemel obita, vitam aliam ſupereſſe nullam: & vna cum corpore animam extingui. Qua ex doctrina vitiatæ naturæ mortales, ad peccandum audaciores euadebant: frugi vero optimaque indole præditi multo remiſſius ad præclaras actiones ſuſcipiendas, beneq; mundũ mouebantur: q̃ Secta licet fuerit pecudi ad paſtũ natæ, quã homini cõuenientior, permagnam tñ apud Gentiles auctoritatẽ obtinuit: & velut rapidiſſimus omnis generis voluptatũ terrens toto propemodũ orbe terrarũ, integritati morũ vaſtitatẽ induxit: eiq; cæcitatis & amentiæ nonnullos de Philoſophorũ grege faſtuoſos prouexit, vt Epicurũ velut terreſtre numen ſuſpicerent, eo ꝙ ille veritatem prioribus ſæculis in obſcuro latentẽ omnium primus, vt ipſi cęco errore decepti opinabantur, ſua in ſede collocaſſet: & mortales à cęcis, & diuturnis errorib. ad verũ lumẽ à calamitoſa vita ad verã beatitudinem adduxiſſet.

Hæreſis peior Epicuriſmo.

At Hæreſis peius & atrocius in omnẽ partem, quã Epicureorũ Secta graſſatur: non n. ſolum metum omnem, quo veluti fræno à ſcelere deterrẽtur, adi

mit imꝓbis: verum etiã quantũ in ſe eſt, allicit, ſolicitat, vrget, impellit, cogitq; bonos æque, ac malos ad male agendũ. Me ducem ſeq̃mini, clamabat Epicuriſmus ſuis ęmulis, vt ſublato deorũ metu, beatã in terris vitã, omni voluptatum genere cumulatã agatis: & neſcio quas ratiũculas & corporeis ſenſib⁹ eliciẽs, his blanditiis mortalib. ineſcatis ꝑſuadebat facile, vt effractis verecũdiæ atq; timoris repagulis ſe voluptati mãciparẽt, luxu ac mollitia liqueſcerẽt. Hæreſis aũt vlterius ꝓgreſſa, ſublata voce ꝑſonãs: mihi, inq̃t, credite, q̃cunq; huius lucis vſura fruimini, monẽtiq; ſedulo auſcultate, nã q̃cunq; doceo, ea ſacræ literæ tradunt, ea ipſe Deus facienda ꝑ̃ſcripſit. Quid igitur docet? ad quid mortales hortatur? Ad illud ipſum, ad ꝙ ſuos Epicuriſmus: eã ſi ducem ſequãtur fore in oẽm æternitatem beatos: ſi aſpernẽtur, miſeros. Quãrum q̃ſo inter vtriuſq; ſermonẽ dicetis eſſe diſcrimẽ? Quãto hęc Epicuriſmo ad alliciendum blãdior, ad cõmonendũ potentior, ad perſuadẽdum efficacior? Et huiuſmodi ſemper fuit Hæreticorũ oratio: ſic Hæreſes oẽs ſingulis ætatib. locutæ, ꝓ ſuæ inanitatis obtentu Deũ ipſum vſurpãtes, pro armis, Scripturã eius: pro illecebris cœlos: incutiẽdi ergo timoris, Infernum atrociter minitantes. Hæc docendi ratio longe eſt, quã Epicuri ſecta ad peruertendas mentes valẽtior: non n. tantum exhibita voluptatum eſca, atque propoſita impunitate peccãdi prolectat, vtrum etiã cuiuſdã adumbratæ pietatis ſtimulo conſcientiã vrget, pũgit, lancinat, quo nihil eſt ad permouẽdas voluntates efficacius. Hoc itaq; agendi modo facile verſat in oẽs partes, penituſq; corrumpit principes duas animæ facultates, intellectum videlicet, ac volun-

LIBRI I. CAP. 11.

Hæreticorum ſermo ad perſuadendũ accommodatus.

Cur tam efficax ſit ad fallendum Hæreticorum ſermo.

 tatem:

Digitized by Google

Intellectus & voluntas principes actionum humanarum fontes.

tatem: quæ ſunt omnium humanarum actionum veluti cardines: eæq; ſolæ poſſunt homines, ad nouam amplectendã opinionem inducere, vim quidẽ intelligẽdi pſtringit, falſo ex Scriptura ſacra obiecto lumine: voluntatẽ vero quocunq; vult, inflectit, cũ illi diuinum obtendit imperiũ, cum fœlicitatẽ pollicetur: ac deniq; cum miſeriam externam, & cruciatus minatur ſempiternos: quæ tria proculdubio ſunt ad permouẽdam eam animi partem omnium efficaciſſima. Quid n. ad capiendum intellectũ potentius, aut ad perſuadẽdum authoritatẽ grauius, quã laus, cõmendatio, & vſurpatio ſcripturarum? Quid ad mentes emolliendas efficacius, quã certa ſummi boni promiſſio, aut ſummi mali comminatio? Quicquã ne poteſt animo comprehẽdi, ad homines decipiendos fallacius? ad Deum inuadẽdum contumelioſius? Ad animas perdẽdas pernitioſi⁹? ad euertendum Eccleſiæ ſtatum violẽtius? Eas igitur ob cauſas videmus Eccleſiam, cum in Hæreſi tantam ineſſe peruerſitatem multis dudũ experimentis edocta deprehenderit, ei ſemper tanquam hoſti omnium infeſtiſſimo reſtitiſſe. Nam ſtatim atq; de nouo huius portenti exortu inaudierit, per omnes Imperij ſui fines conclamat ad arma, extraordinarium conſcribit exercitum, ſpiritales accerſit Legiones, Synodos, & œcumenica indicit Concilia, conuocat Duces, Legatos, Centuriones, Tribunos, hoc eſt, Epiſcopos, Antiſtites, Præpoſitos, Doctores, ac ſummos quoſque Eccleſiaſticæ Hierarchiæ viros: denique auxiliares terrenorũ Principum copias implorat: quibus comparatis aciem inſtruit, vt ex Inferorum latebris emiſſum, & furiis ſtipatum hoſtem excipiat, profligetq;: cum ſatis illi ſit

Generalis Eccleſiæ cõtra Hæreſim exercitus.

li ſit ad luxuriã, auaritiã, iram, cęteraq; huiuſmodi vitiorum portenta conficienda, Sacramentorum, concionum, exhortationum, & aliarũ huiuſmodi rerum ſacratũ adhibere præſidia. Ex his igitur quæ dicta ſunt libenter vos exiſtimo conceſſuros Hæreſim, cum ea inter omnes errores Idololatrię nomen ſibi iure vendicet, præ omnibus Idololatricis cultibus, eſſe in Deum contumelioſiſſimam, hominumq; genere peſtilentiſſimam, ac proinde prę cunctis ſummopere extimeſcendam. Qui hoc negaturus ſit, arbitror fore neminem. LIBRI I. CAP. 13.

De nomine Hæretici: cuique debeat attribui.

CAPVT XIII.

QVinque præcipua capita hactenus à me ſunt pertractata: primũ quid ſit Idololatria: deinde eam in duo genera eſſe diſtinctam, ſpiritalẽ videlicet & corporatam, ſeu materialem: Tum ex his duabus ſpiritalem eſſe præcipuã: adhæc inter Idololatrias ſpiritales Hæreſim primas tenere, ac proinde præ omnibus Idololatriæ nomen iure mereri: eam deniq; in Deum eſſe contumelioſiſſimam, eius Eccleſiæ, ſalutiq; animarum pernitioſiſſimam. Hæc inquam omnia cũ à me ſint euidenter oſtenſa, nec longiori oratione egere videantur: nec enim quicquam eſt, quod inficiari poſſitis, quin prius à perſpicua Scripturæ ſacræ authoritate diſcedatis: ſimulq; Lutheri, Caluini, & aliorũ veſtræ ſectę authorum decreta repudietis, qui nihil eorum quæ propoſita ſunt, negarunt, imo potius eadẽ amplectuntur, & tradunt, licet in eiſdẽ ad debitas hypotheſes aptandis vehemẽter ſunt hallucinati, totoq; cœlo more ſuo aberrarint. Iam vero ad rem venia-

Libri I. Cap. 13.

mus oportet: ſignisq; collatis vos vt aſſeclasq; veſtros recte nominari,& eſſe vere Idololatras, appareat. Sic igitur vniuerſim argumentor. *Quicunque eſt Hæreticus, eſt Idololatra. Atqui vos eſtis Hæretici. Eſtis igitur Idololatræ.* Hu⁹ ratiocinationis caput, principeſque propoſitio, luce meridiana clarior eſt, eamque vos vltro admittitis, cũ negare nequeatis oẽm Hęreticum Idololatriæ crimine teneri: ex eo quod omnem Hæreſim Idololatriã eſſe fateamini. Comprobanda igitur mihi reſtat aſſumptio, planeq; demonſtrandũ vos eſſe Hęreticos: & inde neceſſariã, q̃ ex his propoſitionib. ſequitur, concluſionẽ inferetis. Ne vobis, Miniſtri, oro, Hæretici nomen offenſionẽ afferat: nec ſi eo mihi neceſſario ſit vtendum, vllam cuiq̃ veſtrum iniuriam inferri putetis: noui n. res quaſque ſuis nominib. appellare: propterea illud libẽter vſurpo, quod in vos, veſtræque doctrinę æmulos maxime conuenire iudicẽ. Quid? vobiſne licebit, Catholicos identidem Idololatras vocitare, Eccleſiam ſanctiſſimã Ieſu Chriſti ſponſam, quã nos vt optimam parentem agnoſcimus & veneramur, infami meretricis nomine cõpellare, nos item eiuſdẽ filios, Chriſtique alumnos, ſpurios perditos, infauſtã Antichriſti ſobolem dicere, atq; ſexcentis aliis contumeliis pari impudentia, & iniquitate laceſſere: nec fas erit aliquid nobis quo nos tueamur, effari? Hoc mihi ſaltem date, Prædicantes, vt vos, nulla prorſus offenſione, nulla cõtumelia facta, proprio iuſtiſſimeque debito nomine deinceps nuncupẽ: quod niſi firmis, maximeque perſpicuis rationibus pręſtitero, non recuſabo, quin mihi quodcunque excogitare poteritis, peſſimum nomen imponatis. Vos itaque eſſe Hæreticos, ac conſe-

Quicunq; eſt Hæreticus, Idololatra eſt.

Digitized by Google

conſequẽter Idololatras primum ex nominis ipſi⁹ notione, & vi: deinde ex natura, & definitione Hæretici: tertio ex adiunctis, & notis Hæreſis, & Hęreticorũ. Quod ad primũ attinet, verbum hoc Hæreticus, vt Tertull. S. Hiero. aliiq; Doctores obſeruãt, dictio eſt origine ſua è Græco fonte in Romanã, ac deinde in Gallicã, & alias linguas traducta: αἱρετικὸς autem, h.e. electiuus à verbo Gręco αἱρέωμαι, quod eſt delectum habere, rem vnã è pluribus ſeligere. hac notione vocabulum αἱρετικὸς Hæreticus apud Chriſtianos authores cũ deſignat hominẽ, qui cõtra canonẽ Eccleſiaſticum (ait S. Clemens) illud tm̃ cæteris reiectis admittit, ꝙ ſuæ opinioni iudicioq; conforme videatur: eaque actio dicitur αἵρεσις, ꝙ eſt ſecta, diuiſio, electio, & nomen iſtud *Hæreticus* atq; *Hæreſis*, inter Chriſtianos criminis & impietatis nota cenſetur: quamquã à profanis Scriptorib. ſimpliciter pro electione, vel opinione frequenter vſurpetur. vnde factum vt hęc locutio à Latinis vſu reciperetur: *In ea ſum hæreſi*. i. ſentẽtia, vel opinione. Extat & Galeni opus περὶ αἱρέσεων de Sectis, aut opinionib. electis inſcriptum. Verum enimuero ſi receptum in Chriſtianorum Scholis loquendi modũ ſpectemus, ille duntaxat hac voce deſignabitur, qui in fidei negotiis, in religione cultuq; diuino, in domo Dei, in Scripturis ſacris, & cæteris eiuſmodi rebus, ea tantum eligit, quæ ad ſenſum opinionẽque ſuam accõmodata ſunt: eaque nimis pręfracte, cõtempto Eccleſiæ iudicio, atque cõi Doctorum ſententia fouet, ac tuetur. Hæc porro electio, ſecta, diuiſio Hæreſis, rebellionis, & apoſtaſiæ crimen eſt, & actio plane dãnãda. Nã, vt docet Tertul. *nobis nihil ex noſtro arbitrio inducere licet, ſed nec eligere ꝙ aliquis de*

LIBRI I. CAP. 13.

Hæreticus vox Græca.

Tertull. l. de praſcrip. adu. Har. c. 6.

S. Hieron. in Epiſt. ad Gal. c. 5. & ad Tit. 1.

Rab. de Inſtit. Cler. l. 2. c. 58. & Iſidor. l. 8. Etym. c. 2.

Eligere & contra regulam Eccleſiaſticã aſſumere quippiam actio eſt hæretica.

Clem. Alex. lib. 7. Strom. ſub finem.

Cic. Parad. 1. ad Att. l. 14. Ep. 15. ad Famil. l. 15. ep. 16.

Tertull. li. de praſcrip. adu. Har, c. 6.

perſtitionum genere, cultuque dæmonum infames Idololatria hac veſtra pernitioſior reperiri? videte perſpicuum de peſtiferis huius portenti effectis exemplum, ex eoque diſcite nullum Idololatriæ genus magis noxium, atque execrandum excogitari poſſe quam Hæreſim, ac prauas contra rectam fidem ſuſceptas opiniones. Chriſtiana fides impurum cacodæmonum cultum, & impias quaſque ſuperſtitiones in Ægypto, Aſia, Aphrica ſuſtulerat, atque de Idololatria illis in regionibus inueterata, glorioſe triumpharat: at Neſtorij, Sergij, Arrij, & aliorum nefariæ Hæreſes iiſdem ex prouinciis, orbisque partibus ampliſſimis orthodoxam fidem exturbarunt; atque pro Euangelio Alcoranũ, pro Baptiſmo circumciſionem: Apoſtolica authoritate iampridẽ antiquatam: pro Chriſtianis Sacris, & Sacramentis, prophanos Turcarũ ritus: denique pro Ieſu Chriſto Deo, noſtræque vindice libertatis optimo, impium Mahometem intulerunt. Hæc tam horrenda tot fidelium populorum ſtrages: hæc tam luctuoſa Chriſtiani nominis, rerumque diuinarum vaſtitas, vobisne ſatis magna videbitur? ſatisne funeſtum hoc monſtrum vobis iudicabitur, quod tantam in oriente, & auſtro intulit calamitatem? Ad hanc tam claram, tamque perſpicuam veritatis lucem veſtros tandem oculos, Miniſtri, conuertite, & efferatam Hæreſis rabiem, & inauditam crudelitatem expendite: quæ tam ſpatioſis in regnis, fidei ac religionis potuit vaſtationem efficere. Aliud caput attexam, in quo vobis inſuper liceat huius portenti fraudes intueri.

Hæreſis in tres maximas mũdi partes Mahometiſmum inuexit.

Tertio

Tertio confirmatur, Hæreſin eſſe Idololatriam omnium pernitioſiſſimam: quod ſit cum maiori malitia, doluq́; coniuncta.

CAPVT XII.

AD eandem aſſertionem confirmandam, tertium adducemus argumentum, hac ratiocinatione tractandum. Infidelitas illa, & Idololatria cenſeri debet omnium pernitioſiſſima, in qua maior ineſt malitia, maiorq; facultas & procliuitas ad fallendum. Quiſquam ne veſtrũ hanc propoſitionem negandã putabit? Et vllus ad eam confirmandam rationes minime neceſſarias requiret? Nemo ſanus: rata igitur eſto. Atqui Hæreſis citra controuerſiam, infinitis partibus eſt quacunque Ethnicorum Idololatria pernitioſior, quauis ſuperſtitione dęmoniaca fallacior. Quare neceſſaria cõſecutione efficitur, eam omniũ Idololatricarũ ſuperſtitionum eſſe pernitioſiſſimã, & ad fraudes concipiendas locupletiſſimã. Date mihi vt propoſitã aſſumptionẽ illuſtrem. Conſtat Ethnicos aliis nullis armis inſtructos eſſe, quã iis quæ ex intimis naturæ penetralibus, aut ex Philoſophiæ perperã intellectę, malæq; vſurpatæ Licæis conãtur, tanquã ex inſtructiſſimo armamẽtario depromere, ad pulſandã extrinſecus noſtræ religionis arcẽ. At Hæreſis præter illa, quæ Philoſophorũ ignobiliũ vanis opinionibus mutuatur, Deum, & eius Eccleſiã ſuis armis clam ſurreptis aggreditur, oppugnatq;, nimirũ Sacramẽtis cæremoniis, quę imitando deformat: SS. Bibliorum voluminibus, q̃ falſiſſima interpretatione deprauat: auguſtiſſimis deniq; inſtrumentis, omniq; apparatu ſacrorum, quæ ex diuino armamentario rapta, ad ſacras ædes euertendas, ad ſuffodiendas

LIBRI I. CAP. 12.

Epicuri Secta inter cæteras Philoſophorum Chriſtianorum Doctorum & omniũ recte philoſophantiũ iudicio cẽſetur pernitioſiſſima.

Cic. 2. de Nat. Deor. Vide Plutarch. in li. ὅτι οὐκ ἐστιν ἡδέως ζῆν κατ᾽ ἐπίκουρον.

Et Cic. 2. de finib. & de Natura Deor.

Epicurus à ſuis ſectatorib. Deus habitus. Plutarch. & alij.

atas, ad religionẽ, diuinumq; cultũ conuellendum, ad æterni numinis nomen obliterandum vſurpat: quæ atrocior eſt aduerſus Deum Opt. iniuria, q̃ vt verbis exponi queat: & eo vafri⁹ ad fallendũ artificium, quo ſpecioſius eſt, & planiorem in cætum male cautorum aditum ſibi patefacit. Ex Gentilium Philoſophorum ſectis ea, quam inſtituit Epicurus, ab hominibus ſanis ſemper habita eſt pernitioſiſſima: idque merito: nam illa Deo prouidentiã omnem, & inferioris mundi gubernationem ademit: quod doceret illius nihil intereſſe idolumquę hic à mortalibus agerentur: nihil ab eo ſperandum: nihil peracto vitæ curriculo pertimeſcendũ: morte ſemel obita, vitam aliam ſupereſſe nullam: & vna cum corpore animam extingui. Qua ex doctrina vitiatæ naturæ mortales, ad peccandum audaciores euadebant: frugi vero optimaque indole præditi multo remiſſius ad præclaras actiones ſuſcipiendas, beneq; mundũ mouebantur: q̃ Secta licet fuerit pecudi ad paſtũ natæ, quã homini cõuenientior, permagnam tñ apud Gentiles auctoritatẽ obtinuit: & velut rapidiſſimus omnis generis voluptatũ terrens toto propemodũ orbe terrarũ, integritati morũ vaſtitatẽ induxit: eiq; cæcitatis & amentiæ nonnullos de Philoſophorũ grege faſtuoſos prouexit, vt Epicurũ velut terreſtre numen ſuſpicerent, eo ꝙ ille veritatem prioribus ſæculis in obſcuro latentẽ omnium primus, vt ipſi cęco errore decepti opinabantur, ſua in ſede collocaſſet: & mortales à cęcis, & diuturnis errorib. ad verũ lumẽ: à calamitoſa vita ad verã beatitudinem adduxiſſet.

Hæreſis peior Epicuriſmo.

At Hæreſis peius & atrocius in omnẽ partem, quã Epicureorũ Secta graſſatur: non n. ſolum metum omnem, quo veluti fræno à ſcelere deterrẽtur, adi-

Digitized by Google

mit im,pbis:verum etiã quantũ in ſe eſt,allicit,ſoli-
citat,vrget,impellit,cogitq; bonos æque,ac malos
ad maleagendũ.Me ducem ſeq mini,clamabat Epi-
curiſmus ſuis ęmulis,vt ſublato deorũ metu,beatã
n terris vitã, omni voluptatum genere cumulatã
igatis: & neſcio quas ratiũculas & corporeis ſenſi-
9 eliciẽs,his blanditiis mortalib. ineſcatis pſuade-
at facile, vt effractis verecũdiæ atq; timoris repa-
ulis ſe voluptati mãciparẽt,luxu ac mollitia lique-
erẽt.Hæreſis aũt vlterius pgreſſa,ſublata voce p-
nãs: mihi,inq t,credite, q cunq; huius lucis vſura
uimini,monẽtiq; ſedulo auſcultate,nã q̃cunq; do
o, ea ſacræ literæ tradunt, ea ipſe Deus facienda
cripſit.Quid igitur docet?ad quid mortales hor-
tur? Ad illud ipſum, ad q ſuos Epicuriſmus: eã ſi
icem ſequãtur fore in oẽm æternitatem beatos:ſi
pernẽtur,miſeros.Quãtum q̃ſo inter vtriuſq; ſer-
oné dicetis eſſe diſcrimẽ?Quãto hęc Epicuriſmo
alliciendum blãdior,ad cõmonendũ potentior,
perſuadẽdum efficacior? Et huiuſmodi ſemper
t Hæreticorũ oratio: ſic Hæreſes oẽs ſingulis æ-
ib. locutæ, p ſuæ inanitatis obtentu Deũ ipſum
rpãtes,pro armis, Scripturã eius: pro illecebris
los: incutiẽdi ergo timoris,Infernum atrociter
nitantes. Hæc docendi ratio longe eſt, quã Epi-
i ſecta ad peruertendas mentes valẽtior: non n.
tum exhibita voluptatum eſca, atque propoſita
unitate peccãdi prolectat, verum etiã cuiuſdã
mbratæ pietatis ſtimulo conſcientiã vrget, pũ-
ancinat, quo nihil eſt ad permouẽdas volunta-
fficacius. Hoc itaq; agendi modo facile verſat
s partes, penituſq; corrumpit principes duas
æ facultates, intellectum videlicet, ac volun-

LIBRI I. CAP. 12.

Hæreticorum ſermo ad perſuadendũ accommodatus.

Cur tam efficax ſit ad fallendum Hæreticorum ſermo.

LIBRI I. CAP. 12.

Intellectus & voluntas principes actionum humanarum fontes.

tatem: quæ ſunt omnium humanarum actionum veluti cardines: eæq; ſolæ poſſunt homines, ad nouam amplectendã opinionem inducere, vim quidẽ intelligẽdi pſtringit, falſo ex Scriptura ſacra obiecto lumine: voluntatẽ vero quocunq; vult, inflectit, cũ illi diuinum obtendit imperiũ, cum fœlicitatẽ pollicetur: ac deniq; cum miſeriam externam, & cruciatus minatur ſempiternos: quæ tria proculdubio ſunt ad permouẽdam eam animi partem omnium efficaciſſima. Quid n. ad capiendum intellectũ potentius, aut ad perſuadẽdum authoritate grauius, quã laus, cõmendatio, & vſurpatio ſcripturarum? Quid ad mentes emolliendas efficacius, quã certa ſummi boni promiſſio, aut ſummi mali comminatio? Quicquã ne poteſt animo comprehẽdi, ad homines decipiendos fallacius? ad Deum inuadẽdum contumelioſius? Ad animas perdẽdas pernitioſi⁹? ad euertendum Eccleſiæ ſtatum violẽtius? Eas igitur ob cauſas videmus Eccleſiam, cum in Hæreſi tantam ineſſe peruerſitatem multis dudũ experimentis edocta deprehenderit, ei ſemper tanquam hoſti omnium infeſtiſſimo reſtitiſſe. Nam ſtatim atq; de nouo huius portenti exortu inaudierit, per omnes Imperij ſui fines conclamat ad arma, extraordinarium conſcribit exercitum, ſpiritales accerſit Legiones, Synodos, & œcumenica indicit Concilia, conuocat Duces, Legatos, Centuriones, Tribunos, hoc eſt, Epiſcopos, Antiſtites, Præpoſitos, Doctores, ac ſummos quoſque Eccleſiaſticæ Hierarchiæ viros: denique auxiliares terrenorũ Principum copias implorat: quibus comparatis aciem inſtruit, vt ex Inferorum latebris emiſſum, & furiis ſtipatum hoſtem excipiat, profligetq;: cum ſatis illi ſit

Generalis Eccleſiæ cõtra Hæreſim exercitus.

li ſit ad luxuriã, auaritiã, iram, cęteraq; huiuſmodi vitiorum portenta conficienda, Sacramentorum, concionum, exhortationum, & aliarũ huiuſmodi rerum ſacratũ adhibere præſidia. Ex his igitur quæ dicta ſunt libenter vos exiſtimo conceſſuros Hæreſim, cum ea inter omnes errores Idololatrię nomen ſibi iure vendicet, præ omnibus Idololatricis cultibus, eſſe in Deum contumelioſiſſimam, hominumq; genere peſtilentiſſimam, ac proinde prę cunctis ſummopere extimeſcendam. Qui hoc negaturus ſit, arbitror fore neminem.

De nomine Hæretici: cuique debeat attribui.

Capvt XIII.

QVinque præcipua capita hactenus à me ſunt pertractata: primũ quid ſit Idololatria: deinde eam in duo genera eſſe diſtinctam, ſpiritalẽ videlicet & corporatam, ſeu materialem: Tum ex his duabus ſpiritalem eſſe præcipuã: adhæc inter Idololatrias ſpiritales Hæreſim primas tenere, ac proinde præ omnibus Idololatriæ nomen iure mereri: eam deniq; in Deum eſſe contumelioſiſſimam, eius Eccleſiæ, ſalutiq; animarum pernitioſiſſimam. Hæc inquam omnia cũ à me ſint euidenter oſtenſa, nec longiori oratione egere videantur: nec enim quicquam eſt, quod inficiari poſſitis, quin prius à perſpicua Scripturæ ſacræ authoritate diſcedatis: ſimulq; Lutheri, Caluini, & aliorũ veſtræ ſectę authorum decreta repudietis, qui nihil eorum quæ propoſita ſunt, negarunt, imo potius eadẽ amplectuntur, & tradunt, licet in eiſdẽ ad debitas hypotheſes aptandis vehemẽter ſunt hallucinati, totoq; cœlo more ſuo aberrarint. Iam vero ad rem venia-

LIBRI I. CAP. 13.

Quicunq; eſt Hæreticus, Idololatra eſt.

mus oportet: ſignisq; collatis vos vt aſſeclasq; veſtros recte nominari,& eſſe vere Idololatras, appareat. Sic igitur vniuerſim argumentor. *Quicunque eſt Hæreticus, eſt Idololatra. Atqui vos eſtis Hæretici. Eſtis igitur Idololatræ.* Huius ratiocinationis caput, princepsque propoſitio, luce meridiana clarior eſt, eamque vos vltro admittitis, cũ negare nequeatis oẽm Hęreticum Idololatriæ crimine teneri: ex eo quod omnem Hæreſim Idololatriã eſſe fateamini. Comprobanda igitur mihi reſtat aſſumptio, planeq; demonſtrandũ vos eſſe Hęreticos: & inde neceſſariã, q̃ ex his propoſitionib. ſequitur, concluſionẽ inferetis. Ne vobis, Miniſtri, oro, Hæretici nomen offenſionẽ afferat: nec ſi eo mihi neceſſario ſit vtendum, vllam cuiq̃ veſtrum iniuriam inferri putetis: noui n. res quasque ſuis nominib. appellare: propterea illud libẽter vſurpo, quod in vos, veſtræque doctrinę æmulos maxime conuenire iudicẽ. Quid? vobiſne licebit, Catholicos identidem Idololatras vocitare, Eccleſiam ſanctiſſimã Ieſu Chriſti ſponſam, quã nos vt optimam parentem agnoſcimus & veneramur, infami meretricis nomine cõpellare, nos item eiuſdẽ filios, Chriſtique alumnos, ſpurios perditos, infauſtã Antichriſti ſobolem dicere, atq; ſexcentis aliis contumeliis pari impudentia, & iniquitate laceſſere: nec fas erit aliquid nobis quo nos tueamur, effari? Hoc mihi ſaltem date, Prædicantes, vt vos, nulla prorſus offenſione, nulla cõtumelia facta, proprio iuſtiſſimeque debito nomine deinceps nuncupẽ: quod niſi firmis, maximeque perſpicuis rationibus pręſtitero, non recuſabo, quin mihi quodcunque excogitare poteritis, peſſimum nomen imponatis. Vos itaque eſſe Hæreticos, ac conſe-

conſequẽter Idololatras primum ex nominis ipſiꝰ notione,& vi:deinde ex natura,& definitione Hæretici:tertio ex adiunctis,& notis Hæreſis,& Hęreticorũ.Quod ad primũ attinet,verbum hoc Hæreticus,vt Tertull.S.Hiero.aliiq; Doctores obſeruãt, dictio eſt origine ſua è Græco fonte in Romanã, ac deinde in Gallicã,& alias linguas traducta: αἱρετικὸς autem,h.e.electiuus à verbo Gręco αἱρέωμαι, quod eſt delectum habere,rem vnã è pluribus ſeligere. hac notione vocabulum αἱρετικὸς Hæreticus apud Chriſtianos authores eũ deſignat hominẽ, qui cõtra canonẽ Eccleſiaſticum (ait S.Clemens) illud tm̃ cæteris reiectis admittit, ꝙ ſuæ opinioni iudicioq; conforme videatur: eaque actio dicitur αἵρεσις, ꝙ eſt ſecta, diuiſio, electio, & nomen iſtud *Hæreticus* atq; *Hæreſis*, inter Chriſtianos criminis & impietatis nota cenſetur: quamquã à profanis Scriptorib. ſimpliciter pro electione,vel opinione frequenter vſurpetur.vnde factum vt hęc locutio à Latinis vſu reciperetur:*In ea ſum hæreſi*.i.ſentẽtia,vel opinione. Extat & Galeni opus περὶ αἱρέσεων de Sectis,aut opinionib. electis inſcriptum. Verum enimuero ſi receptum in Chriſtianorum Scholis loquendi modũ ſpectemus,ille duntaxat hac voce deſignabitur,qui in fidei negotiis,in religione cultuq; diuino,in domo Dei,in Scripturis ſacris,& cæteris eiuſmodi rebus,ea tantum eligit, quæ ad ſenſum opinionẽque ſuam accõmodata ſunt: eaque nimis pręfracte,cõtempto Eccleſiæ iudicio,atque cõi Doctorum ſententia fouet,ac tuetur. Hæc porro electio,ſecta,diuiſio Hæreſis,rebellionis, & apoſtaſiæ crimen eſt, & actio plane dãnãda.Nã,vt docet Tertul.*nobis nihil ex noſtro arbitrio inducere licet,ſed nec eligere ꝙ aliquis de* arbi-

LIBRI I. CAP. 13.

Hæreticus vox Græca.

Tertull. l. de præſcrip. adu. Hær. c. 6.

S. Hieron. in Epiſt. ad Gal. c. 5. & ad Tit. 1.

Rab. de Inſtit. Cler. l. 2. c. 58. & Iſidor. l. 8. Etym. c. 2.

Eligere & contra regulam Eccleſiaſticã aſſumere quippiam actio eſt hæretica.

Clem. Alex. lib. 7. Strom. ſub finem.

Cic. Parad. 1. ad Att. l. 14. Ep. 15. ad Famil. l. 15. ep. 16.

Tertull. li. de præſcrip. adu. Hær. c. 6.

LIBRI I. CAP. 13.

arbitrio ſuo induxerit. Apoſtolos Domini habemus authores, qui nec ipſi quicquam ex ſuo arbitrio, quod inducerēt, elegerunt: ſed acceptam à Chriſto diſciplinā fideliter nationibus aſſignauerunt. Itaq; etiāſi Angelus de cœlis aliter euangelizaret, anathema diceretur à nobis. S. item Hieronymus. *Αἵρεσις*, inquit, *tantum ſonat quantū electio, qua doctrinam eam eligit homo, quæ ſibi melior videtur.* Hæc nobis ſunt exēplis illuſtranda. Credit Eccleſia Catholica vnum eſſe Deum in tribus perſonis, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, & in his tribus perſonis vnā & eandem omnino Eſſentiā; Patrem omnipotentem eſſe, Filium item atq; Spiritū ſanctum, poteſtate, bonitate, ſapiētia, maieſtate, æternitate, eidē Patri æquales. Arrius Patrem credebat æternum, omnipotentem, ſapientiſſimū, ſummæque bonitatis: & hanc fidem vt rectam, ac bonam eligebat: at nolebat idem credere Ieſum Chriſtum eſſe Deum, ſuoq; patri coæternū, eiq; conſubſtantialem, ſed creaturam duntaxat, ſæculorū decurſu à Deo productam opinabatur: itaque eligendo ſe electorem, & Hæreticū, ſuamq; electionem damnabilem Hæreſim eſſe declarabat: nouam ſectam inſtituebat, ac pro vero Deo, falſi Dei Idolum colebat. Eadem Eccleſia Catholica vetus, nouumque Teſtamentum religioſe admittit, & parem vtrique authoritatem tribuit: at Sectarij Baſilidis, Simonis, & Marcionis, vetus omnino reiiciebāt: quod illud dicerent à quodam malo Deo fuiſſe dictatum: nouum modo probabant, quorum vanitatem S. Epiphanius, Sanctusque Auguſtinus in Hæreſi Manichæorum ſolide refutarunt. Ex libris noui Teſtamenti præter S. Marci Euangelium Cerinthus nullum recipiebat: nec Marcion excepto Luca vllum

Arrius in Trinitate quid credendum eligeret.

Simoniani in Scripturis electores fuerūt. *S. Iren. l. 1. c. 22. 29.*

De Baſilidianis idē *S. Iren. l. 1. c. 24. Euſeb. l. 3. c. 8. Epiph. Hær. 29. Auguſt. de Hær. c. 4*

Solus S. Marcus à Cerintho receptus. *S. Iren. l. 3. c. 11. Acta Philiſt. c. 36*

S. Lucas à Marcione.

vllum probabat, quem ſuam ad normã dolabat, ac reformabat, cætera vero Euangelia, vt etiam Apoſtolorũ Acta penitus repudiabat. Nonnulli quoſdã è S. Scripturę libris locos, ac ſi ipſorum cauſę patrocinarentur, promebant; contra pleroſq; ex eadem expungebant, aut certe peruertebant, quod eos ſuis commentis viderent eſſe cõtrarios. Ea fuit Arrianorũ vafrities, qui cum certos è ſacris voluminib⁹ locos delegiſſent, quibus conceptam, & in orbem Chriſtianum inductam ſuam Hæreſim ſtabilirent, Chriſtumq; Ieſum minime Deum eſſe mundo perſuaderẽt, quę vero Catholici doctores ad eorũ conuincendam impietatem adducere teſtimonia conſueuerant, addendo, detrahendo, falſiſſimeq; interpretando corrumpebant; cuiuſmodi S. Ioannis Euangeliſtæ principiũ, in quo diuinus Apoſtolus euidentiſſime filii Dei diuinitatem aſſeruit. Item verba illa, quæ apud eundem Euangeliſtam ipſemet Chriſtus Dominus diſerte protulit, cum ait: *Ego & Pater vnum ſumus.* quibus Patris & Filii æqualitas perſpicue declaratur, alioſq; locos his ſimiles, quos aut plane repudiabant, aut præpoſteris interpretationibus eludebant. Nec diſſimilis fuit in hoc genere Valentinianorum ac Manichæorum improbitas, cum illa verba Saluatoris ad matrem ſe de vini defectu in nuptiali conuiuio admonentẽ, tractarent, *Quid mihi & tibi eſt mulier?* Quibus ex verbis efficere vaniſſima coniectura nitebantur B. Virginem nequaquam eſſe matrem Ieſu; quod eam ipſe nõ matris, ſed mulieris nomine compellarat. Et illi tamen Hæretici duos eiuſdẽ Euangeliſtæ locos aſtute prætermittebant, quibus S. Ioannes B. Mariam V. Ieſu matrem diſerte nominauit; alterum initio

Libri I. Cap. 13. *Tertul. lib. 4 de Praſc aduer. hær. cap 30.*

In principio erat verbum. *Ioann. 1. 1.*

Ioan. 10. 30.

Valentiniani.

Ioann. 2. 4.

Digitized by Google

LIBRI I. CAP. 13. eiuſdem capitis, dicens: *Et erat mater Ieſu ibi.* Alterum vero ſtatim poſt Chriſti reſponſum. *Dicit mater eius miniſtris, &c.* Item alibi. *Stabant iuxta crucem Ieſu mater eius, &c.* Quare S. Auguſtinus eorum ipſis obiiciens cæcitatem. *Illi in eo volunt*, inquit, *credere Euangeliſtæ, quod narrat Ieſum dixiſſe matri: Quid mihi, & tibi eſt mulier? & in eo nolunt credere Euangeliſtæ, quod ait: Erat ibi mater Ieſu.* Ac ſi apertius diceret, ſi Scripturæ ſacræ fidem habetis; & ea verba, quibus Beata Virgo mulier appellata fuit, admittitis; vt inde præpoſtere, peſſimeque ratiocinando, eam non eſſe Ieſu matrem, inferatis; cur non æque alios recipitis locos, in quibus ſemel, & iterum diſerte, maximeque proprie mater Ieſu nominatur? Hi igitur, atq; alii eiuſdem gentis impoſteros, in iis quę ad Eccleſiam, ad fidem, ad Scripturam ſacram, aliaque Chriſtianæ religionis capita pertinebãt, modo hoc, modo illud ad arbitriũ eligebant, aut reiiciebãt & eam ob cauſam eos inter Hæreticos, ac vetitorũ dogmatum ſectarios iure fuiſſe adſcriptos conſtat; quemadmodũ vos etiam fateri opinor: Nec enim videtur veſtræ ſectæ homines in dubiũ vocare Arrianos, Valentinianos, ac Manichæos fuiſſe Hęreticos; Beatiſſimamq; Virginem eſſe veriſſimam Seruatoris Ieſu matrẽ: quamuis inter veſtros qui Caluini doctrinæ mordicus inhærent, nonnulli craſſa laborantes inſcitia iiſdem quibus veteres Hæretici locis abutantur, ad Deiparæ laudem, ac dignitatem deprimendam, ac ſi illa vehementer erraſſet, eoque nomine ſeuere à filio reprehẽſam fuiſſe demõſtrent. Quod omnino eſt à vero alienum, nec enim in ſentẽtia perſtitiſſet, nec minus hos admonuiſſet vt quidquid eis mandaret filius effectũ darent, ſi illum mo-

Ioann. 2.1.
Ioann. 2.5.
Ioan. 19.25.
Aug. tract. 87. in Ioan.

lum moleſte laturũ cognouiſſet, nec ipſe filius ad eius explendum deſideriũ, ꝙ illa non obſcure leuandæ conuiuarum inopiæ præ ſe ferebat, aquã in vinũ mutaſſet. Perſuaſum igitur habetis, Prædicantes, iſtos quos recenſui, eorumq; ſimiles ob eam quam ſibi aſſumunt eligendi licentiam, non poſtremum inter peruicaces Hæreticos, locum tenere.

Miniſtros in rebus ad fidem ſpectantibus eſſe peruerſos electores, & huius vi nominis, Hæreticos.

CAPVT XIV.

CVm in veteribus Hæreticis, ex fidei capitibus, & Scriptura ſacra, quod ad ſuas opiniones facere videretur, eligentibus propoſitam quæſtionẽ veram eſſe docuerim; ſi vos eadẽ quæ illi factitare, & id tantũmodo ꝙ veſtro ſapiat palato, ex fidei doctrina, ſacriſq; paginis vſurpare, demõſtrare equidem ſpero fore, vt vos electorum, atq; Hæreticorũ nomen nequaq; niſi iniquiſſime recuſetis. Agite dum id euidenti ratione in fidei negotio comprobamus. Eccleſia Catholica ab incunabulis 7. numero Sacramenta, à Ieſu Chriſto inſtituta, ab Apoſtolis tradita tenuit, coluit, exercuit; videlicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium: quod veriſſimũ eſſe conſtat, tum ex Scriptura ſacra, tum ex antiquiſſimorũ doctorũ monumentis, Tertulliani præſertim, SS. Ambroſii, Auguſtini, atque Conciliorum vniuerſalium, teſtimoniis, ſanctæque Eccleſiæ authoritate, quæ à mille & ſexcentis annis, horũ Sacramentorũ & fidem, & vſum legitimum habuit. Ex hoc autem ſeptenario numero, vos

Septem Eccleſiæ Catholicæ Sacramenta, Septem Sacramenta.

Tertull. de præſcr. adu. Hær. ca. 40

LIBRI I. CAP. 14.

mero vos contra cõmunem omnium orthodoxorum, qui hactenus in Eccleſia floruerunt iudicium, atq; conſenſum, contraq; receptos ipſius Eccleſiæ Canones, duo tantum Baptiſmum ſcilicet, & quam vocatis Cœnam, elegiſtis, nulla prorſus habita ratione, nec Sanctitatis diuinæ Scripturæ, quam deprauatis; nec antiquitatis Doctorum, quos repudiatis, nec Conciliorum Eccleſiæue dignitatis quam contemnitis: in his etiam quæ delegiſtis, iterum vobis viſum eſt habere delectum, vt ſiue quæ ad eorum vim & naturam, ſiue quæ ad circumſtantias adiunctaque pertinerent, ea duntaxat retineretis, vel reiiceretis, quæ veſtro ſenſui conſentanea eſſe videbantur. In Baptiſmo, Dei quidem verbum, & aquam retinere videmini, quæ minuere non poteratis, quin vis tota Sacramenti periret. Nihilominus Archimyſta veſter Beza in aquæ elementario, ea ſi defuerit locum, alium quemuis liquorem adhiberi poſſe ſanciuit: vos præterea huic Sacramento ſanctiſſimarum vſum ceremoniarum ademiſtis, quas ipſimet Apoſtoli inſtituerũt, & ab illis acceptas ab ortu ſuo Eccleſia Dei ad tanti Sacramenti decus, ac venerationem, & ad filiorum Dei eruditionem, pietatemq; promouendã vſurpauit; cuius rei teſtes locupletiſſimos S. Dionyſium, Tertullianum, & alios plurimos antiquitate, atq; pietate venerandos Patres habemus. Nam quid iam de ſanctiſſimo Euchariſtię Sacramento, cæterorũ omniũ, quæ ſunt in templo Dei, propter corporis Chriſti, in eo verè contenti præſentiam nobiliſſimo dicam? Haud equidẽ à veritatis ſcopo deflectet oratio, ſi dixero vos de vera Euchariſtia inane duntaxat, & inutile Sacramentum, externa modo Sacramenti

Quę volũt Sacramẽta eligunt hæretici Caluiniſtæ.

Beza tollit aquam Baptiſmi.

Epiſt. 2.

Baptiſmi ceremonię cum Eccleſia ortæ.

S. Dion. de Eccleſ. Hierarch. c. de Baptiſmo. Tertull. de ſpectac. c. 1. Clem. lib. 7 Conſt. c. 41. 42 & alii Patres.

menti retenta figura, atq; adeo monogrammum idolum fabricaſſe. Eadem in aliis doctrinæ capitibus vobis fuit eligendi libido. Siquidem fateri videmini certam eſſe in cœlo iuſtis ſedem à Deo conſtitutam, eſſe item ad ſceleratos excruciandos inferorũ ſupplicia, futurum aliquando cenſoriũ diem, ſummumq; iudiciũ; nec improbitatis Pſalmorum in Eccleſia decantationem; Paſtorum creandorum rationem, nonnullum ieiuniorum vſum, & alia generis eiuſdem: ſed enim deſtinatum à Deo purgandis poſt obitum animabus locum abrogatis, bonorum operum vim, beneq; merendi rationem tollitis; ad hæc ſanctorum qui in cœlo recepti ſunt, cum iis qui adhuc in terra peregrinantur vllam intercedere communionem, & illorum ad mortales orationum præſidio iuuandorũ poteſtatem, ac viciſſim mortalium in eis honorandis ſtudium negatis; & vt paucis multa perſtringam omnes Eccleſiæ ceremonias, & quiquid perexiguæ, frigidæq; veſtræ pietati diſplicebat, incredibili temeritate ſuſtuliſtis. Dicetis vos id non niſi ex præſcripto Dei verbi feciſſe, ad quam futilem excuſationem non quidem modo aggrediar conſulto refellendam, ſed illud tantũ affirmo, vos per eam quindecim ſæculorum qui poſt Chriſti mortem floruerunt, Doctores non minus temere, quam arroganter damnare; qui oẽs Dei voluntati, eiuſq; verbo inhærentes, ea probarunt, & in vſum induxerũt quæ veſtræ arrogantiæ ſpongia, vt verbis vtar Tertulliani, inficere, planeque delere contendit. Præter tantorum Patrum authoritatem nihil iam requiro, vos vt malignos electores, hoc eſt, Hæreticos, & de nomine ſectarum nouarum architectos eſſe confir-

LIBRI I. CAP. 14.

Electio circa fidei articulos.

confirmem. Cęterum quemadmodum ad veſtrum arbitrium fidei articulos credendos eligitis, ita in Scripturæ ſanctæ membris efficere idem conamini, vt omni ex parte vos ſectarios eſſe declaratis, quod mihi eſt capite ſequenti probandum.

Miniſtros in Scriptura ſacra, & Symbolo electores eſſe deprauatos, & ob eam cauſam hæreticos.

Capvt XV.

IGitur in ſacræ ſcripturę libris tum vniuerſe, tum ſigillatim, hoc eſt, ſiue totum corpus Bibliorum, ſiue partes eius, membra, locique ſinguli ſpectentur, veſtra cenſoria vngula tractandis, vos electores eſſe confirmo. Veſtri quippe maiores è veteris teſtamenti Canone, quos cenſuere libros ipſorũ dogmatis accommodatos elegerunt; contra ſuo arbitratu alios quos communis Eccleſię Dei conſenſus receperat, exploſerũt, Lutherus enim Talmudiſtarum, & quorundam Hæreticorum delirationẽ ſequutus hiſtoriam Iobi reiicit, Eccleſiaſten irridet; quibus de libris præterquã quod nemini in Eccleſia Catholica venit vnquam in mentem dubitare, Ezechiel Propheta, Tobias, ac S. Iacobus Apoſtolus, de illo priori veluti de vera hiſtoria, deque Iobo, vt de maximæ ſanctitatis viro loquuntur. Diuus etiam Paulus non minus honorifice de eodem libro, quod ex Pſalmis aliiſue libris Canonicis teſtimonia deprompſit. Eccleſiaſtes autem liber miram redolet pietatem, rerumq; caducarum inanitatem eleganter exponit, vt ab earum ſtudio mortales deterreat; eſtq; communis & Hebræorum opinio, cui vt valde probabili ſubſcripſit S. Hieronymus, eius libri authorem, non alium quam Salomonẽ fuiſſe, poſt ni-

Lutherus reiiciens librum Iob, Talmudiſtis adhęret *Ord. 4. trac 3.* *quos refellit Ezech 14. 14. & Tobias, c 2 15. S itẽ Iacobus. Iac. 5 11. Et S. Paulus 1. Cor. 3. 19.*

Lutherus in conui. ſerm. tit. de Patriar. & Prôphet. & tit. de vet. & nou. teſt.

poſt nimirum quam è peccatorum cœno emerſit, ſanctiora conſilia ſuſciperet. Nihilominus Lutherus contempto Eccleſiæ, omniumq; doctorum iudicio, illum tanti faciat, quanti fabulam Atelanam voluptatis ſolius ergo conſcriptam, & ſacrum illud regis pacifici monumentũ, vt iocularis hiſtrio, ſcurraq; propinarius auſus eſt inſectari. Pari temeritate noui teſtamenti libros inuaſit, laniauitque: ſiquidem S. Iacobi epiſtolam ex eorũ albo expunxit; nec dubitauit verecundus homo ſtramineã illam, eo ꝙ in ea bonorum operum exercitatio commendetur nominare; S. Iudæ Canonicam, ſanctique Ioannis duas poſteriores & eiuſdem ipſum per ſacrilegam audaciam explodere. Porro vt vobis libet Scripturæ diuinæ partes, quæ arrident eligere, quæq; diſplicent vniuerſe repudiare, ita idem in ſingulis earum locis audetis. Apoſtolorum ſymbolo non minorem quam Scripturæ ſanctæ libris fidem, & authoritatem putatis eſſe tribuendam, in quo dicitur Chriſtum Dñm ad cœlos aſcendiſſe, eum vos articulum, vt verba ſonant, creditis, & recte, nam ex eodem quo cæteri, fonte manauit. Aliud vero eiuſdẽ Symboli caput, quo dicitur Chriſtus ad inferos deſcendiſſe, credere recuſatis; illudque peruerſis, tenebricoſis, ac diabolicis interpretrationib⁹ dupliciter obſcurare conamini. Primo dicitis cum Luthero Chriſtum fuiſſe ſepultum his verbis ſignificari: quaſi vero Scriptura ſacra, ſæpe, verbiſque propriiſſimis non expreſſerit, corpus Ieſu in ſepulchro fuiſſe conditum, vt neceſſe fuerit, ſine cauſa ad idem exponendũ translationẽ adhibere, verbiſq; clariſſimis quibus illud expoſuit, longe obſcuriſſima, & inuſitatiſſima ſubiicere. Secundo execrãdam cum

Libri I. Cap. 15. Eccleſiaſtis author Salomon reſipiſcens. *Hierõ in c. 43. Ezech.*

Aſcẽdit ad cœlos.

Deſcendit ad inferos.

In Catechiſm. die Dñico 10. *Et Cal. ſer. 2. inſtit. ca. 16. §. 8. & ſeq. in Harmon. in ca. 27. Matth.*

dam cum Caluino blaſphemiam euomitis, dicentes Chriſtum ad inferna deſcendiſſe, hoc eſt, vt ille impia interpretabatur, damnatorũ ſupplicia in cruce pertuliſſe. Ecquid aliud eſt hoc, quam aperte profiteri Dei filium inter diros, & immanes cruciatus, hominum cauſa exantlatos omnem ſuæ ſpem ſalutis abieciſſe? Hoc ſenſit, ſcripſit, & inculcare non deſtitit, in ſua, ſi ſuperis placet inſtitutione Chriſtiana, & Harmonia Caluinus, licet has voces execrandas diſſimulationis inuolucris, obtegere, aut ſaltem mollire conetur. Quæ, rogo vos, tanta licentia impulit, vt clariſſimo contextui abſurda hæc & nefaria gloſſemata auderetis attexere? Et ex Apoſtolico Symbolo hunc articulum pari verborum perſpicuitate, qua cætera Symboli, Scripturæque ſacrę capita propoſitum expungere, aut certe deprauare velletis? Qua ratione veſtrum hoc commentum, & præclaram, ſcilicet, huius articuli expoſitionem illi loco S. Pauli ad Epheſios ſcribentis accõmodabitis, vbi ita diſſerte: *Quod autem aſcendit*, inquit, *quid eſt, niſi quia & deſcendit primum in inferiores partes terræ, vnde captiuam eduxit captiuitatem.* Hoc eſt, ſanctorum animas in Lymbo, ceu carcere detentas, eaſq; ſecum triumphantis in morem ad cœlum aſcendens deduxit? Hoc vos cum audetis, num manifeſtam antitheſim euertitis, quam induxit Apoſtolus, opponẽs Chriſti Domini ſupra ſummum faſtigium cęlorum aſcenſum, deſcenſui eiuſdem ad infimas vſque orbis terrarum cauernas? Quid cum tam inſigni fidei orthodoxæ damno, cum tanto dedecore, & contumelia, gloriæ ac triumphi à vindice noſtræ libertatis, ſummoque Imperatore IESV, de ſuperatis

Epheſ. 4. 9. Pſal. 67. 19. Eccleſiaſt. 24. 8. 45.

peratis

Digitized by Google

peratis Orci principibus reportati, clariſſimam Apoſtolorum ſententiam conſcinditis? Cur contextum meridiano ſole clariorem his tetris gloſſematum tenebris obſcuratis, peruertitis, impieque peſſumdatis. Si quam fidem ſcripturæ ſacræ, ac decretũ Apoſtolorum habetis, cur non locum vnum perinde atque alium, vt verba ſonant, iuxtaque ſenſum hiſtoricum admittendum putatis? In promptu cauſa eſt; quia vobis libet malos, atque præpoſteros eſſe electores, ac peruicaces, vt verbo dicam, Hæreticos, admittentes quidam Chriſti Dei in cœlum aſcendentis articulum, abiicientes vero illius deſcenſum ad inferos; ne fortaſſe lymbum, expurgandarum locum animatum fateri cogamini; itaque declaretis vos minus infernum, quam expiatorium ignem extimeſcere. Alterum exemplum accipite, præmonet Scriptura diuina Chriſtum ſummum omnium mortalium iudicem, ſupremo iudicii die talem in ſceleratos prolaturum eſſe ſententiam. *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis eius: eſuriui enim, non dediſtis mihi manducare, ſitiui, & non dediſtis mihi bibere*, & quæ ſequuntur. Quibus ex verbis perſuaſum habent orthodoxi improbos, ob inhumanitatem, malaque opera fore damnandos; nec aliter vos hunc locum accipiendum exiſtimatis. Eodẽ in loco ſcriptus eſt ſermo quam idem Iudex ad iuſtos habebit his verbis. *Venite benedicti patris mihi, poßidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi, eſuriui enim & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere.* Ex vtroque loco vero colligunt Catholici recte factis vitam æternam acquiri. Siquidem tam perſpicue ratione bonorum operum iuſtis

LIBRI I. CAP. XV.

Reprobi ob mala opera damnantur.
Mat. 25. 41

Iuſti ob recte facta ſaluantur.
Mat. 25. 34

Digitized by Google

Libri I. Cap. XV.

Peſtifera Caluini Bezæ, & aliorum in hunc locũ gloſſemata

iuſtis hominibus beatam immortalitatem ſe collaturum Saluator pollicetur, quam facinoroſas propter ipſorum improbitatem ad inferorum flammas amandaturum. Hic vero quæ diuerticula quæritis, quam anxie ſtylum ac linguam contorquetis, vt ſenſum clare propoſitum, omnibusque peruium ſinuoſis ambagibus obſcuretis, ne videlicet hac tam aperta ſententia, à qua vehementer eſtis auerſi, vobis melle vitæ genus conſectantibus denuntietur cæleſte regnum non poſſe niſi ſuis laboribus, & exercitationib. virtutum obtineri. Ergo vt ſenſum alio detorqueatis, nunc dicitis, nequaquam hic quæſtionem de cauſa conſequendæ beatitatis agitari; nunc regnum cælorum nullis interuenientibus meritis, bonorumque operum vſum, gratuito plane ac veluti quandam hæreditatẽ, dari, iactatis: Vaniſſima gloſſemata, deſperatiſſimaq; perfugia. Quæſo vos, vbinam potius mercedis, ac ſuppliciorum cauſa poterit expendi, quam in illo totius orbis theatro, in quo omnia mortalium facta, dicta, cogitata, æquiſſima lance inexorabilis arbitri, non trutina populari examinanda ſunt? Quem alium ob finem Dei filius in ſuo illo iudiciario throno, ipſiſq; cælitibus formidando tribunali ſedebit, niſi vt toti mundo declaret ſumma ſe æquitate laurea immortalitatis ornare, alios vero cruciatibus mancipare ſempiternis? Qua igitur fronte blatteratis non hoc loco de cæleſtis beatitatis, æternæque miſeriæ cauſa diſputari? De qua igitur? Quid? Nonne vel ipſe ſenſus quem horrendæ imprecationi in impios à Iudice fulminandæ aſſignatis, iſtam à Caluino inductam, vobis propugnatam aſſertionem refellit? Etenim

ſi vobis

Digitized by Google

ſi vobis perſuaſum eſt, eos à ſummo Iudice Chriſto iure, meritoq; damnari: rectene aſſeritis, nō bonorum operum ratione iuſtos, ac pios cæleſti beatitate donari, cum Seruator eodem modo loquendi, & æquali ſtatera in diuerſa operum genere cōſtituat antitheſin, opponens duas contrarias, contrariorū effectuum cauſas, contrariiſq; operationib. mercedes, præmiaq; contraria? Nonne cum dicit, *Venite, poſſidete regnum, eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare*. Et. *Diſcedite in ignem, eſuriui enim & nō dediſtis &c.* Diſertis verbis oſtendit, bona opera ſibi, vel ſuis exhibita, veram eſſe cauſam, cur in cœlorum regnum aduocentur electi, quemadmodum impias fraudes ſceleratamque vitam cur improbi in inferorum detrudantur incendia? Placet hoc exemplo facere illuſtrius. Si cuipiam militi, profligatis hoſtibus diceret Imperator, hac ego te aurea corona dono, quod egregium tuæ virtutis documentum in acie dederis. Tu vero dicat alteri, quod ignauiter in prælio te geſſeris, hoſte viſo, haſta, clypeoque abiectis fugeris, à caſtris ſegregator, Latomiis atque triremibus addicitor, nonne perſpicue ſignificaret fortitudine illi priori gloriam eſſe partam, huic vero ignauiam eſſe cauſam ignominiæ atque ſupplicii? At enim inſtatis, dicētes, regnum æternum nobis veluti hæreditatem promitti. Recte quidem; ſed illud etiam addendum, hæreditario iure promitti atque deberi probis ſcilicet, gnauiſq; liberis: qui cum adoleuerint, præclaras, æternoque patre digniſſimas, actiones obituri ſint; non autem improbis, ignauis, veſtrique ſimilibus effœminatis. His addite præterea cœlorum regnum non minus mercedem, quam hæreditatem vocari: quod ſi hæ-

Liber I. Cap. 15.

Qua rōne cœleſte regnum dicatur hæreditas.

Col. 3. 24. Heb. 1. 14. & 9. 15. 1. Pet. 1. 4. vide Mal. in Matt. 6. 25.

Digitized by Google

Liber I. Cap. 15.

Beatitudo æterna eſt merces.

Mat. 20. 8. Luc. 6. 23. 1. Cor. 3. 8. Io. 2. 8. Apoc. 11. 22. c. 22. 12.

reditatis audita voce, ceſſandum eſſe vobis, otiandum, & in vtramque aurem dormiendum putatis, ſpe concepta fore, vt cœli regia ne moto quidem manu articulo donetur inertibus, cur non ſimiliter audito nomine mercedis, laborem & præmium ſignificantis mouemini, tum ad fatendum cum Orthodoxis recte factis, beneque merendo fœlicitatem æternam obtineri poſſe: tum ad labores quibus eam aſſequamini perferendos? Quid cauſæ eſt, cur altero verbo reiecto, alterum eligatis, cum in diuinis tabulis vtrumque reperiatur, multoque frequentius eas volutanti mercedis quam hæreditatis nomen occurrat? Noñe ob eam cauſam, quod hic etiam deteriorem partẽ mauultis eligere, qua veſtræ ſocordiæ pruritum titillando mulceatis? Eſtis igitur non Imperii diadematis, ſed peioris dogmatis, & vocis electores. At quando vocis huius ſonus adeo ſuauiter influit in aures veſtras hoc vnum habere: quod licet regnum cœleſte ſit ab æternitate nulla prorſus habita ratione, bonorum operum veluti Hæreditas infantulis paratum, hiſque ex hac vita nulla peccati labe infertis migrantibus gratis omnino donetur: ea tamen Dei volũtas, atque decretum eſt, vt adulti ad ſuſcipiendos labores idonei, recte factis & exercitatione virtutũ ad illud conſequendum elaborẽt: qua in re meliori ſunt conditione quam infantes, nam ratione exercitæ virtutis, ac meritorum ampliorem in cœlo gloriam, & præmia cumulatiora conſequentur.

Cur velit Deus omnes labori incũbere.

Quare benignus vniuerſitatis parens, ac moderator Deus, qui ſuauiter omnia diſponere, ſuoſque ad fines per aptiſſima media perducere conſueuit, ſuorum alumnorum commoditatibus ſeruiens, deque

deque eorum vtilitate ſolicitus multis in ſcripturæ locis nobis ſuæ gratiæ, & auxilii talenta liberaliter offert, vt iis inſtructi, negotiemur, laboremꝰ, promereamur. Neminem fuiſſe, nec vnquam futurum conſtat, ad quem æquiori nomine, ac iure quam ad Chriſtum æterni patris, non adoptiuum vt nos, ſed naturalem filium hæreditas tanta poſſit obtingere: nihilominus Patris decretum fuit, vt quemadmodum olim Iacob, gladio, & arcu, vt loquitur ſcriptura, agrum adeptus eſt, quem deinde præter fratrum ſortem Ioſepho donauit: ita vnigena filius diuturnis laboribus, grauiſſimiſque dimicationibus regni, iure alioqui ſibi debiti poſſeſſionem adiret: quod nobis ille quidem cruenta morte promeruit, ea lege tamen, vt recta agendo, duraque perferendo ſummi ducis veſtigia ſectaremur, quibus tāti regni quoque promerendi tribuit facultatem. Audio vos hoc loco, vt alias ſępe dicere, per magnā Chriſti meritis iniuriam fieri, plurimumque de eius gloria, dignitateque decedere: erratis Prædicātes, imo vero contrarium eſt aſſerendum, hoc nimirum ad maiorem Chriſti gloriam redundare: propterea que quicquid à nobis cum laude fit, omniaque noſtra merita, ex eius meritis vim omnem, & efficacitatem accipiunt, vt à principe fontis ſcaturigine riuuli, & è vite pampinorum cui adhærēt, fructus emanant. Quanto enim honori, gloriæ & ornamento, Imperatori noſtro eſſe cenſetis, non modo tot ac tantis in dimicationibus ſe fortiſſime aduerſus potentiſſimos hoſtes geſſiſſe, verum etiā perfeciſſe virtute, vt quicunque vellent tanto Imperatori mereri, è timidis audaces: ex ignauis generoſi, è gregariis magnanimi bellatores, atque vi-

Liber I. Cap. 15.

Conuētione facta, ex denario diurno. Mat. 20. 2.

Et dedit vnicuique talenta. Mat. 25. 15.

Iacob Gen. 48. 22.

Luc. 24. 26

ctores euaderent? Non eſt neceſſe ſexcentos eiuſmodi locos refellendos afferre, quibus planum ſit vos eandem eligendi, reiiciendi, probandi, improbandi, addendi, expungendi ea quæ ad fidei capita, ſcriptaque diuina pertinent authoritatem vendicatis, vnde vos electores, & Hæreticos, ac proinde conſequutione perſpicua Idololatras eſſe conuincimus. Summam tandem eorum quæ diſputata ſunt ita ratiocinando mecum inite. *Quiſquis eſt hæreticus, eſt Idololatra*: hanc propoſitionem ſatis ſuperque confirmatam vos credo facile admiſſuros. *Atqui vos, veſtriq; ſectatores, eſtis Hæretici.* hoc ſimiliter adeo euidenter eſt modo comprobatum, vt nec reſpondere, nec hiſcere audeatis. Colligite quod neceſſario ex his efficitur, & vos *Idololatras eſſe*, dicique debere libera voce concludite. Cæterum cum huius veritatis fidere maximi momenti ſit & ponderis, alias ſubiiciam rationes, vt tales vos eſſe omnino pateat, quales propoſita ratiocinatione concluſimus.

Eum eſſe dicendum Hæreticum, qui errores contra fidem animo pertinaci tuetur: ſimiliter eum qui Hæreſibus ab Eccleſia Dei damnatis adhæret: huiuſq; eius ſectarios, eiſdem adhærere.

CAPVT XVI.

VT apertius vos, Miniſtri, Hæreticos, eoque nomine Idololatras eſſe videatis: ſi tamen ad hanc

hanc perſpiciendam veritatem mentis aciem velitis intendere: aliis vtar argumentis, quæ cum aliunde, tum maxime è veſtra fide, placitiſque promentur. LIBER I. CAP. 16.

Hoc eſto primum Quicunque credit, & vnum aut plures contra fidem Cath. pertinaciter errores tuetur, is eſt Hæreticus, & eius error ita defenſus, Hæreſis: Vos autem non vnum duntaxat errorem, ſed quamplurimos contra fidem Cathol. creditis, ac pertinaciter tuemini: eſtis igitur Hæretici. Maior huius ſyllogiſmi propoſitio eſt adeo firma, nulla vt queat refutatione conuelli, conſtat enim ex definitione, & eſſentia hominis Hæretici quatenus Hæretici, & Hæreſeos. Tamque vera eſt, quam hæc, quicunq; eſt animal ratione præditum, is vir eſt, aut fœmina: Quis hoc negauerit, niſi is qui ſit naturali lumine deſtitutus, & in quo nulla vis rationis appareat? Ratiocinationis item aſſumptio patet, tum ex iis quæ ſuperius diſſerui, tum ex iis quæ deinceps afferentur: ſiquidem toto hoc opere plurimos errores contra fidem Catho. à vobis credi, obſtinateque propugnari docebo: nam in myſterio S. Trinitatis, in doctrina Sacramentorum, iuſtificationis, bonorum operum, atque in omnibus fere religionis Chriſtianæ myſteriis erratis: vnde vobis neceſſe eſt concludendo fateri, vos Hæreticos eſſe, atque Idololatras: & ſic obtinebitis veritatem.

Accipite alterum ſyllogiſmum ſuperioris non abſimilem, paris, ad id quod propoſuimus, efficiendum roboris. *Quicunque ſequitur, & amplectitur Hæreſes ab Eccleſia Dei damnatas, is eſt Hæreticus.* Non

LIBRI I. CAP. 16.

Quicunq; in hæreſin ſemel damnatã labitur, eius dãnationi ſeipſum inuoluit. Gelaſ. 1. apud Grat. 24. q. 1. c. 1. Idem Tert. de præſc. c. 34. Idem Grat. l. Nemo. C. de ſumma Trin. 1.

Manichæi liberum arbitrium negabant. *S. Hier. 1. præfat. in Dial. Pela. ann. 350. Auguſt. l. 7 Confeſ. c. 3.*

Iidem legẽ Dei impoſſibilẽ eſſe dicebant.

audebitis opinor hac propoſitionem negare: nam præter quam quod Tertullianus, & alii antiquiſſimi ſummę doctrinæ, & authoritatis Patres ſcriptæque leges eam tradunt: Chriſtiani omnes, imo cuiuſcunque generis homines, ſi modo homines, nec ſtupidi, ac veterno ſopiti, vt rectam, minimeque dubiam admittent. *Atqui vos plurimas Hæreſes ab Eccleſia Dei damnatas amplectimini.* Scio ſumptionem hanc à vobis negatum iri, meum eſt igitur eam approbare, eaque confirmata, damnationis veſtræ, proferre ſententiam, qua Hæreticos, & conſequẽter Idololatras vos vniuerſus orbis agnoſcat. Vos & creditis, & docetis nullum eſſe in homine liberum arbitrium: fuit hæc *Manichæorum* Hæreſis, vt Sanctus Hieronymus, Auguſtinus, aliique orthodoxi Patres affirmant: Hæreſis inquam, vt impia, planeq; adipalis omnium calculis damnata, quippe quæ hominem exuit ex homine, eiuſque dignitatem ad mutorum pecudum abiectum gradum vſque deprimit, eumque adducit vt credat neceſſitate ſe cogi ad ſeruiendum cupiditatibus, nullamque his reſiſtendi datam eſſe facultatem. Deinde cum iiſdem Manichæis Dei legem eſſe impoſſibilem, nec ab vllo ſeruari poſſe contenditis: Qui quam ſit deteſtabilis error: quamque merito fuerit iampridem ab Eccleſia hæc Hæreſis anathematis ictu profligata quis ignorat? Ecquid enim magis impium, quam vniuerſitatis authorem prudentia, iudicio, miſericordia ſpoliare, eumque inter immaniſſimos tyrannos reponere, quod legem ſupra vires humanas, quam mortalium nemo explere valeat inſtituerit, nihilominus eos qui latum vnguem ab ea diſceſſerint, qui eam

exacte non expleuerint ſuppliciis puniat ſempiternis? *Pelagiani* in ea fuere Hæreſi. Sancto Auguſtino referente, vt crederēt Chriſtianorum infantulos in vtero materno ſanctos fieri, eoſque nullo expiatos Baptiſmate obeuntes, in cœlorum regnū nihilominus admitti. *Herminiani, vel Seleuciani* his adiiciuntur, qui eodem Auguſtino teſte baptiſmū nequaquam eſſe neceſſarium docebant. Vos aūt Prædicantes, veſtrique aſſeclæ vtriq; Hæreſi, mordicus adhæretis: veſtraque culpa factum, fietque niſi præpotens Deus hanc inauditam immanitatē frænauerit, vt ſexcēta infantulorum millia, qui parentum hoc impio dogmate faſcinatorum in curia ſine lauacro ſalutis hinc emigrantes regno cœleſti excluſi ſint, & poſthac excludantur. *Nouatiani* nullo oleo, nullaque per ſacramentum confirmationis vnctione opus eſſe tradebant. *Donatiſtæ* vero vlterius, in peiuſq; progreſſi, chriſma ſolenni ritu conſecratum pedibus proterendum, verbis, factiſque, ſuadebant: vos non modo his paria factitatis, verū etiam ipſum ſacramentum omnino ſuſtuliſtis. *Berengarius* eiuſque aſſeclæ duas inſignes, & inauditas Hæreſes aduerſus S. altaris Sacramentum in Chriſtianum orbem inuexerunt: prior fuit panis ſubſtantiam, vna cum ſubſtantia corporis Chriſti in Euchariſtia præſentis manere: quam Hæreſin Lutherus, Lutherique diſcipuli Caluinianorum fratres natu maiores amplexi ſunt. Poſterior priore longe deterior docebat nequaquam Chriſti corpus, ſed illius dūtaxat figuram ac ſignum in Euchariſtia cōtineri. Et illa quidem corporis Chriſti ſubſtantiam, cum ſubſtantia panis, mendacio veritatē, tenebris lumen, cœlo terram conglutinabat: hæc

LIBRI I. CAP. 16.

S. Aug. l. 3. contra Iul. c. 3. Anno 390.

Seleuciani *S. Auguſt. de Hær. ad Quoduult. Deū. Hær. 59. & 60.*

Nouatiani *Theod. in fab. 210.*

Donatiſtæ *Optat. Milen. an. 330.*

Berengar. eiuſq; diſcipuli. *Guitmund⁹ an. 1000.*

vero ſublata omnino veritate, locum tantummodo tenebris, atque mendacio reliquit. Vos Zuuinglii, Caluinique ſectatores, eorumq; inſiſtẽtes veſtigiis more cancrorum regrediendo proficitis.

Audiani. *Theod.de hær.fab.l. 4.An. 300.*

Audiani Valentiniano rumore imperante, Confeſſionem ſacramentalem minime neceſſariam eſſe arbitrabantur: vos, quoniam facile eſt inuentis addere, iſtorum Hæreſin hac appendice cumulaſtis, dicentes hominum eſſe commentum, meramque ſuperſtitionem.

Maſſiliani *An. 350. Epip. Ser. 80.S. Aug. Hær. 57. Damaſ. in lib.de hær.* Albigẽſes *An.1250.*

Maſſiliani, & poſt illos *Albigenſes*, ordinis ſacramentum obfirmato animo reiicientes, hac ſacra initiatione, manuumque impoſitione Clericis rite initiatis Spiritum ſanctum dari negabãt. In eodem vos errore verſamini: & hoc Sacramento è veſtris Synagogis exterminato, Spiritus ſancti vim negatis manuum ſolemni impoſitione communicari.

Maſſiliani *Epiph.Ser. 80.S. Aug. de hær.57. Theod.li.4 de Hær.fa. I.Dam. l. de Hær.* Armeni & Cathari. *Guido in ſua ſumm. 1.Cor.10.11*

Maſſiliani inſuper *Armeni, & Cathari.* nullam plane ineſſe vim. Sacramentis ad gratiam conferendã aiebant vos ſimiliter: his tantum tribuentes ſignificandi ratione, vt ſigna modo ſint gratiæ, non cauſam eius: nec ſuperioris eſſe ordinis, maioriſque efficacitatis, quã ſacramenta legis Moſaicæ, rituſue Iudaicos: qua peruerſiſſima Hæreſi legis nouæ ſacramẽtis à Ieſu Chriſto inſtitutis virtutem omnem & efficaciam adimitis, eorum dignitatẽ eneruatis, imo vero ad nihilum redigitis, cum illa ad normam veterum ceremoniarum dirigi putatis oportere: cum tamen vis harum tota in figura, vt ſcribit Apoſtolus, vmbraque conſiſteret.

Aerii. *Epip.de hæ. 75.S. Aug. de Hær.c. 3.an.350.*

Aerij vt ſecundum Epiphanium notauit Auguſtinus, cum ob alios errores, tum eo ſunt Hæreſis nomine damnati, quod S. Miſſæ ſacrificium pro fidelibus

delibus vita functis non offerendum eſſe iactarēt. Vos autem hic & confidentiores non ſolum hoc ſalutari præſidio pios manes priuatis, quin ipſi anguſtiſſimo Miſſæ ſacrificio exitiale bellum infertis, quantumcũq; in vobis eſt conuellitis: vt neque pro mortuis, nec etiam pro viuentibus factitetur: eãq; ob cauſam altaria, ædeſque ſacras ſolo æquatis, purgandarum locum animarum, dari negatis; eoque veſtra ſtudia & conatus feruntur, omnem vt Religionem ac pietatem in Deum, omnem erga viuos, & mortuos charitatem extinguatis. Libri I. Cap. 16.

Præterea *Aerius* aliam ob Hæreſin eſt ab Eccleſia damnatus quod diceret Chriſtianos nullis certis diebus ad ieiunandum aſtringi debere: ſed illud ipſorum permittendum arbitrio: vos ſimiliter nullo prorſus legum frœno gulam veſtram, edendi, bibendique licentiam patimini coerceri: non ſolennem, & Apoſtolicæ inſtitutionis Quadrageſimam: non quatuor per annum temporib. dicata ieiunia: non ſtata celebrium feſtiuitatum peruigilia: non cæteros ab Eccleſia conſtitutos abſtinētiæ dies colitis: ſed cum vobis libet, rariſſime videlicet, quandam ieiunii formam exercere, nullo habito ciborũ delectu his maxime diebus, quibus ab Eccleſia ieiunia relaxantur: vt *Manichæi* Dominicis, vos geniũ aliquantulum fraudare videmini, vt paulo tardius ad menſas carnibus inſtructas à prolixiore declamatione accurratis. Aerius *Epiph. Hæ. 75. S. Aug. de hær. 53.* *Diſt. 30. ſi quis Pr. de conſecr. Diſt. 3. ieiunium Dn. & ſeq.*

Vigilantius honorem, ac venerationem quam pii Chriſtiani ſanctorum reliquiis exhibent omni irriſione ludebat, vt S. Hieronymus refert: eamque ob cauſam in Hæreticorum album relatus eſt. Vigilant. *S. Hieron. an. 320.*

Catharos ſimiliter pro Hæreticis habuit Eccleſia, Cathari. *Seb. Frāc. Ga. an. 308*

Liber I. Cap. 16.

ſia, quod ſanctorum inuocationem impugnarent.

Feliciani & Vualdẽ. *Damnati in Conc. 2. Nicen. 780.*

Iouinianus coniugium virginitati æquabat, Feliciani & Vualdenſes, Ieſu Chriſti ac Sãctorum imagines, Idola eſſe dicebant: & earum cultum Idololatriam quas ob Hæreſes anathemate damnati perierunt.

Porphyri⁹ Eunomi⁹. *Euſta. in Cõc. Gãgr. ann. 350.*

Porphyrius item, Ennomius, & Euſtachius in numero impiorum errantium habiti ſunt, quod miracula, miras eſſe impoſturas ac dæmonum opera iactarent.

Simon denique Magus Hæreticorum anteſignanus fuit, & in eo Chriſti Eccleſiã aggreſſus eſt oppugnare, quod bona opera contemneret, nulliuſque eſſe meriti, ac ſine his ſolam fidem ad ſalutem obtinendam ſatis eſſe dictitaret.

Has omnes quas recẽſui Hæreſes vos, Miniſtri, tenetis, docetis, inculcatis, nouis additionibus in immenſum amplificatis: eoque maiori pertinacia, ne dicam impudentia, tuemini, quod eas nõ ignoratis vniuerſo Eccleſiæ Dei iudicio ſtatim atque enaſcebantur, damnatas, & exciſas fuiſſe: Totaque beſtia doctrina, atque Religio, (ſi tamen Religio, ac non potius irriſio dicẽda ſit) nihil eſt plane aliud, his exceptis quæ nobiſcum vultis habere communia, quam ingens errorum farrago, & exoletarum omniũ Hæreſum rapſodia, hoc ne verum eſſe negabitis? non puto, quamuis ſitis ad quodlibet audendum proiecti: ſiquidem mole catholicarum rationum oppreſſi, authores illarum Hæreſeon pro maioribus veſtris, & anteſignanis agnoſcere cogimini: nec iis plura proponam: nam ad aſſumptæ ꝓpoſitionis confirmationem, quæ modo ſunt allata ſufficiunt: Accipite tandem totius ratiocinationis ſummam.

Qui-

Digitized by Google

Quicũque tenet Hæreſes, ab Eccleſia Dei damnatas, & fulmine Anathematis ictas, eſt Hæreticus. Atqui vos eas tenetis. Ecquid enim eſt veſtra doctrina niſi Hæreſim iampridem damnatarum, dirisque & anathemati denotarum male coagmentata rapſodia? *Eſtis igitur Hæretici.* Quoniam vero omnem Hæreticum eſſe, dicique debere Idololatriam abunde ſuperius oſtẽdimus, ſequitur neceſſario vos iſtius quam propugnatis Hęreſis nomine eſſe Idololatrias. Atq; hoc eſt ſecundum argumentum ad primi confirmationem expoſitum.

LIBER II. CAP. I.

IDOLOLATRIÆ HVGONOTICÆ LIBER SECVNDVS.

De notis & præcipuis Hæreſeos & Hæreticorum qualitatibus: deq; earum prima, ſuperbia.

CAPVT I.

TErtium argumentum in hoc ſecundo libro afferam, quo manifeſtius inſuper vos Hæreticos, atque ob eam cauſam Idololatras eſſe confirmem: eruitur autem, ex communibus notis, & pręcipuis Hæreſeos, Hæreticorumque qualitatibus, ex natura, & intima veſtræ doctrinæ eſſentia fluentibus, eaque nomine vobis maxime propriis: quãquam & alia ratione ad multos pertinere videantur. Atque vt breui, facilique via progrediamur, eas in nouem duntaxat capita contraham: vt deinde quod propoſitum eſt certa ratiocinatione conficiam.

Prima igitur nota, ac certiſſimum Hæreſis ſignũ eſt ſuperbia, primum Angelorum, hominumque pecca-

Initium omnis peccati ſuperbia Eccleſ. 10. 13. Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo. ibid. v. 14.

LIBER II. CAP. I.

peccatum, vt ait ſapiens inter Hebræos ſcriptor: primuſque aditus quo rebellio, infidelitas, & apoſtaſia ſolent irrumpere, maxime vero Hæreſis: quā ſuperius firmiſſimis argumentis Idololatriam, & Apoſtaſiam præ omnibus deteſtabilem eſſe demōſtrauimus. hæc enim nota eſt illi naturaliter inſita, proptereaque vt docet Auguſtinus, Hæreſis eſt filia ſuperbiæ: ſuperbia vero omnium Hæreſum parens ac procreatrix. Si ratio quæritur, hæc eſt in promptu: quod ſuperbiæ vitio qui tenetur, in id, curam omnem, & operam impendit, nouas vt opiniones excogitet, quibus ſe palam venditet, & à ſeipſo inuentis dogmatibus pertinaciter adhæreat, vt vulgo fortis vir, & conſtans iudicetur: quam ob animi elationem atque ſuperbiam plane dignus eſt, qui graues tantoque crimini pares in hac etiā mortali vita pœnas ſubeat: videlicet vt in has horribiles mentis tenebras, ac fœdiſſimam Hæreſin prolabatur. Itaque fit ſuorum vt progenitorum notā fronti inuſtam præferat Hæreſis: nec vnquam viſus ſit Hæreticus ac nouarum author opinionum, quin inſolens ſui oſtentator, faſtu, atque intollerabili arrogantia tumidus extiterit, ſeque omnibus præferendum ſuo calculo putarit. *Omnes hæretici*, ait Tertullianus, *tument*: nullus vnquam fuit quin hoc Sathanico vitio imbutus, nefarium Deo, eiuſque Eccleſiæ bellum indixerit: nec vnquam inuentus eſt mortalis, quin hauſto Hæreſis veneno, tanquam Circes poculo, è miti ferox, è modeſto temerarius, ſuperbus, & crudelis euaſerit. Cum Mileto profecturus eſſet Paulus Apoſtolus inter præclara documenta, quæ conuocatis primariis Epheſinæ Eccleſiæ Presbyteris dedit, de hoc vno eos ſerio præmonuit,

Omnium Hæreſum vna mater ſuperbia. *S. Aug. de Paſto. c. 8.*

Tertul. de Præſc. c. 41.

Hæretici Superbi. *Act. 20. 29.*

nuit, ſibi vt diligenter attenderent, fore breui vt lupi rapaces, hoc eſt Hæretici, gregem Chriſti dilaniaturi inuaderẽt: & ex ipſorum cœtu, viri peruerſa loquentes exſurgerent, vt abductis pene ſe diſcipulis, gloriam, nominiſq; famam compararent, his aliiſque verbis præmonebat Apoſtolus, id genus homines laudis auidos, vanitate, & ſuꝑbia inflatos, vt ꝑ cæteris aliquem honoris gradũ adipiſcerẽtur, nouas ſectas inducturos: quod diuini viri vaticiniũ fuiſſe veriſſimum, omnium Hæreſiarcharum poſt Chriſti Domini aſcenſum, exempla docuerunt. Quid enim impulit Simonem illum magicis artibus infamem, vt in naſcentis Eccleſiæ primordiis ab ipſa deficeret, niſi ſuperbia, & honorum ambitio? Cum enim præeſſe, quam ſubeſſe mallet, exceſſit, euaſit Chriſtique alumnis bellum illaturus, foras erupit. Quamobrem? Cupiebat nimirum Epiſcopali dignitate fulgere, manibus impoſitis Spiritum ſanctũ baptizatis aduocare, diuina miracula patrare: quam facultatem cum allata pecunia non potuiſſet ab Apoſtolis impetrare, ex oue Chriſti in crudeliſſimum lupum, hoſtem Eccleſiæ, & primũ Hæreſeon architectum euaſit. Igitur quod nõ potuiſſet rectæ ſyncereq; doctrinæ virtutiſq; prȩſidio, nomẽ ſibi comparare, & in Chriſtianorũ ſocietate ſpiritalib. donis eminere, fugitiuus deſertor alibi commercio vanitatis, illuſtriq; mendacio admirationẽ ſui ſic excitauit, vt quaſi numen è cœlo lapſũ coleretur ab iis, quorũ mẽtes ſuis ꝑſtigiis illuſerat. *Act. 8. 18.*

Valentinus iſto Mago non multa ȩtate poſterior fuit, eidem tamen æqualis ambitione; quod in petitione Epiſcopatus repulſam tuliſſet. *Sperauerat Epiſcopatum Valẽtinus*, ait Tertullianus, *quia & ingenio pote-* Valẽtinus.

LIBRI II. CAP. I.

Tert. cont. Valent. c. 4

poterat, & eloquio. Sed alium ex Martyrij prorogatiua loci potitum indignatus, de Eccleſia authenticæ regulæ abrupit (vt ſolent animi pro prioratu exciti, præſumptione vltionis accendi) ad expugnandam conuerſus veritatem, & cuiuſdam veteris opinionis ſemini actu colubroſo viam deliniauit. De Marcione idem ſcribit Epiphanius his verbis: *Marcion ſuperbia tumidus & indignãs, quod prærogatiuam, quam animo conceperat, honoris, & aditum in Eccleſiam non obtinuiſſet, Hæreſin nouam fabricatus eſt; dicebatque Catholicis veſtram concutiam Eccleſiam, & ſempiternam illi afferam vaſtitatem. Intulit ille quidẽ ruinam ſed animæ ſuæ, & eorum qui ſe ab illo decipi ſiuerunt.* Montanus vt author eſt Theodoretus *ambitione, & primum locum obtinendi cupiditate motus, ſeipſum Paracletum vocauit.* Eadem quoque ambitionis aura inflatus *Sabellius*, vt ſcriptum reliquit Epiphanius ſe Moyſem fratrem vero ſuum *Aaronem* eſſe dictitabat, In errorum voraginem actum fuiſſe præcipitẽ *Nouatianum* tradit Euſebius, quod Epiſcopatum nõ obtinuiſſet. Eadem ambitionis contagio corrupit *Arium. Cum Pater mendacij,* (inquit Theodoretus) *inueniſſet Arium humanæ gloriæ cupidum; & in eo arrogantiæ affectionem inflammauit; &* Hæreſis *errorem ei indidit. Cum enim is eſſet relatus in numerum Presbyterorum Alexandrinæ Eccleſiæ, & magnum Alexandrum in pontificali ſedentem videret inuidiæ ſtimulo percitus eſt; & cum pugnæ cum eo committendæ materiam, quæreret, occaſionem inuenit dogmatum impietatem.* Eodem animi morbo laborans ab Eccleſia deſciuit errores ſeminaturus *Aerius* de quo Epiphanius: *Aerius quidam rurſus exortus eſt, magnum mundi malum, furioſus mente, elatus opinione. Omnẽ enim Hæreſin temeritate eorum quæ facta ſunt ab initio vſque ad finem, aut vana gloriolæ,*

Marcion Epiph. hær. 42.

Theod. hæ: fab. lib. 3.

Sabellius Epiph. hær. 57.

Arius Theodor, hæret. fab. l. 4. Ruffinus hiſt. Eccl. l. 1. c. 1.

Epip. hæ. 75

aut

aut elationis faſtuoſa gratia, effecit. Et poſt pauca. *Simul exercebantur Euſtathius & Aerius. Quum autem veniſſet Euſtathius ad Epiſcopatum, ille magis concupiſcebat, ſed nõ peruenit ad ipſum. Hinc oritur æmulatio.* Ita factum eſt honoris concupiti repulſa, vt ab Euſtathio primũ, deinde à tota Eccleſia ſegregaretur, plebique ſuis errorib. faſcinatæ præficeretur. De Neſtorio ſic ferè Theodoretus. *Cum illa docendi populum munus eſſet commiſſum, ſtatim in exordio oſtendit qualis tota vita ſua eſſet futurus: neq; enim generoſum, & qui hominum poßit animas excolere, dicendi characterem ſecutus eſt. Sed cum ad populi dilectionẽ ſuam orationẽ cõferret, & inanes plauſus, vt ſi quis alius, aucuparetur, inconſideratum & iudicij expertem vulgum in ſui deſiderium excitauit, fuſca veſte indutus, triſtis incedens, ſtrepitus forenſes declinans, corporis pallorem vt continens videretur aucupans, hoc habitu, & hac ſimulatione multos ineſcans, magnam ætatis ſuæ partem peregit, vt Chriſtianus videretur, magis quam vt eſſet, perſequens, & Chriſti gloria ſuam præferens.* Is igitur cum honorem quem votis ardentibus expetebat eſſet aſſequutus, Epiſcopalem Eccleſię Conſtãtinopolitanę ſedem inaudito prius errore fœdauit: vt eum ſtatim non vt nerãdum Patriarcham, ſed execrandum potius Hęreſiarcham Chriſtianus orbis agnoſceret. Fecit igitur hic ſuperbiæ ſpiritus, vt eiuſmodi vaniſſima gloriolæ mancipia, ſe ſuaque commenta maximo tumore venditarent: præ ſe Patres antiquos nihili facerent: magnam rerum occultarum ſcientiam promitterent, de prępſtanda ſuperioribus, ſummis præſertim ſacris, ac profanis magiſtratibus obedientia, debitoq; obſequio nihil omnino penſi haberent: contra potius eorum authoritatem contẽpſerunt, imperia licet æquiſſima

Libri II. Cap. I.

Neſtorius

Theodoretus Hær. fabul. l. 4.

LIBER II. CAP. 2. *S, Iudas in epiſt. 8. dominationẽ ſpernunt, maieſtatẽ aũt blaſphemant. Os eorum loquitur ſuperba 16.*

inſtar ludibrii habuerunt, leges pertinuerunt, omnem denique rerum humanarum, ac diuinarũ ordinem peruerterunt. Sed quid attinet pluribus inſiſtere? Ex dictis enim ſatis conſtat ſuperbiam verã eſſe Hæreſeon, & omnium Hæreticorum procreatricem, eiſq; penitus inhærentem notam: quæ veritas tam perſpicua eſt ex monumentis eorum, qui res Eccleſiaſticas tractarunt, vt vos nec eam ignorare, nec vllo modo negare valeatis.

Notam alteram Hæreſis & Hæreticorum eſſe Luxuriam.

CAPVT II.

Hircus ſuperbiæ ac luxuriæ ſymbolũ, quæ vitia veterũ Græcorũ propria. *Dan. 8.5.*

Cacodæmones Piloſorum nomine ſub hirci figura deſignati. *Iſa. 13.22. & 34.14.*

DIximus ſecundam Hæreſis, & Hæreticorum omnium teſſeram eſſe luxuriam, atque libidinem: quæ ſuperbiam vſquequaq; comitatur: vt è contrario modeſtia Chriſtianaq; humilitas eſt indiuidua aſſertatrix, ac ſoror caſtitatis: quo fit vt diuina etiam oracula, vtramque arctiſſimo nexu conſocient: quãdoquidem hircum laſciuum, ac ſuperbũ animal vtriuſq; vitii Hieroglyficum exhibent: ſiquidem ille inexplebili laſciuia fœditatẽ luxuriæ, immanitate cornuum, ſuperbiam aptiſſime repręſentat. Ad eum modum duo Gręcorum vitia, magnũq; Alexandrum huius animantis typo diuinus vates Daniel expreſſit: hac etiam nota Dęmones inſigniuit Iſaias, eo quod ſupra quam credi poteſt ſuperbi, & in libidinem, licet corporis expertes, ſint admodum propenſi: namq; vt eam turpitudinẽ quomodocunq; exercere, & mortales ad eam poſſint inducere: ex aere aliaue materia ſibi corpus quoddã adaptant: itaq; eos Propheta Piloſos vocat, eiſq; hirci figu-

Digitized by Google

figuram attribuit. Atq; vt Hæretici omnes ſupbiæ typo inflantur, ita ad eas voluptates quæ guſtu, tactuque percipiuntur, quæque ſunt hominibus, cũ beſtiis communes ſupra modum omnique impetu feruntur: neq; vlla vnq̃ fuit huiuſmodi errantium Secta, ne quidem eorum q singulare prę ſe ferebãt ſtudium pudicitiæ, cui non fuerit inuſta hæc nota obſcœnitatis. Cõiugium veluti turpe commerciũ, ac fœdum opus deteſtabantur Manichæi: eodemq; prætextu Montaniſtæ nuptias ſecundo repetitas damnandas eſſe duxerũt: qui nihilominus omnes, maximeq; Manichæi luxu ac mollitie effœminati, in omnium flagitiorum cœno volutabantur: quod Eccleſiaſticarum rerum ſcriptores, & antiquiſſimi Patres ſui æui, & priorum temporum Hæreticis, diligenter obſeruarunt. Tertullianus Apellem cõtinentię deſertorem nominat: idemq; Marcionem noui damnatiq; dogmatis authorem ſcribit ab Eccleſia pulſum, q ſtuprum virgini intuliſſet: obiicit inſuper Hermogoni Hæreſiarchæ: ***Illum aſſidue nubere, legem Dei in libidinem defendere, totum eſſe adulterũ, & prædicationis & carnis.*** Apud Euſebium teſtatur Apollonius Montanum multas ſecum mulieres è maritorũ thoris raptas, ducere, quib. maxima multorum offenſione, omni abiecto pudore, abutebatur. Nec vero Carpocratiani iſtis fuere temperatiores: ſcribit enim Clemens Alexandrin. viros iuxta ac fœminas promiſcue ad intempeſtiua conuiuia, nocturnoſque cœtus conuenire ſolitos, ibiq; luminib. extinctis irruere in flagitioſos amplexus. Eam ob cauſam S. Cypriã. virginum corruptores, ac ſtupratores appellat Hæreticos, quod plurimorũ iſti-

LIBRI II. CAP. 2.

Omnes Hæretici ſuperbi, ac lididinoſi.

Manichæi coniugia deteſtabãtur.

Mõtaniſtę ſecund. nuptias.

Euſe. l. 5. hi. c. 18.

Apelles libidinoſus.

Tert. de præſc. c. 13.

Marcion

Tert. ibid.

Hermog.

Idem.

Montan.

apud Euſe. l. 5. hiſt. ca. 18.

Carpocra.

Cle. Alex. 3. Strom.

Stupratores virginum Hæretici.

S. Cyprian. Epiſt. 10.

Libri II. Cap. 3. farinæ hominum experientia, omnes vniuerſæ tales eſſe comperiſſet. Eſt hoc generale veriſſimumque S. Hieronymi pronuntiatū, quo aſſerit *Eſſe difficile Hæreticum inueniri, qui diligat caſtitatem.* Hæc ſecunda nota tam euidenter cuilibet, Hæreticorum mores intuenti patet, vt ad eam illuſtrandam, pluribus non ſit opus.

S. Hieron. in c. 9. Oſee

Tertiam & quartam Hæreſis, & Hæreticorum notam eſſe mendacium, atq; calumniam.

Capvt III.

Sequitur tertia nota Hæreſi, & intimis Hæreticorum infixa viſceribus, foraſq; deinde erumpens, ſcilicet mendacium: ad typum patris, & architecti mendaciorum Cacodæmonis expreſſum: qui cum ſe primæ, ſummæq; veritati opponere fuiſſet auſus, ab eaq; defeciſſet, à ſummo cœlorum cardine, ad infimam Inferorum abyſſum, cum manu cō-iuratorum detruſus eſt: & qui antea fuerat Angelus veritatis, factus eſt Diabolus mendaciorum, & falſitatis, fallaciarum artifex, ac ſummum mendacium, vanaq; loquentium hominum iuxta atq; ſuperborum Imperator. Quo fit vt Hæreſis omnis, cuius eſt author Diabolus, mendacium ſit, nec tamen qualecunque, ſed mendacium blaſphemiæ, & impietatis contra Deum & eius Eccleſiam, contraque hominum ſalutem vitamque conflatum: vnde fit etiam vt omnis Hæreticus, quatenus Hæretic', mendax ſit, & illius germana proles, qui mendaciū primus in orbem inuexit.

1. Tim. 4. In hypocriſi loquentiū & 1. Petr. 2. 1. Magiſtri mendaces qui introducent ſectas perditionis.

Quarta & quæ ad hanc quam modo attulimus, nota accedit proxime, eſt *Calumnia*: vt enim nihil magis

De Calūnia 4. Hæreſis nota.

magis natiuum eſt Hæreſi, & Hæreticis quam mẽtiri: ita nihil ad calumniandum impudentius: nihil malitioſius ad concinnandas aduerſus innocentes, ac religioſos accuſationes. Certum eſt enim, diuturnoque vſu confirmatum in hoc maxime neruos ingenii, ac linguæ Hæreticos intendere, vt iniquis delationibus, falſiſque criminationibus inſigni probitate conſpicuos, & eximia doctrina celebres viros perpetuam in infamiam adducant. Pleni ſunt ſanctorum Patrum libri, plenę Eccleſiaſticorum ſcriptorum hiſtoriæ portentoſis mẽdaciis, inauditiſque calumniis quibus Arriani ad obruendum fortiſſimum orthodoxæ fidei propugnatorem Athanaſium vtebantur. Quas illi ſtrophas nõ adornarunt, vt eum veluti ſceleratum & infamem reum iudicibus mactandum obiicerent? Res tota fide careret apud eos, quib. Hæreticorum mores eſſent ignoti. Horum igitur & aliorum quorumcunque mentiendi, & Dei Eccleſiam atq; eius alũnos per ſummam calumniam traducendi, ſugillandique licentiam, cum vos probe teneatis, quæ ad hanc notam prolixius confirmandam afferri poſſent, breuitatis ergo prætermittam.

Libri II. Cap. 3.
S *Petr. in* 2 13. σπίλοι ϗ μῶμοι *Coinquinationes, & maculas per quos via veritatis blaſphemabitur.*

Vanam Scripturarum oſtentationem, Quintam eſſe notam Hæreticorum.

Capvt IV.

AD quintam igitur Hæreſis, & Hæreticorum notam referatur Scripturæ ſacræ oſtentatio: nam iſtis ſolenne eſt ſcripta diuina ſubinde vſurpare, arrogantiſſimeque venditare & ſanctorũ Patrũ, qui diu multumq; in illis exponendis inſudarunt,

LIBRI II. CAP. 4.

authoritatem deprimeret, ac præ ſe ferre quod nihil velint credere, nihil dicere, nihilq; moliri quod in diuinis literis non ſit expreſſum, diſerteque præſcriptum: ſolum Dei verbum venerari ſe, nec ab eo tranſuerſum vnguem diſcedere. Huius vero rei cauſa patet: vt nimirum ſacrorum lenocinio verborum credulas mentes alliciant: in quo Latrunculos imitantur, qui ne ipſi in furto à ſe facto deprehendantur in turba, omnium primi in furti authorem voco contenta proclamant. Et quemadmodũ filius Michæ, & auarus leuita eodem pene, quo veri Dei Sacerdotes apparatu, veſtiumque ſacrarum ornatu, ſacra feciſſe Idolis in diuina memorantur Hiſtoria: Sic iſti vt facilius prophanæ doctrinæ Idolo ſacrificent, diuinis oraculis vtuntur, imo nefarie abutuntur: vident enim tantæ blaſphemiæ turpitudinem à nemine ferri poſſe, niſi diuino eloquio, quaſi idoneo velo pietatis obtegeretur. Fallitur ergo quicunque exiſtimat veteratores iſtos eo conſilio Scripturas tam ſtudioſe tractare, importuneque obtrudere, vt veritatem efferant, elatamque communicent: illud potius vt mendaciorum portenta, fallaceſque opiniones colorent, & affingant verbis diuinis quas gloſſas, in tenebris comminiſcuntur. Etenim cum non ſit Scriptura cuicunque legenti peruia, imo potius paſſim nodis ad explicandum difficillimis inuoluta, vt Diuus Petrus de S. Pauli Epiſtolis teſtatur: & ipſe Hæreſiarcha Caluinus vſu, & experientia victus, fateri cogitur: eius nihilominus contextum omnino nudum, nullis interpretationibus enucleatum habere geſtiunt, quo facilius, ac maiori cum libertate

Hæretici Scripturas citantes, Michæ, & Sacerdotibus Idololatris ſimiles. *Iud. 16. 5. 11*

S. Scriptura obſcura *2. Pet. vlt. 16.*

Caluinus quædam in Scripturis difficilia agnoſcit. *in 1. Cor. 5.*

Digitized by Google

tate quidquid per ſomnium commente fuerint, eis liceat attexere, atque velut in vmbra ſenſus obſcurioris, dubiæque ſententiæ, ne à quoquam deprehendantur ſe occultantes, adumbrata fallaciſſimarum opinionum fundamenta conſtituant. Id ſimiliter eſt cauſæ, cur antiquorum Patrum ſcripta reiiciant, & ſuis aſſeclis Prædicantes ſerio earum lectionem prohibeant: quin etiam ſi quis ex hac Prædicantium, turba Patrum monumentis nimirum videatur addictus, male apud ſuos ſolet audire: quod vſu docti videan• pleroſque ea ratione ad ſinum Eccleſiæ Catholicæ redire. Sunt etenim antiqui Doctores clariſſima Sydera, quorum ſplendore, omnium errantium, qui noſtro, prioribuſque ſeculis, ex Orco prodiere fraudes in Scripturarum expoſitione apertiſſime deteguntur, detectęque diſſipantur. Hoc igitur iudicio certiſſimo, licet hominem prauis opinionibus infectum agnoſcere, cum Scripturam diuinam, oſtentat, qui eſt Hæreticorum maxime propriũ: eam tamen reipſa contemnit, modo eam frangit, atque conſcindit: modo inuertit, ac peruertit: & quidquam demum ex ea retinet, ſine omni ſcientia atque conſcientia ſuas ad opiniones aſtruẽdarum callide, malitioſeq; deprauat. Huius certe veritatis diuturno vſu in Hęreticis obſeruatæ luculentum omnino teſtimoniũ reliquit Tertullianus. *Sed ipſi* (ſ. Hæretici) *& de Scripturis agunt*, inquit, *& de Scripturis ſuadẽt. Aliunde ſcilicet loqui poſſent de rebus fidei, niſi ex literis fidei. Et Scripturas obtendũt, & hac ſua audacia ſtatim quoſdã mouẽt: in ipſo vero congreſſu firmos quidem fatigant, infirmos capiunt, medios cũ ſcrupulo dimittunt.* his cõſentãea ſcribit S. Ambroſius: *Hæretici ſunt*, ait, *qui per verba legis,*

LIBRI II. CAP. 4.

Tertull. de præſcript. c. 15.

S. Ambr. in ep. ad Tit. c. vlt.

Digitized by Google

legem impugnant. Proprium enim ſenſum verbis aſtruunt legis, vt prauitatem mentis ſuæ legis authoritate commendent, Sciens enim impietas authoritatem legis multum valere, fallaciam ſub nomine eius componit: vt quia res mala per ſemetipſum acceptabilis eſſe non poteſt, bono nomine commendetur. Idem alio in loco: *Sathanas*, inquit, *transfigurat ſe velut Angelum lucis, & de Scripturis ipſis ſæpe diuinis laqueum fidelibus parat. Sic Hæreticus facit: ſic euiſcerat fidem: ſic iura pietatis impugnat. Ergo non te capiat Hæreticus, quia poteſt de Scripturis aliqua exempla proferre, nec ſibi arroget, quod doctus videatur. Vtitur & Diabolus teſtimoniis Scripturarum, non vt doceat, ſed vt circumſcribat, & fallat.* Idem alibi hæc habet: *Multi fures ſunt, qui verbum Dei non ad vtilitatem ſuam furãtur, & rapiunt, ſed ad fraudem: & patrimonium quoddã cœleſtium ſcripturarum in ſua furta detorquent, adulterina ſibi compendia colligentes, dolo magis, quam veritate quæſita. Sed hi ſunt, qui miſcent aquam vino, tãquam caupones peſſimi, adulterantes verbũ Dei, & in ſyncerum proferentes, quidquid perfido, & tanquam ebrio ore deprompſerint.* Vnde recte Tertullianus eos corruptores, & adulteros ſcripturæ atque veritatis appellat, ad imitationem Cacodæmonis à quo corrumpendi artem didicerunt. *Sed quæritur*, inquit idem alio in loco, *à quo intellectus interpretetur eorum quæ ad Hæreſes faciant? à Diabolo ſcilicet cuius ſunt partes interuertẽdi veritatem.* Hæc ille. Eodem plane ſenſu, iiſdemq; fere verbis S. Auguſtinus aduerſus Donatiſtas de religione diſputans, eis nõ dubitat obiicere, quod teſtimonia ex Scripturis eodem quo Diabolus cõſilio proferant: eas nimirum deprauãtes, vt incautos hac fallaci ſpe delinitos in barathrum præcipites agant. Contra vero Fauſtum Manichæum ſcribens:

Lib. 4. in Luc.

Hæreticus ſolet vt Diabolus ſcripturas proferre.

Mat. 4. 6.

S. *Ambr. in Pſ. 118. ſer. 11.*

Corruptores ſcripturarũ heret.

Tertul. de Præſc. c. 40.

Idẽ de carne Chriſti c. 19.

S. Auguſt. contra literas Petil. l. 2. c. 51. To. 7.

Digitized by Google

bens: *videtis*, inquit, *id vos agere, vt omnis de medio Scripturarum auferatur authoritas: & ſuus cuique animus auctor ſit, quid in quaque Scriptura probat, quid improbet: id eſt, vt non authoritati Scripturarum ſubiiciatur ad fidem, ſed ſibi Scripturas ipſe ſubiiciat: non vt ideo illi placeat aliquid, quia hoc in ſublimi authoritate ſcriptū legitur: ſed ideo recte ſcriptum videatur, quia hoc illi placuit.* LIBRI II. CAP. 5. *Idem l. 32. cōtra Fau. c. 19. To. 6.*

De fraude atque crudelitate ſexto Hæreſis ſigno.

CAPVT V.

SExtum Hæreſeos, & Hęreticorum ſignum, notaque certiſſima, eſt fraus, & crudelitas. Ad hoc enim ſuos inſtituit alumnos Hæreſis, vt quandiu humilioris fortunæ ſunt, miram præ ſe morum ſimplicitatem ferant: cum autem potētiores euaſerint, omni vt crudelitate deſæuiant. Ratione igitur fraudis, & calliditatis Hæreticos Scriptura diuina vulpium nomine deſignat, vt S. Auguſtinus interpretatur, in eum ſenſum adaptans deductam à Samſonis vulpibus allegoriam: *vulpes*, inquit, *inſidioſos, maximeque Hæreticos ſignificant, doloſos fraudulentos, cauernoſis anfractibus latentes, & decipientes, odore etiam tetro putentes.* Fœdis puta, turpitudinum ſuarum, ac portentoſarum libidinum exemplis. S. autem Ambroſius eandem allegoriam paulo fuſiꝰ exponit, cum verba illa Chriſti. *Vulpes foueas habent*, apud S. Lucam interpretatur. *Fallax*, inquit, *quippe animal, & inſidiis ſemper intentum, rapinam fraudis exercet. Nihil tutum, nihil otioſum, nihil patitur eſſe ſecurū, quod inter ipſa hoſpitia hominum prædam requirat. Hæreticis aūt Vulpes comparat. Deniq; cum gentes vocet, Hære-*

Hæretici vulpes. *Iudic. 15. S. Aug. in Pſ. 80. To. 8.* *vulpes foueas habēt Luc. 9. 58.* *S. Ambr. l. 7. in Lu. c. 9*

Digitized by Google

Libri II. Cap. 5. *ticos excludit. Vulpes enim plenum fraudis eſt animal, foueam parãs & in fouea ſemper latere deſiderans. Ita ſunt Hæretici, qui domum ſibi parare non norunt, ſed circumſcriptionibus ſuis alios decipere conantur. Iacob enim domũ habitat (Eccleſiam Dei) Hæreticus in fouea eſt, vt fraudulenta vulpes gallinæ illi Euãgelicæ dolum ſemper intendẽs, de qua ſcriptũ eſt: Quoties volui congregare filios tuos ſicut gallina pullos ſuos, & noluiſti. Merito ergo foueas habent, quia domum quam habuerant, perdiderunt. Hoc animal neq; manſueſcit vnquã. vnde & Apoſtolus ait, Hæreticum poſt vnam corruptionem deuita: neque vlli vſui eſt, aut cibo vtile. Non enim de hoc dixit Chriſtus:* Mens cibus eſt, vt faciam volũtatem patris mei, qui in cœlis eſt. *Quinetiã eas à fructibus ſuis relegat dicens*; capite nobis vulpes puſillas exterminantes vineas. *h.e. quæ minorem vineam non maiorem exterminent. Et ideo Samſon ad caudas earũ faces ligauit, & dimiſit in meſſes alienigenarũ eo quod Hæretici fructus incendere conãtur alienos, latratib. magis ſonori, quã vocibus expoliti. Qui. n. verbũ negat, nec vocẽ habet. Ad præſens ore liberi, ſed in futurum finem iam vincti caudæ facib. ſignificantes ſui finis incendiũ.* Hæc & alia eodem in loco S. doctor: docẽs alibi quo pacto Hæretici Chriſtum Ieſum obſeruẽt, vt inſectẽtur, & exagitent: cuius nomen licet in ore frequenter habeant, falſis tamen opinionibus pernegant.

Gallina Euangelica. *Mat. 23. 37*

Hæretici Leones ſunt ac lupi.

Quod ad alteram qualitatem, Leones appellantur Hæretici, & ratione vtriuſque luporum nomine à Saluatore deſignantur: eſt enim lupus doloſum animal ac ferox, fraudis, & crudelitatis amans: in quo nihil egregiũ, vt in pleriſq; beſtiis, nihil generoſum apparet. *Attendite vobis*, ait Chriſtus, *à falſis Prophetis* (ſc. Hæretici) *qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.* Propterea quod illis ſolenne eſt per ſummam ſimulationem,

Mat. 7. 15.

Digitized by Google

&c fraudem vulpium more fallere: &c cum per vires licet, leones, ac lupos ſęuitia, morſu, laniatuque, ſuperare. Quanto etenim furore graſſari, ſæuireque ſoleat Hæreſis, ſi quando vires illi, atque facultas ſuppetat, licet in Donatiſtis intueri, qui nullum nõ crudelitatis genus in miſeros Catholicos, per Aphricam exercuerunt. De quorũ immanitate ita S. Auguſtinus: *Calce & aceto humanos oculos perſecuti ſunt, in quo ſcelere Diabolum crudelitate peruicerunt: qui hoc in Sancti viri carne non fecit, quam in poteſtatem acceperat affligendam.* De iiſdem alibi hæc etiam exaggerando repetit. *Quis Barbarus*, ait, *excogitare potuit quod iſti, vt in oculos Clericorum noſtrorum calcem, & acetum mitterent: quorum membra etiam cætera plagis horrendis, vulneribuſque ſauciarunt?* Multa inſuper de eorum prędationibus, & aliis, quę hoſtilem in modum perpetrarunt, ibidem recenſuit: paſſimque immanem iſtorum, atque Circumcellionum furorem inculcat, & quodam in loco infert, plus Diabolum Hæreticorum aſtutia, quam ſua crudelitate nocere. *Perſequutio*, inquit, *ſiue à Leone, ſiue à Dracone nunquam ceſſat Eccleſiæ, & magis metuendus eſt cum fallit, quam cum ſæuit. Illo tempore cogebat Chriſtianos negare Chriſtum: iſto autem tempore docet Chriſtianos negare Chriſtum tunc cogebat, nunc docet. Tunc ingerebat violentias, nunc inſidias. videbatur tunc fremens: lubricus nunc, & oberrans difficile videtur. Quomodo autem tunc cogebat Chriſtianos negare Chriſtum apertum eſt. Attrahebantur enim vt negarent Chriſtum, & confitentes Chriſtum coronabantur. Nunc autem docet negare Chriſtum, & ideo fallit: quia qui docetur negare Chriſtum, quaſi non ſibi videtur recedere à Chriſto. Modo enim quid dicitur ab Hæreticis hominibus Chriſtia-*

LIBRI II. CAP. 5.

S. Auguſt. coll. cũ Donat. coll. 3. diei. To. 7. Iob. 2.

S. Aug. ep. 122. ad Victorianũ.

Diabol' p̃ Hæreticos magis quã per Tyrannos nocet.

S. Augu. in Pſ. 39. To. 8

Libri II. Cap. 6.

Chriſtiano Catholico? veni, eſto Chriſtianus, (vt iam veſtro idiomate, eſto fidelis reformatus) *ad hoc dicitur, eſto, vt dicat, non ſum. Aliud lõge eſt, veni, eſto Chriſtianus; aliud votũ, nega Chriſtum. Apertum malum fremitus leuis à longo auditur. à longo cauetur. Applicat ſe lubricus draco, occultis lapſibus ſerpens, leui tractu ſurrepens, aſtuto ſibulo immurmurans.* Hactenus Auguſtinus. Cæterũ quod ſuperius ex Tertulliano retuli, Tyrañi vi tormentorũ è Chriſtianis martyres efficiebant, at eoſdem ſua aſtutia Hæretici Apoſtatas. Illorum crudelitate corpora mactabantur: horum calliditate animę perduntur: mactati, Chriſti martyres effecti coronantur: decepti, & à Chriſto deficientes in gehennam detruduntur.

De Præſcr. c. 31.

Pro ſeptima Hæreſis, & Hæreticorum nota ſit alienatio à ſede Apoſtolica.

Capvt VI.

Primus hæreticus S. Petro aduerſat' eſt.

S. Augu de hær. 1. c. lib. 2. cõt. adu. leg. c. 12.

SEptimum Hæreſis ſignum alienationi à ſanctiſſima ſede Apoſtolica, iure debet aſcribi. Hęc autem nota à prima quam diximus eſſe ſuperbiam ſupremæ poteſtati parere neſciam, vt infœlix ſoboles, ab infauſta parente gignitur. Ita ſe Diuo Petro Apoſtolorum principi Simon ille magicis artibus infamis Samariæ primum oppoſuit, deinde Romę: quo in ampliſſimo orbis theatro, cum ſummum ſuæ intolerandæ ſuperbiæ, atque impietatis in Deũ ſpecimen exhibere cogitaret, vt inſtar noui numinis coleretur, infandarumque artium præſidio per aera ferretur, eius quem oppugnabat oratione ex alto præcipiti ruina proſtratus, meritas impiæ temeritatis pœnas luit cruribus miſerandum in mo-

dum

Digitized by Google

dum effractis. *Et hoc in opprobrio facti illius*, ait S. Maximus: *Et qui paulo ante volare tentauerat, cruribus effractis ambulare non poſſet: & qui pennas aſſumpſerat, plantas amitteret.* Qui deinceps exorti ſunt Hæretici iſtius Magi veſtigia triuerunt.

Liber II. Cap. 6.

S. Maxim. in Hom. SS. Petri & Pauli.

Anno poſt Chriſtum natum octogeſimo ſupra trecenteſimum cœpere Græci ab Apoſtolica ſede ſenſim deficere, Romamque Pontificis authoritatem eleuare: quẽ Epiſcopum Conſtantinopolitanum ab illo dignitate ſecundum eſſe contenderẽt. Anno deinde quinquageſimo ſupra quadringenteſimum parem illi authoritatem attribuerunt, quod iiſdem quibus Rom. Pontifex priuilegiis gaudere iactarent. Quo vero tempore Magnus Gregorius Eccleſiã circa annum Chriſti ſexcenteſimum moderabatur, vlterius progreſſi ſunt, nec veriti ſuum Patriarcham ſummum Eccleſiæ caput aſſerere, adeo vt ipſemet regiæ vrbis Antiſtes non dubitaret Oecumenici, hoc eſt, vniuerſalis titulum ſibi vendicare. Cuius inſolentis audaciæ idem Gregorius Ioannem qui tum Conſtantinopolitanæ præfectus erat Eccleſiæ, pluribus datis eodem argumento literis, admonendum, meritoque reprehendendum putauit: qua etiam de re tum ad Imperatorem Mauritium, & Conſtantiam Auguſtam, tum ad ſummos orientis Præſules valde graues miſit epiſtolas: nec illa tamen gens intra præſcriptos modeſtiæ cancellos ſeſe toties admonita continuit, ſtabilitum in Eccleſia Hierarchicum ordinem diſturbauit, debitæ ſummo Chriſti vicario obedientiæ iugum excuſſit: ac deinde vna cum recta fide liber-

Græci ſecundũ dignitatis in Eccleſia gradum Epiſc. Conſtant. tribuunt.

In Conc. 2. venet. cã. 5

Aequalẽ faciunt. *in Conc. Calced. Acto. 16.*

S. Gregor. in epiſt. ad Mauritiũ Imp. & Epi. 78. ad Conſt. Auguſt. & Ep. 80. ad Eulog. Alex. Epiſc. l. 4. Reg. & Ep. 168. & 169 ad Cyriacum Ep. Conſtanti. qui Ioanni ſucceſſerat & rurſus Epi 150. cum Mauritium Imp. l. 6. & lib. 4. Ep. 82. vel 83. ad eundem Ioan. Conſtantinop.

LIBRI II. CAP. 7.

libertatem amiſit, magniſque eſt vexata calamitatibus, donec in poteſtatem Principis Turcarum veniret: quem modo non vt benignum Papam, Clementemue Imperatorem ſed vt ſæuiſſimum Neronem ac Pharaonem ferociſſimum, ſuis ceruicibus impoſitum perferre cogitur.

Vualdēſes *an. 1170. Reinerius.* Fratricelli *Mat. Pal. in Chron. S. Aug. l. 2. c. 51. contra lit. Petil. To. 7.*

Inter Latinos autem circa annum Chriſti ſeptuageſimum centeſimum atque milleſimum apertiſſimum ſedi Apoſtolicæ bellum Vualdenſes indixerunt: quos poſtea ſequuti ſunt Fratricelli, copiis ad eam euertendam comparatis. Nec ſane diuerſum in quiquſdam ſui æui Hæreticis ingenium notauit Auguſtinus: nam aduerſus literas Petiliani ſcribens hæc habet: *Cathedra tibi quid fecit Eccleſiæ Romanæ, in qua Petrus ſedit, & in qua hodie Anaſtaſius ſedet? Vel Eccleſia Ieroſolymitanæ, in qua Iacobus ſedit, & in qua hodie Ioannes ſedet: quibus nos in Catholica vnitate conuertimur, & à quibus vos nefario furorum ſeparaſtis? Quare appellas cathedram peſtilentiæ cathedram Apoſtolicam? &c.* his plura S. Cyprianus adiunxit affirmans quaſcunque hęreſes, atque Schiſmata non aliunde quam è Cathedræ Apoſtolicæ contemptu emergere. *Neque enim aliunde Hæreſes obortæ ſunt*, ait, *aut nata ſunt Schiſmata, quam inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur: nec vnus in Eccl. ad tempus Sacerdos, & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur.* Eſto igitur certiſſimum Hęreſis cuiuſlibet argumentum: cum vel palam, vel ex occultis inſidiis ſummum in terris Eccleſiæ caput impetitur: cum illa ſublimis cathedra oppugnatur: cum ad illam firmiſſimā ad petrā, Petri, petram in quam ſcādali, & lapidem offenſionis incurritur: ad cuius ſoliditatem interni hoſtes Eccleſ. Dei colliſi, miſere perierunt: cum inter tot

Hæreſum origo abalienatio à ſede Apoſ.

impu-

impugnantes ſe turmas hoſtiles tandiu: tamq; variis Machinis belliqne procellis agitata, non modo ſalua perſtiterit, verum etiã pręclare de cunctis hoſtibus triumpharit. Quid mirũ cum eum, quo fundatore gloriatur, aſſiduum habeat propugnatorẽ? Nimirum Chriſtus eſt qui ei ſe perpetuo adfuturũ recepit: qui cum ſuper Petrum veluti ſolidiſſimum ſaxum ſe Eccleſiam ſuam fundaturum, eiuſq; regẽdę munus eidem traditurum polliceretur, Portas inferi nunquam aduerſus eam præualituras adiecit.

Libri II. Cap. 7.

S. Cypr. l. 1. Ep. 3.

Mat. 16. 18

Octaua Hæreſis nota numeratur diſcordia.

Capvt VII.

OPinionum diſſimilitudo, ac voluntatum non minus inter ipſos Hæreticos, quam ab Eccleſiæ capite diſſentientium diuerſitas, octauam Hæreſis notam ſcilicet Diſcordiam indicant: cuius vitii origo è primo & tertio, ſuperbia inquam atque mendacio, tanquam è gemino fonte manat: quæ vitia diximus Hæreſi tam eſſe propria, quàm quæ maxime. Quod enim Hæreticorum quiſque primas ambiat: quod ſe omnibus ingenio, doctrinaque præſtare cenſeat: quod cedendum putet nemini: hoc dubio procul habet à ſuperbia, ſummaque ambitione: cuius flatibus impulſus, ad nouas opiniones, certaſque conquirendas velificat, damnatiſque veterum Hæreticorum decretis, ſua ipſius ſomnia & rerum omnium perturbationem inducit. Ea porro mendacii vis eſt, atque natura, ſeſe vt varias in partes diſtrahat, latiſſimeque diffundat. Vt enim veritas quæ vna atque ſimplex

Diſcenſio ſuperbiæ proles.

Mendacium multiplex.

Ariſt.

Digitized by Google

Liber II. Cap. 7.

S. Iud. 19. 21. Hi ſunt qui ſegregant ſemet ipſos animales, ſpiritũ non habentes.

In ſchola Naturæ vna in omnib. veritas vt vna eſſentia.

ſimplex eſt in vnitatem tendit, eaque delectatur, ita mendacium, quod ſit multiplex, multiplici quoque diſtractione variatur. Atque vt vnica linea quæ à puncto ducitur in punctum, certa, breuiſque, veritatem adumbrat: ita infinitæ aliæ, quæ oblique duci intra eoſdem terminos poſſunt, mendacium repræſentant. Qui ad ſcopum iaculatur vnica modo, rectaque via collineare poterit: ab eodem autẽ ſcopo ſexcentis modis aberrare, altius nimirum vel depreſſius, dextroſum vel ſiniſtroſum, vltra metam rapidiori impetu progrediẽdo, aut ictu remiſſiore infra ſcopi interuallum ſubſiſtendo: denique tam diuerſis iaculationibus à propoſito declinare loco, quam multæ duci poſſunt lineæ à centro ad circuli peripheriam. Et quemadmodum in rebus quæ natura conſtant, vna eſt veritas, vt vnica eſſentia: ita ſupra naturam ipſam vna ſola ſummaque veritas, quam Deum eſſe confitemur. Infinitos in errores palabundi veteres Philoſophi dilapſi ſunt, quod huius veritatis ſcopum non collinearint: quemadmodum reliqui mortales, qui ab hac vna ſupremaque veritate aberrantes, tam denſis nubibus, ac tenebris fuerunt inuoluti, vt innumerabilem fictitiorum deorum turbam, pro vno, veroque Deo coluerint. Quocirca vt in Philoſophia variæ, diſcrepanteſque Philoſophantium ſententiæ, & in religione, deorum inuecta multitudo certiſſimum eſt vanitatis, mendacii, atque ſuperſtitionis argumentum: ita pro certo habeamus diſcordiam doctrinarumque tum inter ſeipſas, tum contra fidem orthodoxam pugnantium multitudinem, Hæreticæ prauitatis, & Hæreticorum ſignum eſſe manifeſtum: quod profecto à SS. Patri-

Opinionũ ac deorũ multitudo falſitatis Index.

Patribus prudenter eſt animaduerſum, & in eorum monumentis diligenti prouiſione inſertum, vt conſequētes hominum ætates ab hiſce peſtibus ſtudioſe cauerent. Eo nimirum conſilio ſanctiſſimus Antiſtes, & Chriſti martyr Irenæus præſtigiatoris illius Simonis Hæreſim tres in Sectas ſcribit fuiſſe diſtractam; quæ fuerunt videlicet celebres illæ Menandrianorum, Baſilidianorum, ac Saturnianorum cohortes.

Aſſerit idem ipſe Doctor tantam fuiſſe inter Valentinianos Hæreticos opinionum diſcrepantium varietatem vix, vt duo in omnibus ſuæ ipſorum fidei articulis conſenſiſſe reperirentur.

Manichæorum quoq; ſectam varia in membra fuiſſe diuulſam, author eſt S. Auguſtinus.

E Schola Marcionis, vt refert S. Epiphanius, Lucianiſtæ, Appelleani, & Seueriani pullularunt: quemadmodum mandra Maſſilianorum, vt idem author, atque Theodoretus obſeruant, Sathanianos, Martyrianos, Enthouſiaſtas, ingenio, & erroribus plane contrarios emiſit.

Nec conſtantiores in ſua fide, doctrinaque cæteris Arriani fuerunt, quos ait ſanctus Hilarius, ad omnem Lunæ formam doctrinarum feciſſe diuortia; anniſq; ſingulis ab ea quam prius erant profeſſi, fide variaſſe.

Duodecim in claſſes, atque adeo tot in partes, quot deinde in Oriente viſebantur Sectæ diſtracti ſunt Eutychiani, vt videre eſt apud eos autores, qui res Eccleſiaſticas poſteris tradiderunt.

Denique vt in priſcis Ethnicorum ſcholis, ac religionibus vbi mendacium arcem tenebat, ibi etiam prodigioſa diſſentientium opinionum Lerna vide-

Libri II. Cap. 8.

Simō Magus.

S. Iren. lib. 1 cap. 81.

Valentiniani.

S. Iren libr. 1. cap. 7.

Manichæi.

S. Aug. de hær. c. 48 & Conf. lib 3. c. 6. & li 4 ca. 15. & li. 5. cap. 5. & ſæpe alias.

Marcion.

Epiph. libr. 1. tom. 3.

Maſſiliani.

Epiph. hæ 8 Theo. lib. 4 de hær fab.

Arriani.

S. Hilar. lib. 2. cap. 6

Eutychia.

Niceph. lib. 18. cap. 45. Genebr. in chronolog. Sæc 5.

Diſſidia inter Ethni-

Digitized by Google

corũ pſeudotheos.

Homerus & qui eum ſecuti ſunt Poetæ.

Hæreticorum diſcordia.

na videbatur; nec inter homines ſolum mortales, verũm etiam inter Saturnum, Iouem, Apollinem, Iunonem, Venerem, aliaque eiuſmodi ficta deorum nomina, ac numina, apud quos, vt ſanctiſſimi Patres Baſilius, Auguſtinus, & Theodoretus ſecundum Ethnicos Poetas, & Hiſtoricos adnotarunt, perpetuæ fuerunt querelæ, bellaque cruentiſſima, eodem plane modo è Chriſtianis illi, qui ſe ab orthodoxa fide, & Eccleſiæ Catholicæ veritate, atq; vnitate ſegregarunt, in ſuis ipſorum variis, ac vanis opinionibus, repugnantibuſque doctrinis, mendacii, atq; vanitatis ſymbolum præ ſe ferre veriſſime deprehenduntur.

De pertinacia nona & poſtrema Hæreſis nota.

CAPVT VIII.

Pertinacia eſſentialis forma Hæreſis.

PErtinaciam dicimus nonum, & vltimum ſignũ eſſe, quod huic Hæreticorum peſti coronidem apponit, eiuſque naturam perficit, ad ſummumq; perducit; nam ſi ab errore obſtinationem, ac pertinaciam oẽm ſuſtuleris, nihil præter errorem agnoſcas, nec aliud in errante, quã merum errorẽ ineſſe. Atenim ſi errori fuerit adiuncta pertinacia, ita vt contumaci opinione propugnetur, iam tum in alterius criminis formam degenerat, vt & naturam, & nomen Hæreſis obtineat. Hinc factum videmus, vt cum pleriſque varias, & craſſis erroribus ſcatentes doctrinas effuderint, non ſint tamen Hæreſis nomine damnati, quod non eas contra Eccleſiæ authoritatem defenderint; imo vero de iiſdem admoniti, eas quamprimum modeſtiſſime retractarint. Contra vero in ſuperborum album relati

Pertinaciæ error expers, nõ eſt Hæreſis.

ſunt,

ſunt, Hæretici habiti, iureque damnati, quotquot propriæ opinionis arce circumuallati, ſibiq; præfidentes, ſuos animo pertinaci tueri maluerunt errores, quam tantillum de cōcepta ſemel opinione decedere, tantum ſibi arrogantes, vt ſe ſolos ſapere, mortalium cæteros cæcutire dicerent; vnde cū fruſtra in iis iuuandis, atq; ſanādis labor inſumeretur, eos vt ſceleratiſſimos Chriſti perduelles, ac perditiſſimos Hæreticos ſanctiſſima Dei Eccleſia habendos cenſuit iuſtoq; anathematis fulmine percellendos putauit. Hoc de grege fuere Simoniani, Nicolaitæ, Arriani, Manichęi, eiuſdemq; farinæ poſterioribus ſeculis cæteri, qui magno conatu, maiorique pertinacia impias opiniones à ſe inuentas ꝓpugnare, & fidem Catholicā à qua per ſummā perfidiā deſciuerant, Deiq; ciuitatē vnde exierant oppugnare, ac funditus euertere contenderunt. Atq; vt ſuos errores falſiſſime, veritatis nomine inſignibant; ita eo amentię venerunt, ſuam vt pertinaciam, animi magnitudinē, atque conſtantiā appellarent. Illud vero non tam mirandū, quā ſanguineis lacrymis deplorandū quod eo furoris prolaberētur, vt pro ſuis delirationibus, & nefandarū opinionum cōmentis aſſerendis, ac propagandis, ſanguinē vitamq; profundere minime dubitarēt, vnde propugnati mendacii cauſa, Cacodæmonis martyres euadebāt; vt contra Catholicos fortiſſimos glorioſorū Ieſu Chriſti athletarū ac martyrū nomen, ac palmā obtinuiſſe conſtat, quod pro vera fide immanes quoſq; cruciatus, ac mortē fortiſſime ſubirēt. *Multi ſiquidē*, ait Auguſt. *dolores tolerauerunt pertinacia, non conſtantia, vitio non virtute, prauo errore, non recta ratione, diabolo poſſidente, non perſequente.* Hoc igitur pertinacis, obſtinatiq; animi

Hæretica pertinacia.

Antiqui Hæretici.

Hæretici pro erroribus tuendis morientes ſunt martyres diaboli.

S. Auguſt. tom. 10. ſer. 9. inter Pariſ.

Digitized by Google

animi vitium ex errore Hæreſim,& ex errante Hæreticum facit,& vtriuſq; vis intima, veraque forma cenſetur.Si quis de procreatoribus huius portenti quærat,dicam in primis eſſe ſuperbiam;quę cũ maxime ſuo ſit addicta iudicio, ſe ſuaque commẽta ſic admiratur, & adamat;nulla vt ad perſuadẽdũ vi adhibita, nullaque quantumlibet efficaci ratione ab iis, vel tranſuerſum vnguem velit diſcedere; pertimeſcit enim,ne ſi,vel ad horam ceſſerit,cæteris inferior habeatur: & in hoc ſummum honoris faſtigium poſitum arbitratur ſuperbus,vt quamuis turpiſſime victus,& ſaucius è pugna diſceſſerit, in ſuæ nihilominus pertinaciæ fugitans arcẽ inflatis buccis epinicium occinat.Eam ob cauſampertinaciam ſobolem eſſe ſuperbiæ negauerit nemo; quemadmodũ Hæreſim quoddã eſſe ſpirituale genus idololatriæ recti iudicii homines fateantur neceſſe eſt. *Quoniam*,ait ſacra pagina,*quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere.* Maneat ergo pertinaciam omnino ad idololatriam referri Tartareũ eſſe ſymbolum & characterẽ certiſſimum,quo dæmones,ac miſeri nec miſerabiles damnati in latomiis illis inferorum inuſti interno ſcuntur: nec enim diabolus infauſtum diaboli nomen,nec damnati, damnatorum cum nomine pœnam mererentur,niſi in animis pertinaciam,& obfirmatam agnitæ veritati repugnandi voluntatem fouiſſent.Hanc deniq; notam, vt ſibi maxime conſentaneam, ac propriam omnes Hæretici vendicant,eoq; nomine mancipata principi tenebrarum ſeruitia, vnde cateruatim mortales in exitium ruunt ſempiternum.

Pertinacia proles ſuperbiæ Hæreſis.

Ingenium ſuperbi.

1.Reg.15.27

En vobis nouem præcipuas Hæreſis,& Hæreticorum

Orationis de nouem

Digitized by Google

corum notas, Superbiam, dico, Libidinē, Mendacium, Calumniam, Scripturæ Sacræ Oſtentationē, Crudelitatem & Fraudem, ab Apoſtolica Sede Alienationem, Diſcordiam, ſeu Opinionum Diſcrepātiam, & Pertinaciam, ruarum licet vnaquęq; per ſe nequeat Hæreſim, & Hæretica lue infectum hominem proprie deſignare, omnes tamen ſimul iunctę id efficaciter præſtant. Vt cum quiſpiam Corui adiuncta quaſi in faſcem colligit, eum vt ita deſcribat volucrem eſſe atri coloris, craſſi durique roſtri, carniuoram, aſtutam, infidam, voracē, & cętera per ſequendo ſtatim ex his conglobatis adiunctis colligitur coruus, tametſi color niger, craſſum roſtrum & alia ſeparatim aſſumpta, non continuo indicent, planeq; efficiant eiuſmodi auem eſſe Coruum. Pari modo nouem illa hucuſque propoſita, propriæ germanæque ſunt Hæreſis notæ, ſi coniunctim omnes vſurpentur, quippe quæ ex Hęreſis eſſentia, intimiſquę eius viſceribus eruuntur, quas omnes (ea modo excerpta quā de Apoſtolica Sede ſeptimam fecimus) vos mihi perſuadeo, vt germanas, reique optime conſentaneas facile probaturos.

LIBRI II. CAP. 8. Hæreſis notis Epilogus.

Corui deſcriptio.

Nunc mihi probandum reſtat has omnes ad vnā notas in vos propriiſſime conuenire, ex eoq; neceſſario effici quam profitemini fidem ac religionē aliud eſſe nihil quam puram putamq; Hæreſim, vos eadem conſequutione veros Hæreticos, veſtris notis, & propriis adiunctis comprobatos, quemadmodum Bubones, lupi, corui, ſimiæ, aliæ beſtię ſuis quæq; proprietatibus dignoſcuntur. Eā ob cauſam ſi eſtis Hæretici, vt eſt certiſſimum vos tales eſſe ſequitur neceſſario, inter idololatras eſſe referendos quæ mea generalis eſt, quam ſuſcepi probandam, aſſertio.

Digitized by Google

De religionis quæ falſo reformata iactatur, miniſtrorum, ac ſectariorum eiuſdem faſtu, atque ſuperbia.

CAPVT IX.

QVod ad primam Hæreſis, & Hæreticorũ notam attinet, quã demonſtrauimus eſſe ſuperbiam, ea nulli vnquam errantium, & Eccleſiæ Chriſti perduellium Sectæ aptius quam veſtræ quadrare potuit: idque vt planum faciam, vos oro, quæſoque ęquis, vt auribus quę ſum propoſiturus velitis admittere, nihil enim veſtros animos irritandi, ſed eos potius ſanandi gratia dicetur, modo tamen mortifero quo affligamini morbo cupitis leuari, ſimulque eius cauſam ex ipſius morbi ſymptomatis cognoſcere, vt illi tandem medicina fiat. Nihil eſt igitur negotii hoc vitium deprehendere; ſiquidem plurimis, iiſq; certiſſimis indiciis patefieri cõſueuit, nimirum ex ipſius corporis habitu, geſtu, verbis, factiſque, ſicut interior cordis, corporiſq; conſtitutio & citato, vel remiſſo arteriarũ pulſu, aliiſue ſymptomatis ſenſibus obiectis euidenter indicatur. Eam ob rem nonne is qui thraſonice ampullatur; qui nihili ducit inferiores; qui ſe vnũ ſuſpicit, iactandoq; præfert æqualibus; qui ſtudio, & amore, gloriæ flagrat; qui ne debita quidẽ obſeruantia, cultuq; ſuperiores ſe dignatur, ſatis aperte declarat exitiale ſuperbiæ virus intimis animæ ſuæ pręcordiis hęrere? Ecquis autẽ eſt qui primis illis veſtræ factionis authoribus Luthero, Zuinglio, Caluino, Beza, & aliis huius caterue ductoribus vel aures accõmodauit aliquando, vel eorũ mores oculis vſurpauit, quin in eorum ſermone faſtum, & in actione, vſuque vitæ inau-

Superbiæ ſigna.

Digitized by Google

tæ inauditam ſuperbiam, obſeruarit, horruerit, damnarit? Nec vero fuit illis huius nouæ Babylonis molitoribus ſatis, faſtuoſos ſe, ac præ Nembrothis antiquis, & Enceladis arrogantiſſimos dum communi vitæ luce fruerentur exhibuiſſe; quin etiam ambitionis non adumbrata modo, ſed viuis expreſſa coloribus veſtigia in iis, quos ad oppugnandam Eccleſiã ſcripſere libris, poſteritati reliquerũt. Atq; vt ne me quiſpiam illis temere quicquã ſuſpicetur affingere, nonnulla ipſorum dicta ex eorũ voluminibus expromam. Lutherus primum ex libro quem aduerſus Henricum VIII. Anglię regem edidit, ſe tam inſolenter iactat, vt intolerabili prorſus arrogantia dicat indignos eſſe principes, reges, põtifices qui ſibi vile miniſteriũ, in detrahendis calceis exhibeant: & fremant licet cuncti mortales, iis tamen inuitis velle ſe iure optimo ſanctum haberi. *Se nihil curare, ſi mille Auguſtini, & mille Cypriani contra ſe ſtent.* Et in libro de Miſſa priuata. *Hic non moramur,* inquit, *ſi clamitent Papiſtæ Eccleſia, Eccleſia, Patres, Patres, quia vt dixi, hominum dicta aut facta nihil in tam magnis cauſis curamus. Scimus enim ipſos Prophetas lapſos eſſe, adeoque Apoſtolos, verbo Chriſti iudicamus Eccleſiam, Apoſtolos adeoque ipſos Angelos.* Potuitne hominum vaniſſimorum arrogantia altius vnquam caput attollere? Haud ſane mirandum ſi quoties ille cumque Doctores Scholaſticos adducit (homines profecto qui non poſtremum in Schola Chriſtiana locum obtinẽt, quod admirabili acumine ingenii, recõditas de rebus Theologicis quæſtiones ediſſerant) minoris illos quam Anglum regem habeat; aut eorum nomini parcat: nec ſummi illi Theologi ſperare debebant, quã vt ab hoc Eu-

Lutheri modeſtia in Henricum VIII. Angl. regis

Doctores Scholaſtici à Luthero contempti eiuſq; in eos modeſtia.

angeliſtæ Saxone bardi aſini, aliiſq; eiuſmodi contumelioſis nominibus appellarentur. At ne huius tam belle reformati hominis faſtum latius ſtylo dilatemus, ſatis ſit aduertere illum hac tam inſolenti ſuperbia non Catholicis modo verum etiam diſcipulis ſuis intolerabilem extitiſſe. Ad huius rei cōfirmationem admodum illuſtre teſtimonium dabit Conradus Geſnerus Lutheranæ ſectæ addictus, ſic enim de magiſtro in ſuo Bibliotheca loquitur. *Diſſimulari non poteſt, quin ſpiritus inſit Luthero violentus, impatiens, & iis omnibus intolerabilis qui quæcunq; ille dixerit, non amplectuntur.* Et paulo poſt. *Faxit Deus, vt hæc illius in cōtendendo pertinaciæ, & in loquendo impudētia, non obſit Eccleſiæ, cuius hactenus adeo feliciter euexit in cunabula.* Eandem Lutheri ſuperbiam Tigurini miniſtri perſtringebant, dicentes, Prophetas olim & Apoſtolos Dei gloriam quæſiuiſſe, non propriū honorem cum pertinacia, atq; ſuperbia, Lutherū autem ſuis ſtudere cōmodis, hominē eſſe capitoſum, ac ſe nimis inſolenter efferre. Caluinum porro veſtrum, alterum à Luthero patriarchā ab eodē genitum, genitori parem ſuperbia, malitia ſuperiorem eſſe, facta, dictaq; eiuſdem abunde teſtantur. Huius Ariſtarchi iudicio Patres antiqui ſtupidæ ſunt Arcadicæque pecudes, cui ſolenne eſt eos identidem ſophiſtas, rabulas, vulgi fæces, vrbiumq, ſordes appellare. Sanctos autem Auguſtinū, Hieronymum, & alios his virtute ac doctrina ſimiles, quod nominis eorum ſplendor tam longe, lateq; radios diffu-

Conradus Geſnerus.

Miniſtri Tigurini in reſponſione ad librū Lutheri cōtra Zuinglium

Conradus Reis lib. germanico cōdt a Heſſum r cœna Domini B. 2. Deus, inquit propter peccatū ſuperbiæ, qua ſe extulit Lutherus, quē admodum pleraq; eius ſcripta teſtantur, verum illi ſpiritum abſtulit, vti Prophetis illis, 3. Reg 22 atq; in eius locum iracundum, faſtuoſum, & mendacem ſpiritum dedit. Neq; enim mirū, cū eum à Carlſtadio floreno aureo emerit, cui⁹ rei nondū pœnitentia ducitur, atq; hic ſpiritus mendax in omnibus iis quoq; manebit qui partes ipſius ſequuntur, niſi ad ſaniorē mentē reuertantur. Hæc ille.

Digitized by Google

diffuderit, vt iis fœdis titulorum maculis non ſit auſus palam aſpergere: id tamen occulte molitur, ſimplices, imperitos, ac temerarios dictitans: nec non eorum exiſtimationem adeo impotẽti ſuperbia deprimit, ac vellicat, facile vt appareat, eos nihili ducere, planeq; ſentire eorum ſibi parem eſſe neminem. Cum enim traditã à Sanctis Ambroſio, Auguſtino, Hieronymo, Chryſoſtomo, Baſilio, Gregorio Naz. & cæteris Eccleſiæ Chriſti proceribus de ſatisfactione doctrinã, diſputatione temeraria conaretur infringere: Sic ille: *Parum me monent, quæ in veterum ſcriptis de ſatisfactione paſſim occurrunt, video quidem eorum nonnullos, dicam ſimpliciter, omnes fere, quorum libri extant, aut hac in parte lapſos eſſe, aut nimis aſpere & dure locutos.* Et alibi. *Qua in parte*, ait, *excuſare nullo modo poteſt immodica veterum auſteritas, &c.* Nonne hac animaduerſione cenſoria, typho arrogantiæ mentem inflatam, inauditamq; ſuperbiam manifeſte prodit, dum vnicus hic Chriſti perduellis, tot Eccleſiæ Principes, tam ſplẽdida totius orbis lumina, tam eximios militiæ ſpiritalis duces, qui omnibus retro ſæculis, qua omni genere doctrinæ, qua eximia ſanctitate, qua miraculis atq; martyrio, qua deniq; humanis omnibus, diuiniſq; ornamentis floruerunt, in ordinem cogere, arguere, proterere, ſibique poſtponere nequaquã erubeſcit? Parum, inquit, me monent: quod eſt dicere, parui apud me ſunt Ambroſij, Auguſtini, Hieronymi, Baſilij, & alij eiuſmodi Scriptores: iſtã ego quam Papiſtæ ſuſpiciunt ac venerantur antiquitatem, & communem veterũ Patrum in doctrina de ſatisfactione ſentẽtiam, leuem prorſus, & inanem cenſeo. Quid ita? *Quoniam errore lapſi ſunt*: ſiquidem

Libri II. Cap. 9.

Caluini impudentia.

l. 3. Inſtit. c. 4. § 38. lib. 4. c. 12. § 8.

Omnes præter Caluinum errarunt, omnes eo excepto inſcitia laborarunt.

homines rudes, craſſi, atq; imperiti fuerunt. Quid? ſolusne Caluinus poſt homines natos qui videat, qui ſapiat, qui intelligat, qui iudicet? Solus qui pręcæteris, imo plus omnino quam cæteri, quicunq; res Theologicas attigerunt, huius quæſtionis intimos receſſus ingenij acumine penetrarit? O abſolutum modeſti hominis exemplar! O virũ humano faſtigio excelſiorem, ac diuina quadam mente præditum! quem Chriſtus è cœlis in terras, ſcil. ad collapſos Eccleſiæ ſuæ mores reformandos: domusq; Dei ſarta tecta reficienda, nouoq; Euangelio facem præferendam, ſingulari prouidentia deſtinarit! In tenebris verſabatur Chriſtianus orbis, niſi illi nouum hoc ſydus illuxiſſet. Actum erat, credite Piſones, de nomine Chriſtiano, Chriſtiq; doctrina, niſi ſummos Antiſtites, & Doctores, qui eam ab Apoſtolis acceptam ſanctiſſime coluerant, ardenti, perennique ſtudio latiſſime propagarant, Nouiodunenſis Doctor ſapere docuiſſet. Siccine auſus eſt liliatus hic Ariſtarchus, ſe nõ modo vni è Sanctiſſimis Patribus componere, imo vero ſe omnibus impudentiſſimis præferre: is inquam, qui ſi vel pilum haberet in mente veritatis, ſe plane reputaret indignum, qui mediaſtino eiuſmodi virorum abiectiſſimum abſtergendis calceis præſtaret officium. Pari ſtyli acerbitate paulo poſt Doctores oẽs damnans, quos & oraſſe, & orandum docuiſſe fatetur pro mortuis, imo totam perſtringens antiquitatem, ꝙ hanc piã orandi conſuetudinem ſartam tectã ad nos tranſmiſerit: ſic tandẽ interrogat: Cur ergo audebant (preces videlicet ꝓ vita functis fundere, ac religioſum id officiũ monumẽtis conſignare) tum ſibi ipſe reſpõdens. *In eo dico*, inquit, *aliquid*

liquid humani paſſos eſſe, ideoq; ad imitationẽ trahendum nõ eſſe, contendo quod fecerunt. & abrepti etiã ipſi, fateor, in errorẽ fuerunt, nẽpe vt inconſiderata credulitas priuari iudicio ſolet hominũ mentes. Audiat hoc orbis vniuerſus, & obſtupeſcat: nã ſi mentem cenſoris huius attendamus, Auguſtinus, Ambroſius, Greg. Nazian. Chryſoſt. & alij Eccleſiæ Coryphæi, homines fuerunt, Caluinus aũt neceſſaria conſequutione, ꝙ in eos cenſuram exerceat, aliquid erit humana ſpecie auguſtius: non erit homo mortaliũ errorib. obnoxius, ſed Propheta neſcio quis, vel Angelꝰ è ſuprema Seraphinorũ Hierarchia, cœleſtiũ arcanorum interpres, qui plura diuinis de rebus audierit, viderit, palparit, q̃ Patres illi canitie, doctrina, vitæque ſanctitate venerãdi: tantæq; ſit auctoritatis Caluinus, vt ei tanq̃ Deo fides haberi debeat. Arguentibus ſe atq; calumniantib. amicis, ſibiq; inter cæteros mortales plus æquo tribuẽtibus, aiebat ſanctiſſimus Iob. *Ergo vos eſtis ſoli homines?* Quid illũ Caluino fuiſſe dicturũ putamus, ſi eũ ſe cunctis ꝑferentẽ audiſſet? *Non ſum*, aiebat Phariſęus, *ſicut cæteri hominum.* Caluinus vero eximios quoſq; populi Chriſtiani duces ac magiſtros, *in errorẽ abreptos fuiſſe contẽdit, & incõſiderata credulitate eorũ mentes iudicio fuiſſe priuatas.* Ex quo patet cenſere ſe erroris expertẽ, & ꝙ ſit recto, nõ vt illi excæcato iudicio, debere ſe de eorum omnium ſcriptis, & doctrina cognoſcere, & quicq̃d de his cenſuerit pronũciare. Quid his amplius dicã? aut quid vos miniſtri poteſtis de veſtro parente iudicare, niſi eũ de infauſto & execrãdo illius ſemine fuiſſe progenitum, quem apud Iobum dixit Deꝰ Regẽ eſſe ſuper oẽs filios ſuperbię. Agite vero, nobiſq; ediſſerite, quib. tandẽ ſupliciis veſtra

hæc

LIBRI II. CAP. 9.

Antiquos Patres & oraſſe & orandũ docuiſſe fatetur Caluinus *Inſt. l. 3. c. 5. §. 10.*

Luc. 18. 11. Caluinus non eſt cõditionis humanæ.

Diabolus Rex ſuperborum. *Iob. 41. 25.*

Digitized by Google

hæc recens ſit fundata religio: Quonam illa fundamento fulcitur? Quantum obſecro à Chriſtiana modeſtia (cui⁹ vt baſis eſt, ita & veriſſima nota humilitas abeſſe dignoſcitur? Quam alieni ſunt nouę huius Sectæ præcones ab antiquis gregis Chriſti Paſtoribus, quorum libri, ſiue mores informent, ſiue de fidei rebus diſſerant, hac vna teſſera inſigniter effulgent: nullum omnino in ijs arrogãtiæ, nullum inanis gloriæ veſtigium apparet: præclara ex ijs virtutum omnium, maximeque humilitatis documenta capiũtur. Humilitas eſt, quam & ſtudioſe coluit, & tanti fecit Auguſtinus, vt in re Chriſtiana ipſi primas, ſecundas, ac tertias, vt Demoſthenes in oratoria facultate pronunciationi, merito tribuendas exiſtimarit. At longe ſecus primi huius nouæ Religionis architecti: quorum in ſcriptis ne vmbram quidem humilitatis, Chriſtianæque modeſtiæ quiſquã poſſit videre. Eſto, dicet aliquiſpiã, fuerint, licet Lutherus, Caluinus, cæterique primi nouatores arrogantiſſimi, nihilominus eorũ ſectatores ſingularem præ ſe ferunt, in dictis, factisque modeſtiã, omnique faſtu, & inſolentia vacant. Imo vero ex ordine, certaq; lege naturæ. veteriq; parœmia, coruos corui progenuerunt, Diſcipuliq; Magiſtrorum ſuperbiã hactenus imitati ſunt, & in dies imitantur: vt eorum ſermo, vitæq; ratio docet. Ecquis n. eſt inter eos infimę ſortis homuncio, viliſſimoque Myſorum abiectior, quin ſi quando incidat Theologicis de rebus quæſtio, doctiſſimorum hominum ſententiæ audaciſſime repugnet? Imo ſi vel in communi ſermone, vel pro concione miniſter Caluini ſui, aut alterius in ea gẽte alicuius nominis authoritate fretus, ꝓferat aliquod doctrinæ caput,

Catholici Doctores modeſti ſunt & humiles.

S. Auguſt. Epiſt. ad Dioſcorũ.

later-

laternarius pellioue reclamabit, ſi ei quod aſſertur cordi non ſit: & in Caluini verba ſe minime iuraſſe contendet, Scripturã ſacrã ſibi cuiuslibet hominis ſcripto, vel authoritate antiquiorem eſſe, ſoli Scripturæ ſe acquieſcere, hoc eſt, paulo quã ipſum Caluinũ melius, q̃ ſit in ea vis & notio, ratione & intelligentia tenere. Cæterũ Scriptura apud iſtos nihil aliud eſt, quã ſua cuiuſq; opinio, ſingulare iudiciũ. & quacunq; de re credendi ac ſentiendi libido. Hãc porro ſuperbiã in auditorib. ſuis deprehendit, matureq; profeſſus eſt Lutherus; viq; veritatis impulſus luculẽtũ aduerſus eos teſtimoniũ tulit, in quorum elatione, cõtumaciaq; ſuã ipſius multis in locis damnauit arrogantiã: in ſermone præſertim de Aduentu, vbi voce ac vultu ad normam reformati à ſe Euangelij compoſito, in mores reformatorum inuehitur, quos vbi vehemẽter exagitauit, hac tandem clauſula bene longum ſermonem concludit: *Enimuero videmus, quod hoc tempore homines ſunt multo peiores, truculẽtiores, tenaciores, libidinoſiores, quã antea vnquam in Papatu fuerunt.* Iacobus itẽ Andreas Smidelinus doctrinæ Lutheranæ propugnator acerrimus eadẽ ſuæ ſectæ hominibus exprobrat: cum n. multis aliqñ confirmaſſet Deum ab iſtis atrocius, quã à Turcis blaſphemari, eorum poſtremo ſuperbiam hac oratione perſtrinxit: *Pro humilitate*, inquiens, *ſuperbia, faſtus, & arrogantia vbiq; dominatur. Et hoc vitæ genus ab iſtis Euangelium, ac Religio reformata nominatur.* Et hi quidẽ duo teſtes tales ſunt, vt eorũ hac in re teſtimonium valere debeat: nec ad meam aſſertionem confirmandam pluribus opus eſſe videatur, vt planius fiat filios ſimiles eſſe parentibus: atq; tum hos, tum illos, maiores inquã ac minores, auos

Libri II. Cap. 9.

Hæretici pro Scriptura ſacra ſuum ſenſum habẽt.

S. Aug. l. 32. contra Fauſt. c. 29 to. 6.

Vide ſuperius cap. 5.

Lutherus in Poſtilla Dom. 1. Aduentus.

Iacobus Andreas Smidelinus Conc. 4. ſuper 21. cap. Luc.

Digitized by Google

Libri II. Cap. 10.

auos ac nepotes, magiſtros atq; diſcipulos inuſtam primam hæreticæ prauitatis notam circumferre.

Sectariorum ſuperbiam ex intimis doctrinæ ipſorum viſceribus emanare: contra vero animi demiſſionem & humilitatem, eſſe proprium veræ doctrinæ, & Catholicæ religionis effectum.

Capvt X.

SCio, Miniſtri, vos hic mihi obiecturos, pleroſque in Eccleſia Catholica olim fuiſſe, nec paucos etiamnum arrogantes, ac ſuperbos reperiri: quod etſi nō eam inficias, non tñ efficietis, hoc vobis vltro conceſſo, vt inde culpa vacetis: aut hanc veſtræ Sectæ peculiarē notā ab ea, vobisq; excuſsā in Eccleſiæ Chriſti alūnos transferatis. Nā quicunq; intra illius ſepta animo elati cenſentur, nō idcirco tales habendi, quod Chriſto nomen dederint: & Catholicā fidem, doctrināq; profiteantur, cū hęc animi labes ſit corū ſtultitiæ, mentiq; deprauatę prorſus aſcribenda. Eccleſia certe Chriſtiana ſponſi ſui inhærens veſtigiis, legibus, cōſuetudini, hortationibus & inſtitutis omnibusq; modeſtiæ numeris ſuos informare cōtendit: Et ꝓfecto, q̄ Dei bonitas eſt, ſexcētos proferre licet antiquos, noſtriq; ſæculi Doctores, qui non minori humilitatis, q̃ doctrinæ laude floruerūt, indiesq; florēt. Eſto, vt voletis fuerint nonnulli faſtuoſi, quiq; immoderatos p̄ ſe ſpirit⁹ tulerint: at eiuſmodi ſpurios atq; ſuppoſititios, non ꝓ vera, legitimaq; ſua prole parēs agnoſcit Eccleſia. Ex aduerſo, cum veſtra hæc nouata religio ad ſuorum architectorum typū efficta ſit, q bus terra nunquā tulit arrogantiores, quoſcunq; illa poteſt allicere ſua vt caſtra ſectentur, ad oēm elationē exercet:

Nouata religio homines ſuperbos efficit.

& iiſdem ſuperbiæ cornibus,& armis ad inuadēdas Christi acies,instruit. Videre eſt iſtos, ſtatim atque infœlici partu à ferociſſima parēte ſunt editi,& coram illo grauiſſimo Patrum Conſiſtorialiū tribunali, SS.Miſſæ ſacrificio abrenunciarunt, Chriſtianosq; ritus Caluinica ꝓfeſſione damnarunt, noua prorſus rōe transformatos, nouoq; nequaquā, tū cælitus emiſſo ſpiritu,imbutos,ex illis adytis exire, vt grādia quæq; ſpirāt,vt magna de ſe,& ſentiunt & prædicant, vt venerandā antiquitatē contemnunt, vt ſe viris ſanctiſſimis, qui iam in cœlis beato perfruuntur æuo pares iactitant, vt ſe præſtātibus Eccleſiæ Cath.Doctoribus anteponunt:vt euidētiſſima in dictis factisq; dant ſigna,ſe,quemadmodū & proauos à rege ſuꝑborum fuiſſe progenitos:q; per hanc recenter excitatā religionis vmbrā, & idoneū inſtrumentum eorū in animis furioſæ temeritatis, atq; ſuperbiæ characterē impreſſit. Atq; vt in vobiſmetipſis vos viuis coloribus expreſſos, poſſitis inſpicere,aliquot doctrinæ quā paſſim diſſeminatis capita obiter proponā. Ex his vnum eſt: *Bona opera nullius eſſe meriti.* Alterum.*Omnes electos pari beatitate in cœlo donari,nec alium alio clariorem.* At hæc duo effata Scripturæ ſacræ ſunt plane cōtraria perſpicuis verbis enuncianti regni cœleſtis gloriam, vt bonorum operū præmium, meritamq; mercedē datū iri:ipſosq; beatos tantum inter ſe gloriæ magnitudine, quantum à ſtella ſtellam fulgore, differentes fore. Quid porro ex his pronunciatis efficitur? Vt nimirum cum nihil penſi de bonorum operū meritis habeatis, quinimmo illa penitus exſibiletis, nullo prorſus itē loco habendos æſtimetis eos,qui ob recte facta præclarum ſanctitatis nomen adepti ſunt:

Iob 41. 25.

Hugonotica axiomata.

Regnum cœlorum bonorum operū intuitu dari.

Pſal.61. 13. Iſa.62.12. & 66.18. Matth.16. 27.& 20.8 & 25. 35. & 36. Rom.2.6. Apoc.2.23.

Digitized by Google

LIBR. III. CAP. 10.

Sicut ſtella Ioan 14. 2. 1.Cor 15 4. Tertul in Scor. piac. Theodor. l. 3. in Cant. Greg. lib. 4. Mor c. 42. & l. 35. 24 lib. 4. Dial. cap. 36. & Hom. 16. in Ezech. & alios. Vide Maldon in 14. c. Ioan.

Axiomata Hugonotica.

ſunt: voſque nulla virtutum commendatione conſpicuos, omnique bonorum operum præſidio deſtitutos, pares illis futuros cogitetis. Ex his ſimiliter fit, vt vos omnibus, qui in terris viuunt, vitæ innocentia, ſanctitudineq; præſtare arbitremini: tantumq; gloriæ cœleſtis quātum beatiſſimos quoſq; ſpiritus vos cōfidatis adepturos. hę ſunt voces quas à veſtræ Sectæ mulierculis iactari paſſim audimus, Chriſti Domini parentem, licet nulla vnquā peccati labe fuerit contaminata, ſed omni potius virtute, gratiaq; cumulata, nihilo ipſis in cœlo fore beatiorē. Ita viliſſima hæc peccati mancipia, hæ ſordes audent ſe puriſſimæ Deiparæ Reginæ Angelorū exæquare. Eſt & aliud veſtræ Scholæ effatum, *Eccleſiam errare poſſe.* Quod vbi veſtris mentibus ſemel inhæſerit, audacter tanquā è tripode pronūciatis Eccleſiam per errorem vehementer eſſe lapſam, cum in cæteris, tum in iis præſertim inſtituendis, quæ ad veſtrum palatum minime faciunt, qualis eſt à certo genere ciborum abſtinētia, ieiuniorum, caſtitatis, cælibatus, quadrageſimæ, ſatisfactionum, & aliorum eiuſmodi vſus, quæ omnia, non ſecus atque ipſam Eccleſiam repudiatis. Ex eodem narthecio eſt etiam iſtud: *Doctores omnes errare poſſe, reque ipſa frequenter erraſſe*: quoties ſcilicet ſuis ſententiis veſtras impias opiniones iugularunt: hinc eſt, quod à Coriphæo veſtro Caluino edocti, rudes illos, craſſos, & imperitos, aliiſque contumelioſis nominibus pro more reformatiſſimo vocitatis. Docetis præterea, cuique licere ad inueſtigandam ſalutis viam ſacræ Scripturæ volumina profanis manibus terere, ac ſine doctore, ductoreue ad intimos illius ſinus penetrare. Hinc tantū ſibi ſumunt

ſuto-

Digitized by Google

ſutores, lanij, agaſones, ipſæque quas ſolere iubet Apoſtolus mulieres, vt cum ad Miniſtros audiendos accurrunt ſub axillis Biblia geſtent, domi cum reſident, eadē euoluunt, lectitant, interpretētur: ac Sacroſancta Dei oracula incredibili temeritate volutando peruertant. Quod longe abſurdius quiuis modo ſano ſit capite iudicabit, quā ſi ægrotus, qui medicorum Academias nunquam adierit, nullius herbæ vim, nullius radicis vſum nouerit, de febriculæ cauſis nefando quidem audierit, in manus ſumat Hippocratem, aut Galenum, vt ex eorum monumentis remedia, ad varios, quibus afflictatur, morbos ſanandos cōparet: aut ſi mercator, qui iuri ciuili nullam dedit operam, ſuam tamen vt cauſam apud Prætorem agat, lecto codice Iuſtinianæo, inſpectoq; Pandectarum volumine, præclare ſe ad id comparatum arbitretur. Eſt n. diuinorum oraculorum volumen longe grauioribus nodis implicatū, quā qui libri in Medicorum, Iuriſq; peritorum bibliothecis ad intelligendū cenſentur obſcuriſſimi. Dei liber eſt, plurimis, variiſq; velis inuolutus; quę illi duntaxat ſcienter euoluunt; quibus in ſua Deus Eccleſia ſolet id ſacrum munus aſſignare. Hæc igitur qua tumetis arrogantia, nō aliunde q̃ ex veſtræ Scholæ riuulis effluit: nec aliud ſunt hæc pronūtiata, niſi ſuperbiæ, atq; corruptelarum ſcita: vtque carioſi, maliq; fructus ex vitiatis arboribus, & è viperarum ouis noxiæ viperæ naſcuntur: ſic ex ea peſtifera doctrina curioſorū animis infuſa, feri modo, ſuperbique mores erumpunt. Maneat ergo notam veſtræ religionis propriā, ex intimis naturæ viſceribus fluentem eſſe ſuperbiam: Contra vero animi demiſſione, veraque humilitate Catholicā Eccle-

Libri II. Cap. 10.

Hugonotica axiomata contra Apoſtolum.

1. *Tim.* 2. 11. 12. 13. 14

Biblia Dei liber eſt à ſolis Doctoribus à Deo datis Eccleſiæ explicandus.

1. *Cor.* 12. 18

Epheſ. 4. 11.

Digitized by Google

Libri II. Cap. 10. ſiam inter omnes errantium Sectas clarius meridiano Sole demonſtrari. Quod ſi nonnulli in ea videantur elati, nequaquã hoc eſt Catholicæ doctrinæ, vt ante præmonui, ſed eorum vitiatæ voluntati tribuendum: ſi quis autem inter vos paulo mitior, atq; modeſtior exiſtat: id profecto non ab inſtitutione, veſtraue doctrina, ſed à naturæ bonitate accepit: vt enim veſtra religio à ſuperbis fundatoribus ortum habuit: ita ſuis inſtitutis, ac legibus, non niſi cõtumaces, elatos ſibi prę ſidentes, ſupraq; modum ſuperbos homines gignere cõſueuit. Mihi eſſet modo perfacile hanc notam veſtris in moribus, & actionibus, quæ certiſſima ſunt eiuſdem argumenta depictam oſtendere, at ei longior, & vobis fortaſſe moleſtior eſſet oratio: & quoniam plura deinceps de ea patebunt exempla, quæ iam ſunt allata ſufficiant.

De impudicitia quæ altera eſt Hæreſis nota, in doctrina factisque Miniſtrorum conteſtata.

Capvt XI.

SI qui vnquam mortales hoc charactere fuerũt inſigniti, illi maxime qui veſtræ Sectæ fundamenta iecerunt: & ea quam profitemini doctrina illam notam præ omnibus inuſtam in fronte gerit: nec per vos ſtat veſtraque dogmata, quin Sectariorum quiſq; veſtrorum ea luculenter deſignatus, ac deformatus appareat: ſiquidem maiorum ſuorum veſtigiis pergat inſiſtere. Tres illi primi veſtræ factionis triumuiri, Lutherus, inquam, Caluinus, & Beza, Marcionem, Montanum, Appellem, alioſque eiuſmodi Hæreſum architectos imitati, quomodo ſe hac in re geſſerint, quantique caſtitatem fece-

Lutherus, Caluinus, & Bezæ tres libidinum faces. *Sup. c. 2.*

fecerint verbis abunde factiſque docuerunt: eorum enim quiſque ſibi concubinam adiunxit, honeſtoque matrimonij nomine, ad ſummũ tanti Sacramenti ludibrium ſacrilegos amplexus, flammiſque ſempiternis vindicanda flagitia prætexuit: ne videlicet ijs qui ſtatuerẽt ſe in omnẽ intemperantiam effundere, deeſſent ad imitandũ exempla: vtq; maior exemplis authoritas accederet, non eos pudebat deprauatis Scripturę locis nefarias voluptates pro concione ſuadere. Hinc præclara iſtius doctrinæ decreta, quaſi diuina oracula fluxerũt. Vnũquemq; nõ eorũ modo, q nullis impedimẽtis prohiberentur, verum etiã Sacerdotum, ac Religioſorũ debere alligari coniugio. Cælibẽ caſtamq; vitam rem arduã eſſe, planeq; difficilẽ, humanisq; facultatib. ſuperiorem: q̃ tametſi teneri poſſet, nec maioris tñ eſſe, q̃ coniugium, meriti, nec eo nobiliorẽ: neminẽ vel debere vel poſſe ſe voto caſtitatis aſtringere: fas eſſe, atq; adeo neceſſarium ſacris hominib. ac Religioſis, qui illud aliqñ nuncuparunt, frangere, & ad nuptias conuolare. Quęſo vos Miniſtri, vllane vnquã potuit ad nutum Epicuri propagari doctrina, quæ ſtudium voluptariæ vitæ efficacius excitaret? Nonne dogmata in veſtris Scholis decantata eaq; probantibus neceſſitudinem mãcipandi ſe voluptatibus imponunt, nihil vt virginitatis decus, nihil continentiam, aliaſue curent virtutes, quæ in Schola Chriſti, ſummo loco ſemper habitæ, ſtudioſeq; cultæ fuerunt. Nam cui perſuaſum erit æquale præmium coniugio, ac virginitati conſtitutum, ille ne de amplectenda virginitate cogitabit? Et ſi nefas ſit corpus voti ſponſione Deo dicare: aut ſi ſemet factum liceat irritum habere,

LIBRI II. CAP. II.

Luxurioſa Hugonotorum axiomata.

ecquis vnquam ſe Deo emiſſione votorũ obſtringet? Quis non potius nuncupata retractabit? Nunquid huius doctrinæ armis inſtructi nobile planeque diuinum vitæ genus, nõ Eccleſiæ modo, & Apoſtolorum, ſed ipſius Chriſti verbis, exemplisque cõmendatũ exterminatis? Non videtis vos per hęc axiomata effractis pudicitię repagulis, ad effuſas libidines, ad inceſtos ſacrilegosque concubitus aditum comparare? Quibus apologiis veſtrã Hæreſim tam execrãdi flagitij nota vindicabitis? Veſtrorum itaq; Doctorum vita fuit ipſorum doctrinæ cõſentanea: ſed vetat pudor, ea quæ turpiſſime geſſerũt referri, quamq̃ Lutheri mores toto ſunt orbe notiſſimi: ac publici literarũ forenſium codicilli, authoresq; grauiſſimi, de infami Caluini libidine teſtantur: nec de Gomorrhæis Bezæ flagitiis tacent, quæ ipſemet verſibus in lucem editis, vt omnibus eſſent manifeſta, perfecit.

De mendacio & calumnia tertia, quartaque nota Hæreſeos inuſta Caluiniſmo,

Capvt XII.

AGam in hoc capite de tertio, quartoq; ſigno coniunctim: tum quod veſtra mẽdacia in religionis negotio vt plurimum calumniæ ſint: tum etiam quod duo hęc vitia vi ac natura coniuncta videantur: & vtrumq; opponatur veritati: cũ mendacium ſit falſa relatio, & oratio, ab eo quod eſt re vera, diſcrepans: calũnia vero mendax accuſatio. Quę duæ notæ tam vobis proprię ſunt, quam prima, veſtræq; ſectæ indiſſolubili nodo connexæ. Et cum omnib. in rebus, locisq; in exitiũ Eccleſiæ incumbitis: ita falſiſſima quæq; ei ſoletis affingere: veſtris vt com-

commentis,atq; mendaciis fidẽ concilietis. Quæ ſi pſequi vellem, tot mihi iam eſſent exſcribẽda volumina,quot vos,veſtrique proaui ab anno Chriſti nati 517. ſupra milleſimum in lucem,ad offundendas veritati tenebras, emiſiſtis. Ex his tñ pauca incipiens à primo Patriarcha Luthero recẽſebo. Scribit ille eo in libro, quem de Miſſa vulgauit ſub annum 1534. à Catholicis doceri, Chriſtum morte ſua pro peccato duntaxat originis expiando ſatisfeciſſe: nos vero pro actualibus Deo ſatisfacere: quam impudentiam ille horribilem, & Sathanicam appellat: ob idque Catholicos inter Turcas, & Ethnicos reponit. At hoc eius mendacium, & calumnia vero horrenda, & Sathanica nominanda ſunt: eiusq; impudentia quouis Turca & Ethnico præfracto impudentior: quæ aduerſus cœlum inſurgit: tanta ſiquidem blaſphemia nunquam in viri Catholici mentem euenire potuiſſet. Eſt n. Catholicis omnibus certa fide perſuaſum, Saluatorem Chriſti non modo pro peccato, quo infecti naſcimur, verum etiam pro omni peccatorum actu, voluntateq; peruerſa deinde contractorũ cumulatiſſime ſatisfeciſſe: & ex inexhauſto paſſionis ſuæ merito nouæ legis Sacramentis vim ſcelerum expiandorum eſſe tributam: Baptiſmo quidem purgandi labem originis tum in infantibus, tum etiam in adultis peccata, quæ ante ſalutis lauacrum admiſerunt: Pœnitentiæ vero eſſe datã facultatem Chriſtianis rite ad eam accedentibus crimina quæcunque actu perpetrata delendi. Quæ doctrina eſt in Chriſtianis Scholis adeo contrita, vt coactus ſit ipſe Lutherus ſui immemor mendax, mendacium, & calumniam effuſam retexere, ſuoq; calculo Catholi-

LIBRI II. CAP. 12.

Mendacia & calũniæ Lutheri. *lib. de Miſſa.*

Omnia peccatorũ genera delentur Baptiſmo.

Digitized by Google

LIBRI II. CAP. 12.

tholicam ſententiam approbare. Quodam enim in loco de Pœnitentiæ partibus diſputans, *Fatentur*, inquit, *aduerſarij, quod Satisfactiones non proſunt ad remiſsionem culpæ.* Fatentur ergo Catholici confeſſione aduerſarij non ieiuniis, eleemoſynis, orationibus, aut aliis ſatisfaciendi modis, ſed Chriſti ſanguine peccata deleri: profitentur nihilominus homines iiſdem piis operibus ad obtinendam peccatorum veniam apparari: cumq; eam vi Sacramenti ſunt conſequuti, de temporariis pœnis contagioni culparum annexis plurimum eorum exercitatione relaxari, idque vi diuinæ gratiæ, Chriſtique meritis, quibus ea opera nituntur, indeque facultatem, ac rationem promerendi accipiunt. In commentario item in Epiſt. ad Gal. lapſus eſt memoria Lutherus, dum ſcribit. *In confeſsione nullam fecerunt fidei, aut meriti Chriſti mentionem, ſed tantum inculcauerunt Satisfactiones humanas, & merita.* Id autẽ probare nititur propoſita abſolutionis formula, ſed enim vel non vidit, vel certe ſe vidiſſe diſſimulauit (veterno ſcilicet occupatos ſenſus habebat) vt ipſa illa abſoluendi verba immanem ſuam calumniam falſi plane coarguant, dicitur enim inter alia: *Paſsio*, hoc eſt, *meritum paſsionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, merita B. Virginis, &c.* falſum eſt igitur, & ſumma calumniandi libido dicere, Catholicos humanis tantum ſatisfactionibus eſſe contentos, nullo facta mentione earum, quæ Saluator ſanguinis ſui largitate promeruit.

Lutherus in Diſput. Philippus propoſ. 10.

Luther. in Com. Epiſt. ad Gal. c. 2 to. 5. fol. 314

Præterea ſcribit idem alio in loco, Papiſtas hac diſciplina pœnitentes inſtruere, vt diffidant, ac dubitent, Chriſtusne pro eorum peccatis mortem ſubierit: quod eſt atrox mendacium, nec ferẽda calumnia:

Luth. Diſput. 4. aduer. Antinomos propoſ. 3.

Digitized by Google

lumnia: Etenim nõ modo Catholici docent certiſ- ſima fide credendum, Chriſtum Dñm pro omnibus mortem exantlaſſe, vimq; ſuorũ Sacramentorum ad omnia expianda peccata efficacẽ eſſe, imo pro Hæreticis habent, q̃ de hoc addubitant. Ratio quã tradunt dubitationis ad pœnitentis modo diſpoſitionem referri debet: de qua mortaliũ nullus certus eſſe poteſt, aut exploratum habere, an ſe rite ad hoc reconciliationis Sacramentum compararit. Et vero iure meritoq; veſtram inanem, ſtultamq; perſuaſionẽ damnant, qua inducti creditis, vt miſſum è cœlo fidei caput, peccata oĩa vobis eſſe condonata: vos in prædeſtinatorũ albo eſſe cõſcriptos: & huic vanę opinioni ꝓfidentes, admodũ inſolẽter gradũ contra Sapiẽtis Heliæi pronunciatũ figitis, dicentis: *Neſcire hominem vtrũ amore an odio dignus ſit:* vt hinc quiſq; de ſe modeſte ſentiẽs intra modeſtiæ ac timoris cancellos cõtineatur: iuxta Apoſt. conſilium monẽtis: vt *qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.* his verbis idẽ ſuos Philippenſes ſimiliter hortãtis: *cum metu, & tremore veſtram ſalutem operamini.*

LIBRI II, CAP. 12.

Eccl. 9. 1.

1. Cor. 10. 12

Ad Philip. 2. 12.

Deniq; in libro quem de captiuitate Babylonica inſcripſit, cap. de pœnitentia. hæc contra Eccleſiam Catholicam ſub nomine Babylonis effudit: *Noſtra*, inquit, *Babylon his non contenta, ita fidem extinguit, vt impudenter negare audeat, eam in Sacramento Pœnitentiæ eſſe neceſſariam: imo Antichriſtiana impietate damnat vt Hæreſim, ſi quis fidem in eo neceſſariam eſſe contendat.* O prodigioſum mendacium, atroci calumnia turgidum, ſine fide, ac fronte prolatum! Quotus enim quiſque inter Catholicos liber hoc de argumento ſcriptus eſt, quin diſertis verbis fidem omnibus rationis vſum adeptis ad

S. Paulus de ſua ſalute incertus.

1. Cor. 27.

Luth. l. de capt. Babylon.

Digitized by Google

Libri II. Cap. 12. iuſtificationem neceſſariam eſſe omnibus declaret? Auſus eſt ibidem affirmare Pœnitentiæ Sacramentũ à Catholicis penitus extinctum: quod eſt mendaciũ, pari quo ſuperius impudentia effuſum: Catholica ſiquidem Eccleſia cũ ſeptem credat, teneatq; Sacramenta, à Chriſto D. inſtituta non poſtremum ex his Pœnitentiam numerat. Immenſi eſſet laboris cætera mendacia, commẽtaq; vaniſſima percenſere, quæ ipſe pro veritate paſſim obtrudit: quare pluribus afferendis hoc loco deſiſtam: ſi prius coronidis inſtar adiunxero, quod in actis Lutheri anni 1523. teſtatur Cochlæus, nullum videlicet Catholicum aduerſus Lutherum ſcripſiſſe, quin eum plurimorum mendaciorum conuicerit: vnuſque Diembergius, tam vberem meſſem horum inuenit, vt in duobus duntaxat Lutheri libris ſupra octoginta collegerit: Et tamen hic Nouatorum Patriarcha impudenter aſſeruit, nec Pontificem, nec Papiſtas ſuam ipſorum cauſam poſſe abſque mendaciis tueri.

Mendacia & calumniæ Melanchthonis.

Capvt XIII.

Melanchthon, & Caluinus in Schola vanitatis exedraque mentiendi ſecũdas à Luthero tulerunt: ſiquidem ad mentiendum, calumniandũq; proiectiſſimi circa idẽ Pœnitentię Sacramentum, & alia fidei capita Magiſtri ſui impoſturas refricarunt. Ex his vero quæ ſuo marte commentus eſt Melanchthon, illud inprimis portentoſum, cum ait ante ſuum & Lutheri aduentum, doctrinam de pœnitentia tenebris inuolutam fuiſſe: iſque vbi ſe diu iactauit, os effrœnatum, ac ſtylum

Melanchthonis mẽdacium.

Digitized by Google

lum exercens, tandem calumniæ ſuæ decretum fecit: *Nos igitur*, inquit, *vt & Sophiſtarum labyrinthis bonas conſcientias educamus, duas pœnitentiæ fecimus partes, &c.* At qua fide mirificus hic conſcientiarum conſolator promiſſum exoluit? Nempe poſtquam multis contra fidẽ Eccleſiæ de Pœnitẽtia diſſeruit, huius Sacramenti doctrinã, vt Symmiſtæ cęteri tot difficultatibus inuoluit, vt nihil ex ea certi, nullaq; poſſit erui aperta concluſio. Dubitatur ab iſtis, ſitne retinenda peccatorũ priuata Confeſſio; Quæ peccata ſint in Confeſſione explicanda: Quãdo, & cui confitendũ, poſſintne fœminæ, puerìue abſolutionem impertire. An fides Confeſſionem præcedere an cõſequi debeat. Quid multa? Inter iſtos ambigitur, ſitne vllum omnino Pœnitentiæ Sacramentũ, multane pręterea ſint religionis Chriſtianæ capita, quę Catholicorũ nullus, qui vel primis fidei elemẽtis fuerit, imbutus in dubitationẽ adduceret. Quã craſſum igitur, & quã informe gentis huius reformatæ mendaciũ? Quam profuſa calumnia? Quam inſolens, ac thraſonica iactantia. Hæc cum ita diſputant, quid aliud docent, quam lucem tenebris, ac tenebras luce cõtineri? In locis præterea communibus quos anno M.D.XII. idẽ Melanchthon cudit, non dubitauit aſſerere omnẽ ſatisfactionẽ Papiſticarum doctrinam, è primi Cõcilii Niceni traditione fluxiſſe, minime veritus auguſtiſſimum illum Patrum conſeſſum criminari, quod eos malus genius ad ea ſananda decreta impulerit. Sed enim hęc tanta calumnia ſuum ignominiæ labe notat authorem, tum eius in apertum referens arrogantiam, tum craſſæ ignorantiæ eundem conuincens, quod neſcierit Ancyranũ & Neocæſarienſe Concilia an-

LIBRI II. CAP. 13. *In Apolog. ad art. de Pœnit. Anni 1540.*

Concluſiones eorum ſunt tantum dubia.

Melanchth. in loc. cõm.

Concil. Ancyranũ an. 308 Neocæſ.

Digitized by Google

Libri II. Cap. 13. *an. 311. Nicenũ anno 327.* *S. Cypr. ſer. de lapſis.* *Tertull. lib. de Pœnit.*

nis amplius quindecim Niceno priora non paucis Canonibus ſatisfactionis tradidiſſe doctrinã; quod multo ante fecerat. D. Cyprianus in ſermone de lapſis, qui glorioſus Doctor & Martyr annis circiter octoginta Nicenum præceſſit, & ſi vultis, vtroque ſuperior centum annis Tertullianus accedet, qui edito de Pœnitentia libro de Satisfactione doctrinam inculcat. Atque vt authori hanc dixi probroſam eſſe calumniam, ita Eccleſiæ Cathol. honorificam eſſe planum eſt, propterea quod firmiſſimum antiquæ fidei ſuæ ex ore inimicorũ accipit teſtimonium, quam ante ducenta ſupra mille ſecula in nobiliſſimo trecentorũ & octodecim Antiſtitum cõſeſſu celebratum fatentur. Vnde neceſſario conſequitur eos aperte mentiri, cum aiunt doctrinam de ſatisfactione à Catholicis expoſitam videri nouam, & prioribus ſeculis ignotam.

Caluini mendacia & calumniæ.

Capvt XIV.

Calu. lib. 3. Inſt. cap. 4. §. 1. De contritione vitæque renouatione. *Conc. Trid Seſſ. 14. c. 4. Pœnitentia eſt cõmiſſa in peccata plãgere, & plãgenda iterũ nõ cõmittere. S. Greg.*

CAluinus congerro, & par ætate Melanchthonis, malitia ſuperior, ſingularis mendaciorũ Lutheri interpolator, plurimorum ferruminator, ita in ſuis Inſtitutionum commentis de Catholicis Doctoribus loquitur: *Scholaſtici ſophiſtæ ſic ſunt in extremis exercitiis mordicus infixi, vt nihil aliud ex immenſis voluminibus colligas, quam pœnitentiam eſſe diſciplinam, & auſteritatem, quæ partim domandæ carni, partim caſtigandis, puniendiſque vitiis ſeruiat, de interiore mentis renouatione, quæ veram vitæ correctionem, ſecum trahit, mirum ſilentium.* Ad hoc craſſum, calumniaque plenum mendacium refellendum, pro-

dum, proponantur ſolum quæ deinde ipſe Nouator adiecit: *De Contritione quidem*, inquit, *& attritione multus apud eos ſermo.* Ergo, ſi Catholici Doctores, vt fatetur, atque Concilium multis de Contritione, & Attritione diſſerunt, ſatis opinor ample de renouatione animæ, mutationeque vitæ, loquuntur; ſiquidem ambæ ad internam animæ, vitæque renouationem pertinent; cum nihil aliud ſit Contritio, quam intimus animi dolor, ob admiſſa peccata conceptus, cum firma mentis inductione ab illis deinceps abſtinendi. Hanc Pœnitentiæ deſcriptionem à Sancto Gregorio traditam iam inde à mille circiter annis, Chriſtianæ celebrarunt Academiæ, nec ipſe Caluinus non etiam paulo ante notauit, quam hoc tam ſtupidum mendacium literis conſignaret. Si Contritio ſeriam mentis, vitæque renouationem inuoluit, quid nugatur Caluinus, cum ait: *Apud ſophiſtas Scholaſticos de interiore mentis renouatione mirum eſſe ſilentium?* Nec minus ad animæ renouationem ſpectat Attritio; eſt enim imperfectum Contritionis genus, cum videlicet aliquem peccatorum pœnitet, & ſtatuit in poſterum ab omni peccato abſtinere; nec tamen omnino pure vnius Dei cauſa, & amore, qui à theologis amor filialis dicitur eorum proprius, qui vere, & ex animo conteruntur, ſed ſuppliciorum æternorum, atque adeo temporalium metu, qui ſeruilis timor eſt. Pergit eodem loco Caluinus inquiens. *Sed vbi viſi ſunt* (ſcilicet ſcholaſtici Doctores) *corda penitus vulneraſſe, leui ceremoniarum aſperſione totam amaritudinẽ ſanant.* Hoc magnum mendacium cum adiũcta calumnia facile cõcidit, ſi hæc poſtrema eius verba, cũ his quæ ante dixerat,

Libri II. Cap. 14. *Hom. 34. in Euangel. S. Aug. lib. de ver. & fal. Pœnit. c. 14 S. Ambr. in ſerm. cuius initiũ: Ecce nunc tẽpus. Vide magiſ. in 4. d. 14. & de pœn. d. 3. c. pœnitentia vbi habetur, Pœnitentia eſt, vt ſupr.*

Attritio.

Amor filialis.

Timor ſeruilis.

Caluini cõtradictio.

Digitized by Google

LIBRI II. CAP. 14. Galuini cõtradictio.

dixerat, commutantur, nimirum Pœnitentiá ex Catholicorum ſententia diſciplinam eſſe, & auctoritatem domandæ carni, puniendiſq; peccatis ſeruientem; carnem diſciplinis, vitæ auſteritate, ieiuniis, orationibus, vigiliis, peregrinationibus, aliiſque id genus corpori moleſtis exercitiis, carnem edomare, eſt ne leui ceremoniarũ aſperſione totã amaritudinem animæ ſanare? Ita vero loqui quid aliud eſt, quam ſine ſcientia, atq; conſciẽtia ineptis contradictionibus ora diffindere? Paulo poſt ait à

Ibidem.

Catholicis doceri: *Iuſta, & plena contritioni peccatorum remiſſionem emereri.* Et hoc in cæterorum eiuſdẽ mendaciorũ & calumniarum aceruum adiiciatur; nam Doctores Catholici diſerte docent, gratiam, ac remiſſionem peccatorum nobis merito Chriſti Saluatoris gratis donari. Contritionem vero quendam apparatum, & diſpoſitionem eſſe ad eam recipiendam, non autem cauſam illius meritoriã, licet hæc Contritio ſuperueniente gratia peccatorum abſolutionem obtineat, vt patet ex his quæ Concilium Tridentinum iuxta antiquam Eccleſiæ Dei doctrinam hac de re conſtituit. Eodem capite carnifices dicit Paſtores Catholicos, quod doceant in Confeſſione peccatorum omnium enumerationem neceſſario faciendam; quam legẽ, & impoſſibilem & crudelem eſſe pronuntiat, ad id teſtẽ adducens Dauidẽ, poſt exactum peccatorũ examen, dicentem: *Delicta quis intelligit?* Et hoc tam accurato examine exactum peccatorũ vnius diei numerum, ait, viribꝰ humanis nequaquã iniri poſſe. Sed enim noua hæc eſt impoſtura; nec.n. tam exactam, omnibuſque numeris abſolutam peccatorum recenſionẽ exigit Eccleſia, eſſet enim hoc, vt monere videtur Pro-

Conc. Trid Seſſ. 14. cap. 4. D 28.

Pſal. 18 13.

tur Propheta, præceptum impoſſibile: ſed à ſuis requirit, vt omnia maximeq; capitalia, quorum meminerit excuſſa prius diligenti examine conſcientia, integre fideliterq; Sacerdoti percenſeat. Quod genus officii facile eſt, rationique conſentaneum, adeoque neceſſarium, vt illud Caluinus ſui iam oblitus mendacii libenter agnouerit. Nam paucis interiectis, affirmat non generatim ſolum confitenda eſſe peccata, dicendo: *Ego ſum peccator, verum etiam ſpeciatim, in hac & illa re peccaui.* Iſque longo circuitu, anfractuque verborum vſus, deque veritate, Catholiciſq; Doctoribus ſuo more mentitus, priorem ſententiam ſuam his verbis euertit. *Quid? ergone confitenda non ſunt ſingula delicta? Ergo nulla confeſſio Deo accepta, niſi duobus iſtis verbis concluſa, Peccator ſum? imo vero danda potius opera, vt quantum in nobis eſt, totum cor effundamus coram Deo, nec modo nos peccatores eſſe, ſed quanta ſit, & quam varia peccatorum labes, tota recogitatione cognoſcamus, non modo nos immundos, ſed qualis & quanta, quamque in multis partibus noſtra immundicies, non modo nos debitores, ſed quantis debitis grauati, & quot nominibus obſtricti, non modo vulneratos, ſed etiam quam multis & quam lethalibus plagis ſaucii ſimus.* Fatetur his igitur verbis, pro viribus excutiendam eſſe conſcientiam, intimoſque mentis receſſus in conſpectu Dei aperiendos, nihil denique inuolutum: nihil non nudatum relinquendum, ſingillatim per confeſſionem exponendas ſordes, fœditates, debita, plagas, ac denique iis quo ad eius fieri poteſt enumeratis, inſuper fateri, longe plura ſupereſſe, quã quæ diſpicere valeamus. Porro quid aliud indicant hæ tam concinnæ curſu reciprocato fuſæ, eodemque reuolutæ periodi?

Hæc

LIBRI II. CAP. 14.

Caluinus ibidẽ §. 15.

Lib. 3. inſt. cap. 4. §. 15.

Caluino probatur examẽ conſcientiæ.

Libri II. Cap. 14.

Hæc membra tanto pondere, numeroque, rheto-
ricæ, nuper reformatæ dolabra artificioſe dolata?
quid aliud, inquã, efficiunt, quã illud ipſum quod
Catholici tradunt? Nimirum ſerio explorandã, &
excutiendã eſſe conſcientiã, omnium peccatorum
quantũ quidem meminiſſe poſſumus Confeſſionẽ
inſtituendam, nihilominus hoc examine, atq; Con
feſſione diligenter riteq; peractis, cum Dauide ex-
Pſal. 18. 13. clamare? *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda
me Domine.* Quid iſto homine facias? Multis amba-
gibus lectorem ludificauit, effuſa loquacitate Con
feſſionis Catholicæ legem velut impoſſibilem &
abominandam agitauit, damnauitque, vt ad extre-
mum, æquã, neceſſariam, laudeq; dignã profitere-
tur. O quantã vim veritatis! Quæ quanto vehemẽ-
tius ab hoſtibus ſuis oppugnatur, tanto efficacius
ſuum illis iugum imponit. Quanta ex aduerſo Hæ-
reticę prauitatis arrogantia, pertinacia quanta, quæ
nihil, cuius non fuerit inuentrix, aut vanitate indu-
cta ſit, probat. Sunt hæc è pluribus pauca mẽdacia,
putidæq; calumniæ quę veſtrę reformatę fundato-
res ſcriptis prodiderunt; præſertim circa Pœni-
tentiæ Sacramentũ, illudq; ſumma cõtentione op-
pugnarũt, quod viderẽt eius vſum molli, ac voluptariæ
cui ſe totos manciparant vitę ex diametro repugna
re, & Catholicam ea de re doctrinam apud omnes
moleſtam, & odioſam impoſturis falſiſque cri-
minationibus reddere ſategerunt. Veniat ergo Lu-
Lutherus in Emſerũ. therus, vt ſe, ſuoſque ſectarios ſuopte ore condem-
net, in mendaciorũ architectos ſententiã ferat, ſic
facile monſtrum erroris gladio ipſius iugulatũ con
cidet. Ait enim cum aduerſus Emſerum ſcriberet.
Si vel ſemel hoc modo, mendax, falſator ac ſtupi-

dus de-

dus deprehẽderer,tota mea doctrina, fides,& fidelitas finem haberet,me omnes, vt infamem ſcurrã, ac nequam hominem iure cenſerent. Quæ ſit eius ſententia patet,dum plane pronuntiat fore,vt fides ſua euaneſceret , ſi mendax ſemel agnoſceretur. Quod ſi eum non modo ſemel,ſed ſępius falſa promentem comperimus;ſi eadem mentiẽdi libidine Melanchthonẽ, Caluinumq; teneri luce clarius oſtendimus ; ſi eorum Symmiſtæ ex eodem mendaciorũ plauſtro,libros,& ſarcinas referſerunt(quod per occupationes ſi mihi eſſet integrum manifeſte demonſtrarem)ſi inquã, Anteſignanus ille, nouæque Sectæ molitores tot,tamq; prodigioſis mendaciis,calumniis,impoſturis conuicti ſunt; cui dubiũ erit Lutherum contra ſe,ſuiq; ſimiles errorum magiſtros tuliſſe iudicium;ſeq; verbis , factiſq; falſiloquos,impoſtores denique indignos quibus vlla fides habitatur,ingenue profiteri.

Eadem nota tertia , & quarta aliis Caluini , ac Symmiſtarum eius mendaciis,& calumniis illuſtrantur.

Capvt XV.

OPeræpretium eſt , præter ea quæ ſuperius attigimus horrenda mendacia,quędam alia ſequentibus inſerere capitibus ; vt fuco veſtrarum mercium detecto , arteq; mirabili , qua ad illudendum, & fallendum eſtis inſtructi , patefacta, quiſq; ſit , vobiſcum agendo cautior , ne veſtrarum fallaciarum pedicis implicetur. Id vt faciam , adducor, quod videam lucubrationes veſtras , commenta, operaq; celebriora,illis niti mẽdaciis,ſundariq; vtpote quæ vobis ſint à maioribus veluti patrimonia

teſtamen-

Digitized by Google

Libri II. Cap. 15.

teſtamento legata;eaq; ceu pretioſiſſimas gemmas accepiſtis, conſeruaſtis, auxiſtis; de cætero nihil penſi fuit, alicuiuſne pretii eſſent lapilli probare, ſus deque, quibus tamen turpiſſime falſi, eandē in fraudem incautos inducere ſoletis. Atque iis præmiſis fallaciis, vt ſibi deinceps caueant, & quidnam afferant, diligenter attendant. Caluinus itaque in quodam ſuæ inſtitutionis loco. *Veteres*, inquit, *dum proprie loquuntur, nuſquam plura duobus Sacramentis recenſent, Baptiſmum & Euchariſtiam, etiam ipſe Auguſtinus.* Duplex hic mendacium cum duplici calumnia. Nam Tertullianus author perantiquus, Sancti Cyprianus, Hieronymus, & Leo M. in plurimis ſuorum operum locis, vbi maxime proprie, diſertiſque verbis ad vim, naturam, & eſſentiam, veri Sacramenti declarandam accommodatis agunt, præter *Baptiſmum, & Euchariſtiam, Confirmationem, Pœnitentiam, & Ordinem.* Cum cæteris agnoſcunt. Et S. Auguſtinus contra epiſtolam Parmeniani diſputans, de *Ordine*, tanquam de vero Sacramento loquitur illumq; componens cum ipſo *Baptiſmo* parē vtriq; ſanctitatem ineſſe profitetur. Et in libro *De nuptiis & concupiſcentia Matrimonium* propria, germanaque notione nominat Sacramentum, eodemque ſenſu diſſerit de *Extrema vnctione*, in libro de viſitatione infirmorum, nec quiſque tam oſcitanter huius Doctoris libros euoluit, quin plura duobus Sacramentis in eius doctrina notarit, clareque perſpexerit craſſam huius Sycophante calumniam proiectiſſimo pudore iactantis cum de Euchariſtia diſputat, ſanctiſſimum hunc patrem ſecum facere; cum tamen conſtet vix vllum ex priſcis Doctoribus reperiri, qui apertius credat aut

Calu. inſt. lib. 4. ca. 19 §. 12.

Tertull. lib. de Pœn.

S. Cypr. lib. 1. Ep. 12. & Serm. de ablut. pedū

S. Hieron. lib. contra Lucifer.

S. Leo epiſt. 90.

Confirmationem eſſe Sacramentum, ſcribit *Tertull. in lib. de reſurrect. carn. in libr. de Præſc. cap. 41. & in libro de Baptiſm.*

Digitized by Google

dat, aut tradat efficacius veram ac realem in Miſſæ ſacrificio, & Euchariſtiæ ſacramēto corporis Chriſti præſentiam. Is enim trigeſimum tertium Pſalmum enarrans, ait Chriſtum Dominum, cum in vltima cœna corporis ſui Sacramentum inſtitueret, conſecratumque panem Apoſtolis porrigeret, inaudito miraculo ſe ſuis manibus geſtaſſe: *Ferebatur*, inquit, *Chriſtus in manibus ſuis, quando commendās ipſum corpus ſuum, ait, hoc eſt corpus meum, ferebat enim illud corpus in manibus ſuis.* Quodnam quæſo, hoc in facto miraculū extuliſſet Auguſtinus, ſi nihil aliud à Saluatore p̄ter ſui corporis figuram exhiberi crediſſet? Quicquamne cuilibet hominum facilius quam ſe hoc modo geſtare, aut ſe in figura, & ſymbolo quib⁹ volet, exhibere? Quod enim quiſpiam ſui corporis imaginem, vel ſignum ſuis manibus circumferat, hoc ne magnam intuenti faciet admirationem. Scribit idem Antiſtes, octauum & nonageſimum Pſalmū exponēs, Chriſti corpus in Chriſtianorum myſteriis adorari; Sic enim ſextum verſum, *Adorate ſcabellum, &c.* interpretatur: *Quæro*, inquit, *quid ſit ſcabellum pedum eius, & dicit mihi Scriptura, terra ſcabellum pedum meorum. Fluctuans conuerto me ad Chriſtum, quia ipſum quæro hic, & inuenio quomodo ſine impietate adoretur terra, ſine impietate adoretur ſcabellum pedum eius. Suſcepit enim de terra terrā, quia caro de terra eſt, & de carne Mariæ carnem accepit. Et quia in ipſa carne hic ambulauit, & ipſam carnem nobis manducandam ad ſalutem dedit. nemo autem illam carnem manducat, niſi prius adorauerit: inuentum eſt, quemadmodum adoretur tale ſcabellum pedum Domini, & non ſolum non peccemus adorando, ſed peccemus non adorando.* Et lib. 4. de Trinit. cap. 14. *Quid tam grate*. ait, *offerri, & ſuſci-*

S. Aug. lib. 2. cont. Epi. Parm. c. 13. Ipſe etiam Caluinus lib. 4. Inſt. c. 14. §. 20. & Phil. in loc. com. ponunt Ordinationem inter Sacramenta.

S. Aug. in Pſal. 33.

Auguſt. li. 4. de Trin. cap. 14.

LIBRI II. CAP. 15.

& ſuſcipi poſſet, quam caro ſacrificii noſtri corpus effectum Sacerdotis noſtri? In libris Confeſſionum Euchariſtiã vocat *Sacrificium pretii noſtri.* Dicitq́ue in altari *diſpẽſari victimam qua deletum eſt chyrographum pretij noſtri.* Quæ vera non eſſet oratio, ſi in Euchariſtiæ Sacramento verũ Chriſti corpus, & ſanguis non cõtinerentur. Quã realem præſentiam, verumq; corporis Dñi ſacrificium, idem S. Doctor ſexcentis aliis in locis diſerte fatetur. Caluinus aũt vtrumq; pernegat, nihilq́; aliud in Euchariſtia quã ſignum, & corporis adumbrationem agnoſcit: negat in ea verũ, ac præſens Chriſti corpus contineri: negat in hoc myſterio vllum eſſe ſacrificium. Qui igitur fronte audet aſſerere S. Auguſtinam quod ad ſyncerã de Euchariſtia doctrinã attinet, à ſe totum ſtare? Et quid eſt impudentiſſime mentiri, ſi hoc nõ eſt? Idem cũ de Confirmatione diſſerit, ſic vrget interrogãs: *De manuũ impoſitione loquũtur veteres, an Sacramentũ vocant? Auguſtin. aperte affirmat, nihil aliud eſſe quam orationẽ.* Impudẽs eſt Hæreſiarchæ calumnia, tũ è citatis paulo ante Doctoribus, tum nominatim ab ipſo Auguſtino refutata; qui in eadem Sacramenti ſerie cum Baptiſmo Confirmationem adiunxit. *Vnctionis Sacramentũ*, ait ipſe contra Petilianũ ſcribẽs, *in genere viſibilium ſignaculorum, ſacroſanctum eſt, ſicut ipſe Baptiſmus.* De matrimonio eodẽ loco aiens Caluinus: *Matrimonium*, inquit, *vt à Deo inſtitutum fatentur oẽs, ita pro Sacramẽto datũ, nemo vſq; ad Greg. tẽpora videat. Et cui vnquã ſobrio in mentem veniſſet?* Sobrius erat Auguſt. ac 200. annis Gregorio Magno antiquior, qui Matrimoniũ pro vero Sacramento agnoſcit. *In noſtrarũ*, inquit, *quippe nuptiis, plus valet ſanctitas Sacramẽti, quã fœcunditas vteri*: Et hic alibi eadem frequẽter in-

Aug. lib. 9. conf. c. 12. & 13.

Calu. li. 4. Inſt. c. 19. §. 12.

S. Auguſt. cont. lit. Pettil. c. 104. Idem lib. 4. de Trin. c. 14.

Calu. li. 4. Inſt. c. 19. § 34.

S. Aug. lib. de bon. coniug. c. 18. & in Ioan. Tract. 9.

ter inculcat. Dixerat Lutherus Papiſtas (hoc quippe nomine ſolēne vobis eſt indigitare Catholicos) tantam vim, & efficaciā ceremoniis Baptiſmi, quantam ipſi Baptiſmo tribuere. Caluinus hui⁹ inſignis calumniæ alas extendens, ait, pluris etiam ab iis fieri quā Baptiſmum, vterq; mendax & impoſtor. Tātum n. abeſt, vt vel præferant, vel eas pares faciant Sacramento Baptiſmi, vt de his nihil magnificenti⁹ ſentiant, quam de quodam extrinſeco ablutionis apparatu, ad illud Sacramētum maiori cū dignitate celebrādum aſcito. Siquidē conſentiens eſt Catholicorum fides, atq; doctrina, Baptiſmū, ſine cereo, ſale, veſtibus, ac ſine vlla cęremonia ſimpliciter collatum, ad delenda peccata ſufficere; nec ſine Baptiſmo quaſcunque ceremonias ad id præſtādum, vim vllam habere Vtque ex his patet Lutheri, Caluinique mendacia, vt fumum euaneſcere.

LIBRI II. CAP. 16. *Luth. hom. vlt. de Bap. Calu. in Antid. Cō. Trid. ſeſſ. 7. c. 13.*

Brentij, Buceri, & Melanchthonis de Miſſæ ſacrificio, ac Tranſubſtantiatione mendacia.

CAPVT XVI.

Extat apud vos ſplendidum Io. Brentii mendaciū, propemodum par Caluiniano, de eodem altaris Sacramēto, cum ſcripſit, *In primitiua Ecclesia Miſſam non fuiſſe ſacrificium propitiatorium*, hoc eſt, vtile ad obtinendam peccatorum veniam, aut pęnarum culpis debitarum relaxationem.

Mendaciū Brentii in Cōf. VVit.

Buceri mēdacium de Cœn. Domini *lib. 4. c. 38.*

Habetis & aliud Martini Buceri, dicentis Miſſam pro vita functis fidelibus non vbique ſolitam fuiſſe celebrari. Quid præterea Melanchthō effudit, cum ait, S. Auguſtini æuo nullum omnino ſacrificium pro mortuis oblatum. Apinæ mēdacia, meræque calumniæ. Miſſam enim vt verum legis nouæ ſacrificium omnibus poſt aſſenſum Chriſti in

Mendaciū Melanchthonis. Miſſa fuit ſemper credita Sacrificium.

by Google

Libri II. Cap. 16. *Liturgia SS. Iacobi, Baſilii, Chryſoſto.* *S. Cyprian.* *S. Ambroſ. in orat fu neb. Satyr. fratr.*

cœlum ſeculis pro viuis, morteque ſublatis fidelibus vbique celebratam fuiſſe, manifeſtum eſt cuilibet intuenti perantiquas SS. Iacobi Apoſtoli, Baſilii, Chryſoſtomi & aliorum Liturgias; quæ loco teſtium ſunt Aſianis in Oriente, Græcis in Europa, S. Cyprianus Afris, apud quos vbique Miſſæ ſacrificium pro migrantibus è vita celebrabatur: quod & in cæteris Europæ regionibus factitatum S. teſtatur Ambroſius, ſeque id genus officii fratri Satyro mortuo præſtitiſſe. Teſtis præterea omni exceptione maior Auguſtinus, qui in funere matris ex vſu Eccleſiæ pro eius anima curauit offerri, Sacrificium pretii noſtri, vt loquitur in Confeſſionibus: & alibi frequentiſſime docet Miſſæ ſacrificium viuis, mortuiſque fidelibus prodeſſe, vt cum ait: *Hoc à Patribus traditum vniuerſa obſeruat Eccleſia, vt pro eis qui in corporis & ſanguinis Chriſti communione defuncti ſunt, cum ad ipſum ſacrificium loco ſuo commemorantur, oretur. ac pro illis quoque id offerri commemoretur.* Sunt hæc eius verba in ſerm. de verbis Apoſtoli, & in Enchiridio, & in quæſtionibus ad Dulcitium: *Neq; negandum eſt,* inquit, *defunctorum animas pietate ſuorum viuentium releuari, cum pro illis Sacrificium Mediatoris offertur.* Hæc fides tot aliis patrum teſtimoniis aſſeritur, vt mirum ſit, primos ſectæ veſtræ magiſtros, adeo peregrinos in Catholica doctrina fuiſſe, aut ſi cognitam habuerunt tantæ impudentiæ, & improbitatis, vt pro veris effatis gerras, meraſque nugas vobis obtruſerint.

S. Aug lib. 9. Cōf. c. 12 Qui pro matre defuncta ſacrum fieri curauit. *S. Aug. de verb. Apo. ſerm. 32. Quæſt. 2. in Enchir. c. 110.*

Brentii mē dacium in Confeſs. VVitt.

Scripſit idem Brentius, *veteribus incognitam fuiſſe tranſubſtantiationem*: Quod magnum mendaciū vos nec trutina, neque lydio lapide examinatū pro ſyncera moneta in omnibus de Euchariſtia diſputatio-

tationib. obtuliſtis, in quo tam leues atque ſtolidi, quam Brentius imperitus, ac malitioſus, nam in antiquorum libris nihil magis teſtatum, quam ipſa de Tranſubſtantiatione doctrina. *Panis iſte*, ait S. Cyprianus, *non effigie* (ſcilic. externa) *ſed natura* (ſc. interna ſubſtantia) *mutatus, omnipotontia verbi factus eſt caro.* Euſebius Emiſſenus *Creaturæ* (ſcil. panis & vinum) *in ſubſtantiam corporis Chriſti mutantur.* S. Chryſoſtomus: *Panis ſpiritu Dei tranſmutatur, cum eum Sacerdos benedixit, & conſecrauit.* Theophylactus: *Non figura tantum, & exemplar corporis Domini panis eſt, ſed in illud ipſum conuertitur corpus Chriſti.* Eadem eſt S. Baſilii ſententia. S. item Ambroſius: *Quantis vtimur exemplis, vt probemus, non hoc eſſe quod natura formauit, ſed quod benedictio conſecrauit? maioremq; vim eſſe benedictionis, quam naturæ, quia benedictione etiam natura ipſa mutatur.* S. Auguſtinus his conſentanea docuit, & credidit, ſic enim loquitur: *Non eſt panis,* (ſcil. poſt conſecrationem, *ſed corpus Chriſti.* Eucherius, *Inuiſibilis*, ait, *ſacerdos* (*Chriſtus Ieſus*) *creaturas in ſubſtantiã corporis, & ſanguinis verbo ſuo ſecreta poteſtate commutat.* Hæc tam clara, teſtataque antiquiſſimorum Patrum teſtimonia, num ſatis aperte veſtra veſtrorũque antiſignanorum mendacia detegunt, ac refellunt. Num in tanta luce veſtrę inſcitiæ tenebras diſpicietis, & abhorrebitis? Et vero ſi cæterorum Eccleſiæ Doctorum qui primis quinque poſt Chriſtũ ſeculis floruerunt, vellem referre ſententias, quomodo tantæ lucis fulgorem ſuſtineretis? An non micantes horum luminum radii oculorum aciem penitus obtunderent.

De Tranſubſtãtiatione.

S. Cypr. de Cœna Domin.

Euſeb. Emiſſen.

S. Chryſ. in Liturg.

Theoph. in Matth.

S. Baſil. in Liturg.

S. Am. l. de iis qui mit. myſt. c. 9.

Auguſt. de verb. Domin. ſer. 28

S. Eucher. Hom. s. de Paſch.

Digitized by Google

Alia Miniſtrorum mendacia.

CAPVT XVII.

Sanctorũ inuocatio eodẽ quo Eccleſia orta tempore.
S.Cyp.lib. de ſua vita

ILlud quoque veſtris in ſcholis frequenter vſurpatur, Sanctorum inuocationem in Eccleſiã irrepſiſſe à Gregorio Magno, qui ſexto ſeculo Pontificatum geſſit. Quod celebre pronuntiatum ex inſigni mendacio Meláchthonis effluxit, illius ſumma inſcitia & improbitate conflatum. Nã ætate S. Cypriani anno ſcil. poſt Chriſtũ 160. Dei matrem inuocabant Chriſtiani, vt ipſe quoq; Cyprian⁹, S. Gregorio Naz. teſte in oratione de eodem habita. Eandem S. Auguſtinus inuocat, alioſq; cœlites, quorũ nomina in Litaniarum ſerie recenſentur. vt videre eſt in Meditationibus, & lib. de Cura pro mortuis ab eodem edito, atq; in ſermone de S. Laurentio, S. Chyſoſtomus, & S. Ephrem, Deiparæ ſimiliter preces expoſcunt, à S. Ambroſio & Origene Sãcti pariter inuocantur. Quotus autem quiſque in tanta veterum Scriptorum ignoratione verſatur, quin veritatem hãc meridiana luce clariorem agnoſcat?

S. Auguſt. Deiparam omneſque Sanctos inuocat.
c.4. & ſer. 8. de Sanct.

Mendaciũ Melanchthonis. *In Apol. Cõf. Auguſt.*

Ex his refellitur alterum Melanchthonis mendaciũ, dicentis ante S. Gregorium nullum è Patribus Sanctorum inuocationem agnouiſſe: S. enim Cyprianus qui nõ modo docuit, ſed re ipſa vſurpauit, 300. annis fuit antiquior Gregorio: cæteri vero Patres adducti, minimum ducentis eundem præceſſerunt.

Brentius in Confeſ. Wittenb.

Tradit Brentius, *S. Auguſtinum nihil certi de purgatorio ſtatuiſſe*: hoc eſt de eo ſemper fuiſſe dubie locutum: horrendum plane mendacium, quod vos qua libris editis, qua concionibus, qua publicis, priuatiſque con-

tiſq; congreſſibus, cum certiſſima inſcitiæ, fideiq; profligatæ teſtificatione totos iam 40. annos importuniſſimè ventilaſtis. Siquidem S. Auguſt. pari fide Purgatorium credidit atque Infernum, vt eo libro conſtat, quem *De cura pro mortuis agenda* conſcripſit, pro iis ſcil. animabus quæ flammis purgantib⁹ torquentur. Vbi diſerte docet nullo modo eſſe dubitandum, quin animæ illo carcere detentæ, tũ Miſſæ ſacrificio, tum viuorum orationibus, aliisq; piis operibus releuentur: ſi tamẽ cum viuerent, vt hæc ſibi poſtea prodeſſe poſſint, meruerunt: hoc eſt, ſi illas diuina gratia ornatas prius hinc migrare contigerit, quam impoſitas peccatis pœnas exoluerint: nam quæ cũ lethali culpa è corpore diſcedunt ſublata auxiliorum ſpe cruciatibus adiudicantur æternis: quæ denique omnibus noxis expiatæ, penitusque purgatæ cęlo recipiuntur, hęc pia viuorum adiumenta, minime requirunt. Et hanc veritatem S. Doctor tam pſpicue plurimis in locis aſſeuerauit, vt amentis ſit hoc inficiari: veſtrumque impudens mendacium pœna grauiore caſtigandum. In quo igitur fuit, dicet quiſpiã, circa quæſtionem hanc Auguſt. dubitatio. Tum in eo videlicet, ꝙ aſſequi mẽte nequiuerit, qua ratione defunctorum, atque SS. animæ viuis interdum appareant, tum etiam quomodo poſſit ignis ille corporeus in animas à materiæ cõcretione ſeiunctas agere: ꝙ ſublimioris eſt inueſtigationis & cognitionis, quam vt eam Philoſophiæ ſtudiũ humanaue ratio poſſit attingere. Sed enim cũ in hanc quæſtionem pariter veniat ignis Inferorum (nam vterq; ſpiritus incorporeos excruciat) hæc profecto dubitatio non magis ignis purgantis veritatem eneruat, q̃ inferni; nec obſtat quo

LIBRI II. CAP. 17.

S. Auguſt. credidit Purgatorium vt Infernum. *li. de Cura pro mortuis & in Ench. ad Laurẽt. c. 109.*

Quinam mortui à viuis queant iuuari.

Quodnã fuerit in quæſtione de Purgatorio S. Auguſtini dubium.

minus æquè certum habeat Auguſtinus temporarium, atque ſempiternum re vera exiſtere. Ex hac mendaciorum maſſa, quam noui iſtius Euangelii architecti dũ eius fundamenta ponerent, è tartareis fodinis eruerũt, vos ſynceri ſci. monetarii multiplicem monetam paſſim, gratiſq; ſpargendam cudiſtis, vt animas Chriſti ſangine redẽptas falſi æris fulgore deluſas, humani generis hoſtibus ꝓderetis.

De calumniis ad varios Catholicos infamandos à Nouatoribus vbiq; ſparſis.

Locus erat idoneus ad mendacia, & calumnias enumerandas, quas eſtis, vt in fidem Catholicam, ita & in mores Catholicorum mera obtrectandi libidine commenti, vt ea commemoratione notæ quibus eſtis inſignes manifeſtius apparerent: verũ longior eſſet oratio; ſatis ſit generatim dicere, vos in vtroque genere calumniandi artifices eſſe mirabiles, quod abunde teſtantur vel infames libelli, quos per varias orbis plagas totos quadraginta annos de conſilio diſſeminaſtis, vt tum varios fidei Catholicæ propugnatores, tum Societatis IESV religioſos dedecore atq; infamia opprimeretis. Hinc nemo non videt, non aliunde veſtram doctrinam, quam ex illius officina manaſſe, qui in ſacris literis Diaboli, hoc eſt, mendacis, & calumniatoris nomẽ obtinuit, quod mendaciorum atque falſarum criminationum author ſemper extiterit. Ad quintam notam pergamus.

De quinto Hæreticorum ſigno, quod eſt inſolens ſcripturæ oſtentatio, eiuſdemq; deprauatio.

CAPVT XVIII.

DIuinæ ſcripturæ oſtentatio, eiuſdem q; fraudulentiſſima corruptio, quæ in libris, cõcionibus, publicis denique priuatiſque congreſſibus

veſtris

veſtris haud ſane minus quam prima nota ſuperbia ſe produnt, quintamque vobis attribuunt. Scriptura eſt quam vt pignus cariſſimum manibus, ſinuque geſtatis: Scriptura eſt quam ſuſpicere & colere videmini, Scripturam identidẽ vſurpatis, buccinatis, eamque à vobis omnino ſtare iactatis, neque tamen cum neceſſe eſt, vt in hac controuerſia, ad veſtram opinionem aſſerendam, in medium eã valetis afferre. Nam quotumquẽque obſecro profertis Scripturæ locum, vt iactatum apud veſtros probetis effatum, nihil admittendum eſſe quod non ſit aperte in ſacris libris exaratum? Ea tamen veſtra eſt, veſtrorumque gregalium procacitas: vt in omni de capitibus fidei diſceptatione diſertis verbis, ac ſyllabis exigatis expreſſum, quicquid in religione Catholica faſtidioſius improbatis. Quæritis ſubinde vobis vt in ſacris Bibliis Miſſa, maxima Reformatorum καρδιαλγία, demonſtretur, quę vox cum in neutro reperiatur inſtrumẽto, rem eo nomine deſignatam, ac ſi humanum eſſet commẽtum repudiatis. Quæſo vos, ſi quo tempore Arrianorum impietas Chriſti vexabat hæreditatem viuere contigiſſet, nonne Trinitatem, vt illi, abnegaſſetis, quod Trinitatis vocabulum in ſacris paginis nuſquam legatur? Atque vt ſacrorum librorũ vel ſoli cuſtodes, vindiceſque videamini, quotquot è Patribus in illis exponendis inſudarunt, nullum in veſtris Synagogis locum obtinẽt: interque proletarios reiiciuntur. Illi ſumma ſanctitate, excellentique doctrina viri Dionyſii, inquam, Areopagitæ, Iuſtini, Irenæi, Tertulliani, Arnobii, Lactantii, Origenes, Baſilii, Gregorii, Chryſoſtomi, Ambroſii, Hieronymi, Auguſtini, & alii primæ notæ docto-

Libri II. Cap. 18.

SS. Patres ab Hæreticis contempti.

res quorum extant luculenta in diuinos codices cõmentaria nihili ducitis, niſi vt ad veſtros ſtabiliẽdos errores detorqueatis, penituſque deprauetis, falſo Catholicis obiicientes quod eis non parem modo ſacris literis ſed aliquanto maiorem authoritatem tribuere videantur. Scripturam porro ſacram perſpicuam eſſe contenditis. Quid ita? vt ſcilicet veſtræ Sectæ addicti viri, ac fœminæ, docti pariter, indoctique proprio freti ingenio, nullo duce, atque doctore adhibito, ad eam audacter tractandam, inducantur: vt ſuperius admonuit Auguſtinus, perſuaſumque ſit omnibus eam à vobis facillime nullis Patrum veterum commentationib⁹ explicari: itaque paſſim conſcientiæ ac veritatis expertes, oſtẽtatorum, & calumniatorum perſonam egregie ſuſtinetis. Vanum eſt enim ac friuolum quicquid ὑποχειτικῶς ad Sartamtectam Sacræ ſcripturæ authoritatem tuendam affertis, cum vos eã ſoli, vt poſtea demonſtrabo, peruertatis. Quod autẽ de veterum Patrum ſcriptis ſoletis obiicere, mera eſt calumniandi libido. Eos quidem libenter admittunt, pieque venerantur Catholici, quod ſyncere, fideliterq; ſanctas paginas interpretẽtur, & doceant quo eas modo reuereri oporteat: Contra vero pluris fiunt à vobis commenta Lutheri, Caluini, & aliorum huius farinæ Nouatorum, quam diuina oracula, ꝙ niſi planum fecero, mea dicta fidem nullam obtineant. Dicitis itaq; S. Scripturam in perfacili cognitione verſari, obſcuram nemini: at nõne iſtud eſt, ipſi Scripturæ contrarium plane docenti, refragari? Cum enim Apoſtolorũ Princeps Petrus Apoſtoli Pauli laudaret Epiſtolas: *In quibus*, ait, *ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant,, ſicut & cæteras ſcripturas ad ſuam ipſorũ*

Cur dicant Scripturã eſſe facilẽ.

Supra l. 2. c. 4. p. 81.

Scripturã non eſſe facilem.

2. Pet. 3. 16.

perditionem..Hæc ad vos Apoſtolus,veſtrũ conuellens effatum.Nam ſi quædam ſunt intellectu difficilia,& adulterinis interpretationibus obnoxia vt ex hoc loco efficitur,non igitur faciles erunt Scripturæ,alioqnin quiſque modo legendi gnarus,veritatem in eis & fraudem nullo vſus magiſtro perſpiceret. Conſtat igitur obſcuritatum nube inuolutas eſſe ſcripturas,nec niſi ſummis ingeniis,ac diuinitus illuſtratis mentib⁹ cęleſtium oraculorũ aditus patere:nequaquam veſtra obganniẽte doctrina, quæ tantam iis tribuit facilitatem, vt in iis tractandis non mulierculæ,non laternarii vel tõſores hæſitẽt. Si vſque adeo perſpicuæ Scripturæ,cur Eunuchũ rogat Philipp⁹,anne quem legebat Prophetã intelligeret? Cur reſpõdit Eunuchus, *& quomodo poſſum,ſi non aliquis oſtenderit mihi?* Neceſſarius eſt ad percipiendum Scripturarum ſenſum peritus interpres. Quid vero eſt,quod in illis tractandis tot ac tã multa fingitis,compingitiſque volumina? vnde in tanta perſpicuitate adeo diuerſæ, in earum expoſitione,repugnanteſq; ſententiæ? Si veſtro iudicio adeo perſpicuæ claræque ſunt,cur in tanta luce veſtrę commentationes, Cimmeriis tenebris inuolutæ fateamini, oportet. Vos Scripturæ ſanctæ falſarios, ac vaniſſimos oſtentatores exiſtere. Audite grauem authorem Tertullianum, ab eoq; diſcite, me vera dicere,cum in deprauandis Scripturis maioribus veſtris ſimiles vos eſſe confirmo: Is enim doctor in detegendis Hæreticorum impoſturis acutiſſimus, nos in propoſita quæſtione ad veſtras patefaciendas iuuabit. Sic igitur in inſtituta aduerſus Hæreticos diſputatione: *Iſta Hæreſis,* inquit,*non recipit quaſdam Scripturas, & ſi quas recipit,* LIBRI II. CAP. 18.

adiectioni-

LIBRI II. CAP. 19. *adiectionibus: & detractionibus ad diſpoſitionem inſtituti ſui interuertit: & ſi recipit, nõ recipit integras* (vt vos Machabæorum libros, & alios complures è ſacro Canone expungitis) *& ſi aliquatenus integros præſtat, nihilominus diuerſas expoſitiones commentata conuertit.* Eãdem ſententiam S. Cyprianus inculcans id hominum genus, acriori ſtylo peſtringit, *Audite* (vos n. alloquitur) *Corruptores Euangelii, atq; interpretes falſi, extrema ponunt, & ſuperiora prætereunt, partis memores, & partem ſubdole comprimentes, vt ipſi ab Eccleſia ſciſſi ſunt, ita capituli vnius ſentẽtiam ſcindunt.* Cauſam cur id audeant aperit Clemẽs Stromatum contextor, cum ſcribit: *Gloriæ tenentur deſiderio* (ſcil. hæretici) *qui ea, quæ ex ſua natura conueniunt, ſermonibus diuinitus inſpiratis, tradita à beatis Apoſtolis, & magiſtris ſua ſponte fallaci ſapientiæ ſimulatione corrumpunt per alias tractationes, humanis doctrinis reſiſtentes diuinæ traditioni, vt Hereſim conſtituant.* Hæc omnia veſtros Doctores ſtudioſe factitaſſe, vosque eorum tenere veſtigia, euidenter oſtendam.

Tertul. de præſc. adu. Her. c. 15. & 38.

S. Cypr. de vnit. Eccl.

Clem. Ale. lib. 7. Stromat. ad finem.

S. Scripturæ loci à Luthero deprauati.

CAPVT XIX.

Rom. 3. 28.

IN epiſtola ad Romanos ſcribit Apoſtolus, *Arbitramur iuſtificari hominem per fidem*: addidit Lutherus *per ſolam fidem*: vt nimirum ſuum errorem, quo tradit ſola fide ſine operibus hominem iuſtificari, ſtabiliret, de ſuo verbum, *ſolam*, adiunxit. At enim inter ſcriptam ab Apoſtolo ſententiam, & eam quã ferruminauit Lutherus tantũ eſt, quantũ inter has duas propoſitiones diſcriminis, *Panis alit hominem, & panis ſolus alit hominem.* Eſt in eo præterea Lutheri altera fallacia, quod de fide, velut de virtute vna ſingulari loquitur, cum tamẽ S. Paulus generalem

Digitized by Google

quandam virtutem intelligat, quæ totam Chriſti Ieſu religioſum cultum, fidem, ſpem, charitatem, & omnia denique Chriſtiana opera complectatur, eamque Iudaicæ legi, eiuſq; ceremoniis opponit, vt eo ſenſu dicat Ieſu Chriſti fidem, hoc eſt, legem gratiæ ſine operibus, ritibus ſcilicet, ac ceremoniis Iudaicæ legis iuſtificare. Ex eodem narthecio deprompſit additamentum in eandem Epiſtolam: Cum enim S. Paulus ante dixiſſet: *Per legem enim cognitio peccati*: poſuit Lutherus: *Per legem tantum cognitio peccati.* Quo quid aut malitioſius, aut imperitius dici potuit, cum Iudaica lex non ſolum ad peccatum, ſed etiam ad alia plurima cognoſcenda, alioſque ob fines lata fuerit? Sic iſti Ariſtarcho placuit modo addere, modo detrahere. Nam ex Epiſtola ad Theſſalonicenſes verſiculum iſtum expunxit: *Hæc eſt enim voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione.* Prorſus callide, videbat enim ſententiam Apoſtolicam effato, quod pro cõcione effudit, ſcriptoque mandauit opponi: *Si nolit Domina, veniat ancilla.* Præterea dixit Apoſtol. *Omnes homines peccauerũt*: Lutherus ſuo errori fauens, quo noſtra omnia opera eſſe in peccatis numeranda cõtendit, ita vertit, peruertitque: *Omnes homines ſunt peccatores.* Quod eſſe falſiſſimum ex Scriptura patet: nam licet ipſe Paulus, cæterique Apoſtoli aliquando peccarint, non tamen peccatores, ſed iuſti & habebantur, & erant. *Et licet quidem fuiſtis* (ſcil. fornicarii, idolis ſeruientes, adulteri, &c.) ait idẽ Apoſtolus, *ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis.* Hortatur S. Petrus Chriſtianos, ita ſcribens, *Satagite vt per bona opera veſtra certam veſtrã vocationem, & electionem faciatis.* At Lutherus qui ne ad aures quidem

LIBRI II. CAP. 19.

Fides, id eſt, Chriſtiana religio.

Rom. 3. 20.

1. Theſſ. 4. 3

Lutheri de fornicatione pronũtiatũ. *To. 6. fol. 77. in Conc. ad populum: Si nolit Domina, veniat ancilla. ſerm. de matr.*

1. Cor. 6. 11

LIBRI II. CAP. 19. quidem bonorum operum nominationẽ admittit hoc pacto D. Petri ſententiam retulit, *certam veſtrã vocationem facite*: ac cætera pro ſua authoritate deleuit. S. autem Iacobus vt doceat ſolam fidem bonis operibus deſtitutam nihil omnino prodeſſe, ait: *Oſtende mihi fidem tuam ſine operibus.* Lutherus contra, & probat opera bona nihil ad fidẽ addere; Apoſtoli verba peruertens, ſcribit: *Oſtende mihi fidem tuam cum tuis operibus.* S. Paulus de Pſeudoapoſtolis Corinthios admonens, ait: *Quorum finis erit ſecundum opera ipſorũ*: tria poſtrema verba, bonorum operum aduerſarius Lutherus abraſit. Præterea, cum in Actis Apoſtolorum ita legamus: *Petrus autem & Ioannes aſcendebant in templum ad horã orationis nonam*; ait Lutherus, *circa horam nonam*, ea videlicet mente, vt orationis tempus redderet incertum, eoq; magis ſtatas orandi in Eccleſia pſallendiq; horas antiquaret. Eodem in loco obſtupeſcẽtibus Hebræis claudi mendici curationem, ait Petrus: *Viri Iſraelitæ quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quaſi noſtra virtute, aut pietate fecerimus hunc ambulare?* Lutherus vt vim meritorum eneruet, ita deprauat contextum: *quaſi noſtro merito.* Nam tametſi virtute diuina factũ fuiſſet miraculum, nihil tñ obſtabat, quo minus oratione, & merito Apoſtoli eadem virtute ſuffulto, ederetur. Quantæ molis contexendũ eſſet volumẽ ad huius fallarii deprauationes, fraudeſq; coaceruandas (Satis erit in vniuerſum cum Doctore Emſero dicere, nullum eſſe propemodum in S. Bibliis caput, quod ſuis verſionibus ille nõ corruperit: in quibus idem author quadringentas circiter ſupra mille tum Hæreſes, tum mendacia annotauit, ſummamque collegit: Et crimen adeo fuit manifeſtum vt ma-

2. Pet. 1. 10.

Iac. 2. 18.

2. Cor. 11. 15

Act. 3. 12.

Horæ Eccleſiæ canonicæ.

Act. 3. 12.

Hieron. Emſerus in præfat. in nou. teſta. Lutheri.

Google

vt magnus eiuſdem Sectæ Doctor Bucerus non ſe potuerit, quin illud ipſi Luthero obiiceret, continere, vt ex Dialogo contra Melanchthonem edito conſtat.

Libri II. Cap. 20.
Bucer. Dialog contra Melancht.

Loci per Caluinum Bezamq; deprauati.

Capvt XX.

HAud paulo quidem aſtutior fuit in deprauandis Scripturis Caluinus, aperteque ſignificauit, non minorem ſibi ad nocendum, quam Luthero, quem ſequebatur, ineſſe voluntatem: multiſque in locis eadem qua ille fide, & conſcientia falſarii ſibi notam inuſſit. Scriptum eſt in Actis Apoſtolicis à S. Luca, *Portam ferream vltro fuiſſe apertam, S. Petro videlicet, & Angelo, qui eum eduxerat è carcere.* Caluinus autem tradit in Harmonia ſanctum Petrum portam penetraſſe. Falſo id omnino vt nimirum inſignem Ioannis locum Euchariſtiæ myſterio ſuffragãtem obſcuraret, vbi dicitur, quod Saluator Apoſtolorum cubiculum introierit, cum *fores eſſent clauſæ*: ac ſi vtrobique idem eſſet miraculum, Chriſtique corpus fores eodem modo, quo S. Petrus ferream portam penetraſſet, nimiũ quod illæ ſe vltro, ſubitoque aperuiſſent: cum tamen Scriptura dicat perſpicue ferream vltro corpori ſancti Petri venienti fuiſſe patefactam: fores autem fuiſſe clauſas corpori Saluatoris, per eas nullum occupando locum penetrantis eo modo, quo ſe in ſacroſancto Euchariſtiæ Sacramento realiter exhibet. In ſua Inſtitutione ſe, ſuamque mentem planius indicat, aſſerens Chriſtum *ſibi aditum diuina virtute patefeciſſe, vt repente ſteterit inter ſuos diſcipulos*

Act. 12. 10.
Ioan. 20. 19
Calu. lib. 4 Inſtit. c. 17. §. 29.

Libri II. Cap. 20. *diſcipulos plane admirabili modo, cum obſeratæ eſſent fores, quæ ſe deinde clauſerint*: contra expreſſum S. Ioannis contextum aperte ſcribentis eas Chriſto ingrediente clauſas extitiſſe. Alium corrupit locum in Epiſtola ad Corinthios, in qua diſſerens Apoſtolus de filiis à patre Chriſtiano, matréque gentili: vel cõtra, ab Ethnico patre, Chriſtianaq; matre genitis, dixit, *Nunc ſancti ſunt*: Addidit Caluinus, ab vtero matris ipſorum. Hoc autem idcircò putauit addendum vafer commentator, vt Hęreſim à ſe traditam ſtabiliret, nimirum infantes ſine baptiſmo ſanctificari: quæ ſcelerata doctrina manifeſto Dei verbo refragatur dicenti, *nos fuiſſe natura filios iræ.* Et quod is, *qui non crediderit, nec baptizatus fuerit, condemnabitur. Et qui non fuerit renatus ex aqua & Spiritu ſancto, nõ poteſt introire in regnum Dei.* Pronuntiat Apoſtolus, *Honorabile connubium in omnibus*, hoc eſt in omnibus ſuis partibus. Vertit Caluinus *inter oẽs.* Quæ ex fallaci interpretatione mille ſequũtur abſurda. Quis n. hinc non videt effici, fratris cum ſorore coniugiũ, patris cũ filia, matris cũ filio, & alia huiuſmodi connubia diuinæ legi, naturaliq; honeſtati repugnãtia, videri honorabilia? Hãc autem interpretationẽ adiecit grauis Nemotheta, vt quandam veluti iuris rationem ſacrilegis, nefariiſq; libidinibus, quæ inter ſacerdotes, moniales, & cæteros Deo dicatos homines, quaſi per matrimonium perpetrantur, q̃ profecto copulatio non magis poteſt legitimũ cenſeri coniugium, q̃ quod inter fratrem & ſororem; aut eum qui viuente adhuc vxore viuẽtis proximi ducit vxorem. Etenim quicunque ſe Deo ſponte dicarunt, & conſecrarunt, indiſſolubili ſe voti nexu cum ſuprema illa maieſtate coniunxerunt: quod

1. Cor. 7. 14. Calu. in Ant. Conc. Trid.

Pernicioſa infantibus Hæreſis Caluini.

Epheſ. 2. 3. Mat. 28. 19. Ioan. 3. 3. 5.

Matrimonium honorabile.

Heb. 13. 4. Calu. lib. 4 Inſt. c. 12. §. 25.

Deo conſecrati.

fœdus

fœdus pactumque tum firmitate, tum nobilitate eſt quocunq; mortalium coniugio ſine dubitatione præſtantius. Hæc pauca de innumeris locis à Caluino corruptis. Nec in hoc genere fuit Magiſtro Beza religioſior. Aſſerit S. Paulus in epiſtola priori ad Corinthios Ieſum Chriſtum poſtquam ſurrexiſſet à mortuis, viſum eſſe, pluſquã quingentis fratribus. Tantus hic numerus magno dolore Bezam affecit, quod vnũ veſtri Symboli conuelleret articulum, quo Chriſtum ita cœlo affixum tenetis, vt ſe inde nequeat monere, futurũ alioquin, vt eodem puncto temporis in Euchariſtiæ Sacramento præſens exiſteret. Atqui conſtat ex hoc numero Chriſtum Dominum poſtquam in cœlos aſcendit in hoc inferiori orbe fuiſſe, ſiquidem hæc viſio, vt vos ipſi fatemini contigit in terra, idque vere, ac realiter: nam ſi Chriſtus per viſum tantummodo, & imaginationem non re ipſa ſe corporeis diſcipulorũ oculis obieciſſet, minime potuiſſet Apoſtolus, id quod maxime contendebat, eo loco, Chriſti reſurrectionem probare. Porro manifeſtum eſt hanc viſionem poſt Chriſti in cœlos aſcenſum accidiſſe: nam haud tam magna erat antea credentium à quibus videretur multitudo, quãdoquidem non plures 20. ſupra centum numerabantur, cũ in eos Spiritus S. die Pentecoſtes emiſſus eſt. Ergo ſi Chriſtus ab aſcenſionis die veriſſime in terris apparuit, vt ex ſacra cõſtat Hiſtoria, efficitur neceſſario cum licet in cęlo ſit, in dextera Patris conſidẽs ſimul in terra aliiſue locis eſſe poſſe, veſtramque fidem inanem, ac falſam qua creditis ſic illum cœleſti ſedi, vt Promotheũ Caucaſo alligatũ, vt nõ inde poſſit abſcedere, vt eodẽ tempore pluribus in locis exiſtat.

Libri II. Cap. 20.

Poſt aſcenſionẽ Chriſtus pluſquam quingentis fratribus apparuit.

exiſtat. Cum igitur non poſſet Beza ratiocinationis huius antecedẽs, quodq; ex eo ſequitur inficiari, & in omnibus græcis, ac latinis exemplaribus legeret *Pluſquã quingentis fratribus.* Ad modũ equitis Numidæ, obequitãs ſi qua vi poſſit hanc quingentorum turmã perrumpere, dubitabũdus rogat. *Quid ſi vero ſcriptũ erat ἐπάνω ὑ ἀδελφοῖς ι. πεντήκοντα, id eſt, 50. nã certe mirum eſt, quingẽtos hic fratres cõmemorari.* Quid ſi nunquã aliter quam quingentis ſcriptũ fuit, quid de hoc quærente, ac dubitante Doctore cenſendũ? At vnde nam leuiſſimã hanc & futilẽ expiſcatus eſt coniecturã? Nõne ex male ſano ſuo cerebro, ſuæq; Hæreſis vanitate, quã ſummo Scripturæ, cui tantũ tribuere videtur detrimento ſtabilire conatur? An vero in re tã clara, tantiq; momenti vllus eſſe debuit dubitandi locus? Aut fas illi fuerit locũ apertiſſimum hæſitando tractare, ac ſi Lauſanæ ſub obſcurũ aliquod Perſii vel Catulli carmen ſuis Grãmaticulis exponeret? Multo vero fuit in peruertendo alio quodã loco in Actis Apoſtolorũ audacior, vbi S. Petrus Seruatoris reſurrectionem aſſerens, hæc verba Dauidis, quæ ipſe vates nomine Chriſti venturi cecinerat, in medium protulit: *Non derelinques animam meã in inferno.* hoc eſt, *in lymbo.* Hic fidus, ſcilicet, interpres, ne aliqua ratione Catholicæ de Purgatorio doctrinę ſuffragari, & ſubterranea inferorũ loca fateri cogeretur, expuncta voce, *Inferno ſepulchrũ* prima editione ſubſtituit. At vbi deprauationẽ nimis ridiculã animaduertit: alterã longe deteriorẽ adiecit, & pro *anima* poſuit *cadauer.* Ita locum illum exponens. *Non derelinques cadauer meum in ſepulchro.* In editione anni 1588. ſuæ interpretationis cauſam affert: *Denique,* inquit, *ſimpliciſſime videtur expoſitio, cum cadauer*

Ridicula abſurdaq; Bezę interrogatio.

Act. 2. 27. ex Pſalm. 15. 8.

Vertit Beza τὴν ψυχὴν *cadauer. Et hebraicum* נפש *nephech cadauer. Vide Genebr. in Pſal. 15. 11.*

cadauer in ſepulchro deponatur, vt idem quoque dicatur LIBRI II. *in ſepulchro non deſeri.* In priore quidem allegoriam CAP. 20. adhibuit ineptiſſime, abuſus *Sepulchri* nomine, loco *Inferni*: in poſteriore vero *animam in corpus*, & *ſpiritum* in *terram* malitioſe transfirmat. Idem cum ſuo patre Caluino in aliis deprauandis locis conſpirat: nam cũ ad Hæbreos ſcripſerit Apoſtolus *Dei filium fuiſſe exauditum pro ſua reuerentia*, διὰ τὴν ἑαυτοῦ εὐλάβειαν, vterque vertit. *Ex metu, & dubitatione.* (Hebr. 5. 7.) Quam malignam corruptionem de induſtria affectarunt, vt colore quodam execrandam blaſphemiam fucarent, quam impie euomuerunt, aſſerentes Saluatorẽ in cruce affixum exhorruiſſe præ metu, damnatorumque pœnas exantlaſſe. (Caluini blaſphemia.) Ieſus Chriſtus eſt *propitiatio pro peccatis noſtris.* Ait S. Ioannes. *Non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi.* (*Ioann. 2. 2. Beza in Ioann. 2.*) Caluinus & Beza Apoſtoli verba reſtringunt ad electos. At quæ tam effrœnata audacia vt generalem Apoſtoli ſententiam, Chriſtique Saluatoris prolixam liberalitatem ita coarctent, vt ad ſolos prædeſtinatos pertinere videatur? Cum ſanctus Iacobus exponeret, qua Chriſtiana pietate (*Iacob. 5. 14.*) eſſet iuuandus ægrotus, Presbyteros Eccleſiæ inducendos admonuit, vt pro eos preces fundant; *Vnguentes eum oleo in nomine Domini.* Hoc eſt, vt ægrotum extremæ Sacramento vnctionis adiuuent. Vos oleum ab Apoſtolo nominatim expreſſum, præſcriptumque veſtris allegoriis, allegoriarum, alioquin oſores, & ad eas vſurpandas ineptiſſimi, in alium plane ſenſum transferentes corrumpitis, & imperite omnino aſſeritis *Spiritum hic ſanctum olei nomine* deſignari. O dignam cachinnis allegoriam! Nam ſi voluiſſet Apoſtolus per

Libri II. Cap. 21.

oleum Spiritum ſanctum indicare, non alienas, & translatas, ſed proprias, vt in tota epiſtola, voces vſurpaſſet. Cæterum quod loquendi genus veſtra nobis allegoria inuexit? *Presbyteri erant pro eo, vnguentes eum Spiritu ſancto.*

Nonnullæ blaſphemæ ac ridiculæ Marotti, & Caſtalionis verſiones,

Capvt XXI.

Blaſphema verſio Marotti.

Pſalm. 1. 7.

Et poue autant qual n'n ne ſoingne cure, des maluiuanz, le chemin qu'ilz tiẽdrẽt: ſome Clans faicts en ruine viendront.

NOn potuit, aut noluit veſter Marottus Sacroſanctos regii Prophetæ Pſalmos ſuis Rhythmis inuoluere, quin eos impietatis ſuæ veneno corrumperet. Quòd enim in primo diuinus vates cecinit. *Iter impiorum peribit.* Rhythmis ille, ſcilicet, Gallicis vertit in hæc verba. *Et quoniam curam omnem atq; ſolicitudinem de improbis abiecit, via quam inibunt, ipſi, reſq; ipſorum concident.* Quas rhythmica Paraphraſi duæ inſignes continentur blaſphemiæ, altera, quod Deo nulla ſit omnino cura, vel cogitatio de improbis, quæ vitioſa radix eſt eruta ex hortulis Epicuri, negantis inferiorem hunc orbem diuina prouidentia gubernari: altera, quod improborum ſalus deſperata ſit, eoſque miſerrimus certiſſimuſque maneat interitus, propterea quod omnem Deus curam eorum abiecerit; quod non minus quam præcedens blaſphemum eſt, execrandumque mendacium; quandoquidem vni & optimo Deo ruinæ ſummumque hominum exitii cauſam adſcribit; non vt par erat ipſorum peccatis, prauæque voluntati. Atque vt ſexcenta Scripturæ loca prætercam, quibus planiſſime Deum rebus humanis conſulere demonſtratur: viaſque atque rationes ſapienter inſtituiſſe, quibus homines ad eum finem,

LIBRI II. CAP. 21.

Venit Ieſus vt homines ſaluaret.

Lucæ 2.11.
Ioan.4.43.
1.Ioã.4.14.
Pater miſit filium ſuũ ſaluatorem mundi.

eum finem, cuius gratia eos procreauit, perducerentur; teſtimonium eſto clariſſimum, quod Ieſus Chriſtus in hunc mundum, tantum eis vt ſalutem afferret, venire, & extrema ſubire voluerit. Hæc Marotti verſio ita vobis probata eſt, vt totos quinquaginta annos eam in veſtris conuentibus, à confecta virorum ac mulierum turba iuſſeritis contenta voce perſonari: quod non modo veſtris in Synagog's, verum etiam in opificum officinis, in compitis, domi. Denique, foriſque etiamnum factitari videmus. Cecinit in octauo Pſalmo diuinus vates; *Minuiſti eum paulo minus ab Angelis, gloria, & honore coronaſti eum.* Quæ verba Sanctus Paulus de Saluatore expoſuit: qui dum ignominioſum mortis genus hominum cauſa ſubiret, infra Angelos morti nequaqnam obnoxios, depreſſus apparuit; per eamque promeruit, vt gloria, & honore coronatus, ſupra omnes Angelorum ordines eueheretur. Verum Diuo Paulo melior, ſi ſuperis placet, Marottus interpres, ſic reddit. *Talem feciſti nihil, vt ei reſtet, quam vt ſit Deus, cæteroque abundè circumcinxiſti eum gloria, &c.* Qua interpretatione ſe germanam Arrij, Arrianorumque gregalem apertę declarat, nam Dei filio diuinitatem adimit, cum eum, vt Arrius, verum eſſe Deum pernegat. Et vos eandem impiam cantilenam, inflato gutture, adductis pulmonibus ſtentorea voce perſonatis, vt priorem, niſi tam impiam poeſim alicubi fortaſſe cenſueritis expurgandam, maioremque iſti ſcurræ Scripturarum deprauatori honorem habetis, quam Doctoribus ſanctiſſimis, qui eas religioſe, ſancteque vbique coluerunt. Quid vero dicam de cæteris profanis,

Pſalm.8.7.
Hebr.2.9.
τόν δὲ βραχύ τι παρ' Ἀγγέλους ἠλαττωμένον.

Marotti verſio blaſphemia.

Tu l'as faut tel, que plus il ne luy ceſte fois eſtre Dieu, Car tu l'as quãd au reſte, abõdamẽt de gloire couronné.

 iuxta

LIBRI II. CAP. 21. iuxta atque ridiculis verſionibus, è veſtra Schola profertis. Audite, niſi pudor impediat, Sebaſtianum Caſtalionem, locum illum Iſaiæ, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum.* Sic interpretantẹ: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Ioua armi potens* Nonne hic audire videmini egregium quendam Homerum, Iouem, aut Martem Epithetis belle admodum ornantem? Illum præterea in Sancto Matthæo locum, vbi Chriſtus his verbis de fraterna correctione diſſerens. *Dic Ecclesiæ*, inquit, *ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus*: Sic expreſſit Caſtalio, *Dic Reipublicæ, quod ſi Rempublicam non audierit, &c.* Quid de hoc veſtro congerrone cenſetis? Satiſne latine, ſatis reformate diuina verſat? Agebat eodem loco Saluator de puerulis, dicens: *Angeli eorum ſemper vident faciem patris mei.* Vertit iſte. *Genii eorum ei.* Quod apud Sanctum Lucam legitur. *Et ingreſſus Angelus ad eam.* Studioſus hic latinitatis interpres ſimiliter *Angelum* conuertit in *Genium.* Quis hæc Biblia legens adeo eleganter expoſita, riſum tenebit? Aut quis potius has ſordes, ac profanas vocum nouitates in diuina inuectas oracula, lachrymarum fonte non cenſebit eluendas? Cui inquam profani huius explanatoris bilem non moueat audacia, vt ad vindicandam intolerabilem diuinis Scriptis illatam contumeliam iuſto dolore non exardeſcat? Talis eſt Caſtalio, vt ne eum quidem Beza, Bibliorum quoque deprauator eximius tolerare potuerit. Cui vero tanta fuerit vis ingenii tanta ſolertia, vt numerum inire poſſit deprauationum, ac falſiſſimarum expoſitionum, quibus iſti Nouatores ſacra Volumina dum ea cuilibet genti vulgaria fa-

Iſaia 6.3. Sebaſtian' Caſtilio.

Matt. 18. 17

Matt. 18. 20

Luca 1. 28.

Innumerabiles Scripturæ deprauationes ab errantibus inuectæ.

ria facerent, aſperſerunt? In Bibliis quidem Angelica lingua editis ſupra duo deprauationum millia Cuthbertus Tonſtallus Londinenſis Epiſcopus annotauit. Quot igitur, & quantis ſcateant mendis, & corruptionibus Germanicę, Polonicæ, Flandricæ, Gallicæ, & cæteræ huiuſmodi aliis linguis vulgaribus editæ verſiones, haud cuiquam facile fuerit, æſtimare. Quibus autem modis ſanctorum Patrum libros adulterare vobis curæ fuerit, nihil iam attinet dicere: veſtram hoc in genere conſcientiam atque religionem admiraturum puto neminem. Si enim Sacroſanctum Dei volumen calamis ſtygio limo tinctis auſi fueritis miſerabiliter fœdare; ſi ſacrilegis vnguibus Ieſu Chriſti teſtamentum tanta crudelitate diſcerpere: ſperandumne fuit vos in ſanctorum Patrum ſcriptis verſandis fore mitiores? Nulla religione vos, viri, ſcilicet, religioſi, nullo honore ac reuerētia ſupremi numinis proſequuti eſtis oracula; quanto minore ſeruorum eius, lucubrationes, quibus nefarium bellum indixiſtis? Quiſquamne mirabitur, quod eorum verbis ad veſtros fulciēdos errores abutimini? Quod eis quidquid libitum eſt, affingitis? quod ad veſtram mentē loquentes inducitis? Quod eorum verba eodē modo quo Scripturæ ſanctæ oracula, ex arithmeticorū regulis, addendo, detrahēdo adulterando in mediū adducitis? At vero Catholici Doctores, vt debitam aduerſus diuinos libros reuerentiam adhibent: ita ſumma fide ſemper interpretandos arbitrātur. Proferte vel vnum ex tota Scriptura locum, ab eorum aliquo vitiatum: vt quod ab annis octoginta fruſtra tentaſtis, videamini præſtitiſſe. Non ea eſt, miniſtri, non eſt Eccleſiæ ſacroſanctæ ſui ſponſi decreta peruertendi conſuetudo; veſtrum hoc pa-

SS. Patrum monumenta per eoſdem corrupta.

trandi ingenium, veſtra libido eſt; veſtrum eſt Scripturam identidem oſtentare; veſtrum falſiſſimis eam expoſitionibus deprauare; veſtrum quæ clariſſima ſunt tenebris inuoluere; & in omnia optimo ſcriptorum genera Hæreticæ prauitatis venena ſuffundere, ac veluti Harpyiæ contactu omnia fœdare. Quapropter in veſtris veſtigiis: corruptionumque lineamentis germanam auorum veſtrorum notam agnoſcite: illi ad iactandam Scripturam vani, ad eam adulterandam malitioſi; ad decipiendos per eam ſimplices homines, aſtuti fuerunt; nec mirum igitur, quod tam corruptos & corruptores patres, corrupta, corruptrixq; proles ſequatur.

Ab iſtis qui reformati videri geſtiunt pluris hominum verba fieri quam ſacræ Scripturæ oracula.

Capvt XXII.

VT ſummam huic ſigno manum imponam; oſtendendum eſt à vobis Dei verba hominum verbis, commentiſque poſtponi; pluſquam his fidei, & authoritatis quam illis haberi, quod tamen per ſummam calumniam atq; malitiā ſoletis falſo Catholicis affingere. Res tota nonnullis illuſtratur exemplis. Ait Saluator noſter: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Ex aduerſo docet Caluinus, ſolam fidem ſufficere, vt ſaluemur, & vitam ingrediamur æternam. Ait Saluator: *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſæculi.* Nimirum vt ſuis adſit alumnis, eoſque per viam veritatis deducat. Caluinus autem, veſtrique Patriarchæ, iampridem Eccleſiam erraſſe contendunt; nec

Mat. 19. 17. Mar. 10. 17. Luc. 18. 18. Mat. 28. 20. Calu. lib. 1. Inſt. cap. 11. §. 13.

dunt: nec vltra priores quingentos annos in incorrupta fidei integritate perſtitiſſe. Quod quid aliud eſt, quam plane dicere, Chriſtum non ſemper cum Eccleſia fuiſſe: ſponſamque chariſſimam tot laboribus, tantoque pretio acquiſitam promiſſorum immemorem deſolatam, & in cæcorum caligine palpitantem deſeruiſſe? In vtraque propoſitarum ſententiarum vos ita geritis, vt repudiatis Chriſti verbis, ea quæ Caluinus oppoſuit, mordicus teneatis. Annon hinc liquet apertiſſime, vos hominum verba Dei verbis anteponere? Plus tribuere Caluino, quam Chriſto? Præterea Sanctus Iacobus aſſerit, *Hominem ex bonis operibus iuſtificari.* Vos non creditis aſſerenti, credere quippe Caluino mauultis contrarium affirmanti. Pronunciat Saluator homines eo nomine ſaluandos, quod bonis operibus ſtuduerint, hoc eſt, quod bonis operibus vitam promereamur ſempiternam. His Chriſti verbis fidem vos abrogatis: vt contrariam Caluini, Bezæ, & aliorum veſtræ Sectæ Doctorum, vim omnem recte factis adimentium doctrinam amplectamini. Non hoc eſt hominibus magnam habere fidem, Deo nullam? E quatuor Euangeliſtis, qui eos à Chriſto geſtas literis prodiderunt, tres vno conſenſu, vnoque ore teſtantur illum, cum peracta cœna Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum inſtitueret: panem accepiſſe, & cum benedicendo dixiſſe, *Hoc eſt corpus meum*: totidemque verbis realem corporis ipſius Saluatoris in auguſtiſſimo Sacramento præſentiam exhiberi conſignant: Zuinglius autem Sacramentariorum Antiſtes, Caluinus, Beza, vosque ipſi tenetis, voce, calamoque traditis, noluiſſe,

[Margin: CAP. 21. LIBRI II.]

[Margin: *Iac. 2. 14. 21.*]

[Margin: Chriſtus affirmat. *Mat. 25. 34*]

[Margin: Caluinus & Symmyſtæ eius negant.]

[Margin: Saluator affirmat. *Matth. 26. 26. Mar. 14. 22 Luc. 22 19. 1. Cor. 11. 24.*]

[Margin: Zuinglius cũ aſſeclis negat.]

Libri II. Cap. 22.

luiſſe Chriſtum id, quod hiſce verbis, *Hoc eſt corpus meum*, ſignificatur, aſſerere: ſed hic potius contrarium; hoc non eſt corpus meum, ſed ſignum, & figura mei corporis. Vos repudiato apertiſſimo trium Euangeliſtarum contextu, atque conſenſu, Zuinglij, Caluinique opinioni ſubſcribitis: eorumque tenebricoſa commenta, falſiſſimaque gloſſemata pro pura, putaque religione venditatis. Ergo ſiquidem poteſtis, negate pluris apud vos eſſe mendacium hominum opinionem, quam diuinas filij Dei ſanctiones. Hoc Saluator edixit: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Hoc eſt, nemo, qui baptizatus non ſit, poteſt ſaluari. Caluinus cum Sectariis id omnino pernegat: aſſerens infantes non expiatos Sacramento Baptiſmi ſaluari. Vos Caluino creditis, non verbis IESV CHRISTI. Cum Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus authoritatem, qua ſuo nomine peccata condonarent, Chriſtus impertiret, hæc eſt effatus: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Ac ſi diceret: vobis quidem antea facultatem patrandi miracula ſum largitus, nunc ius, & authoritatem impertio, qua poſſitis hominum peccata remittere. At Caluin⁹ cum tota Schola Geneuenſi docet abſolute, nullaque diſtinctione adhibita mortalium neminem poſſe peccata relaxare: vobiſque perſuadet, nulla modo ab Eccleſia fieri miracula. Conſtat igitur vos hominum dicta magni pendere: Chriſti vero ſententiam improbare. Docet Apoſtolus Paulus, *Hominem non habere neceſſitatem* (ad operandum) *habere autem poteſtatem ſuæ voluntatis.* hoc eſt, libero eſſe preditum arbitrio, adeo vt bonum quippiam, aut malum ſi velit facere, ſi no-

Ait Saluator *Io. 3, 5.* negat Caluinus.

Ait Chriſtus *Io. 20. 23.* Negat Caluinus.

1. Cor. 7, 37. S. Paulus affirmat.

Google

lit, poſſit omittere. Veſtri autem Doctores tradūt. *Nullum homini ineſſe libertatem: eumque ad recte agendum arbitrio carere libero.* Idem Apoſtolus credit, ac docet. *Eccleſiam Dei viui eſſe columnam, & firmamentū veritatis.* Contra veſtri Inſtitutores aſſerunt, *Eccleſiam errare poſſe, funditus euerti, & obrui,* imo re ipſa erraſſe, longaq; annorum ſerie ſepultam, inuiſibilemq; iacuiſſe: & (quod dictu horrendū eſt) omnis Idololatriæ columnā extitiſſe. Commendat Apoſtolus *Traditiones,* Eccleſiæque decreta, quæ ſine omni ſcripto, veluti per manus à maiorib⁹ Chriſtiani acceperunt: *Tenere,* inquit, *traditiones, quas didiciſtis ſiue per ſermonem, ſiue per Epiſtolam noſtram.* Tota vero reformata à Caluino caterua nullā plane *Traditionem,* ſed ſolam Scripturam admittendam vociferatur. S. Ioannes Apoſtolus ſuos vt Diſcipulos ad exequendā Dei legem inflammet, ait, *mandata eius grauia non ſunt.* Et ipſe Chriſtus, *Iugum meū ſuaue eſt, & onus meum leue.* Caluinus vtrumq; arguit mendacij: & eorum ſe opponens authoritati non ſolū grauia eſſe mandata contendit, verum etiā eiuſmodi, quæ ferri non poſſint: legemq; Dei nō modo grauem, imo vero impoſſibilē. Hæc & alia oīa Caluini & Symmiſtarum eius ꝓnunciata vos, ac ſi ex Apollinis Pythij ederentur oraculis auidiſſime arripuiſtis, hebetiores vero, imo penitus occluſas habuiſtis hacten⁹ aures ad ea, quæ à Chriſto & Apoſtolis veſtris dogmatis omnino contraria, proferuntur. Hęc pauca habetote, ceu quoddā ſpecimen, ex quo poteritis de tota veſtra doctrina ferre ſententiam: quæ ſi æqua fuerit, clara voce dicetis, vos pluris hominum quam Dei verba ducere, plusque humanę, quam diuinæ authoritati deferre. Ex hoc præterea

vobis

LIBRI II. CAP. 22.
Miniſtri negant.
1. Tim. 3. 15
aſſerit Paulus.
negant Miniſtri.
S. Paulus ait *2. Theſſ. 2. 15.*
negāt Caluiniſtæ.
Ait S. Ioannes.
1. Ioan. 5. 3.
Et Chriſtus
Mat. 11. 30.
negat Caluinus.

vobis licebit agnoſcere, vos in calumniandi genere primas merito tenere: quandoquidem id quod veſtræ Sectæ maxime proprium eſt, Catholicæ Eccleſiæ non dubitatis adſcribere: & ſubinde obiicientes hominum authoritatem potiori apud eam eſſe loco, quam Dei ſermonem: nec tamen huius proteruæ obiectionis vel vnicum argumentum, ab annis octoginta potuiſtis afferre. Sed de quinta nota hactenus; ad ſextam veniendum eſt.

Sextam Hæreſim, & Hæreticorum notam eſſe fraudem, atque crudelitatem Hugonotiſmo peculiarem.

CAPVT XXIII.

PRiuſquam ad ſextæ, quæ de aſtuta crudelitate ſumitur, notæ probationem aggrediar, eos omnes, qui veſtræ fidei, atque doctrinæ ſunt addicti, magnopere rogo, vt ſine offenſione, quæ ſum dicturus, excipiant. Nam ſi iuſtam habet neceſſitas excuſationem, cogor de his adiunctis, notiſque diſſerere, vt quam agito feram, ex ipſius dentibus, & cornuum immanitate deſignem: feram dico ſæuiſſimam, quæ Deo bellum infert, & eos qui ſe ad eam adiunxerint, diuexat, maleque perdit. Quod ſi recta intentio id, quod neceſſitate adductus inſtituo, gratum poſſit, acceptumque reddere, ſerio teſtor meam non eſſe mentem, vt vobis, veſtriſque gregalibus crimen vllum obiiciam, vel iniuriam inferam; eorumue quæ vidimus, mala, quæ pertulimus, quæ ſine gemitu ac lachrymis non poſſunt commemorari, memoriam refricem: ſed vt quam ſuſcepi, veritatis cauſam defendam:

LIBRI II. CAP. 23.

& iſtius, quæ tam crudeliter Chriſtianas animas perdidit, religionis peruerſitatem in apertum exhibeam. Non me quidem fugit inter vos eſſe miti ingenio, naturaque non inhumanos nonnullos, qui nunquam inauditam illam probarint crudelitatem, quam ſciunt Scholæ veſtræ Magiſtros, atque Diſcipulos ſuperioribus annis exercuiſſe: ſed fortaſſe neſciunt, huius inhumanitatis cauſam Hęreſi adſcribendam eſſe: hac enim peſte qui ſemel infecti ſunt, neceſſe eſt eos fraudulētos, duros crudeles ſtatim euadere: neſciunt illos è veſtro grege, qui candore animi, & humanitate commendātur, non ideo tales, quod Hugonotiſmum profiteantur exiſtere, ſed quod eorum naturę bonitas hunc Hugonotiſmi ſit deteſtata characterem. Eam ob rem nullam hic debent iniuriam ęxtimeſcere: imo potius ſperare, aliquid ipſis honoris & vtilitatis, non minus quam Catholicis acceſſurum: cū huiuſmodi crudelitatis notam in Hæreſi, vt in propria ſede inhærentem ſint agnituri: ſibi vt caueāt, ne eadem poſthac inurantur. Affirmo igitur veriſſime, doctrinam veſtram natura fallacem eſſe, atq; crudelē: idque nulla re clarius, quam ex eius principiis, & effectibus intelligi: non abſimili modo, quo ex naturæ ſuæ partibus arbor fructibusq; cognoſcitur. Doctrinæ iſtius principia ſunt effata veſtra: effecta vero quæcunque vidimus ex illis emanaſſe. Quæ iam à me diſſerentur, ea poterunt in ſummam hac ratiocinatione perſtringi. *Illa Religio, atque doctrina ex ſe fraudulenta eſt, & inhumana, quæ fraudum & crudelitatum axiomata continet; quæque fraudum & crudelitatum effecta producit: Atqui veſtra Hugonotica Religio ac doctrina eſt huiuſmodi. Haud igitur dubium, quin duas*

Crudelitatis parens Hæreſis.

Doctrina qualis quęque ſit ex axiomatis & effectis eius oſtenditur.

Matt. 7. 16.

Breuis ratiocinatio probationem generalem propoſitionis continens.

haſce

Libri II. Cap. 23.

haſce peſtilentiſſimas qualitates in viſceribus habeat incluſas, eorumque ſemina ſtudioſe foueat. Primum huius ratiocinationis membrum adeo perſpicuum eſt, nullá vt probationem requirat, vos facile illud admittetis, vt verum, quis n. malã eſſe, negauerit arborem, cui vitioſa inſit radix, nec alios, quam peſtiferos fructus producat? Aut genus illud ſerpentis eſſe viperam: quæ gignat ex ſe viperas? Priori propoſitione conceſſa, ſcio vos poſteriorem pernegaturos: ad eam igitur confirmãdam accedo, planum facturus fraudis, & crudelitatis plenam, ac fœtam veſtram eſſe Doctrinam: idq; ex rerum à vobis maioribusque veſtris geſtarum vſu, exemplisque conſtare.

Pronunciata fraudum & crudelitatis Hugonotica.

Capvt XXIV.

Fraudulẽtum & inhumanum Miniſtrorum axioma.

ABiis exordiar, quæ animam attingunt, vbi fraus, & crudelitas maiorem ſubeunt vituperationem, quam ea, quæ ad corpora perdenda comparantur. Vnum è veſtris pronunciatis eſt: *Pueros infantes in matris vtero ſanctificari, & ſi abſque Baptiſmo extinguantur, nihilominus fore ſaluos.* Quod quidem axioma tam fraudulentum, quam inhumanum & crudele cenſendũ eſt. Nam ſpecie quidem videtur auribus gratum, perque iucundũ accidere, & titulo quẽ præ ſe fert ſanctitatis, promiſſæque ſalutis incautas mentes ſuauiter conſopire: dirum tamen damnationis æternæ virus, ac necem importat. Etenim huius harmoniæ ſuauitate illecti, ac ſopiti parentes, de Baptizandis infantulis curam

curam omnem abiiciunt: quod ex veſtræ doctrinæ præſcriptis, Sacramentum illud ad obtinendam ſalutem, minime neceſſarium arbitrentur: quo tamen in ſtatu miſelli morientes, in exitium rapiuntur æternum: quemadmodum diſertis verbis Saluator edixit: *Niſi quis renatus fuerit denuo, non poteſt videre regnum Dei.* Quod apertius inculcans, ait: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Nec vero dubitandum eſt, ex quo tam pernitioſam in Chriſtianum orbem intuliſtis doctrinam, innumeris infantulorum millibus in regnum cœlorum aditum intercluſum fuiſſe. Quo quid poſſit eſſe crudelius? Licet autem hæc animarum carnificina, communis ſit aliorum axiomatum effectus, quibus fidem Catholicam oppugnatis: planum eſt enim veſtræ diſciplinæ pronunciata omnia ad interitum animarum referri: eoque nomine cenſeri atrociſſima: propoſitum nihilominus effatum tria adiuncta præ cæteris inſigniter crudele demonſtrant.

Libri II. Cap. 24.

Nemo poteſt ſine Baptiſmo ſaluari.

Mar. 16. 16.

Ioan. 3. 3.

Ibib. v. 5.

S. Aug. l. 1. de pecc. mer. & remiſſ. c. 10. & 30. & l. 2. c. 17. & l. 3. de Orig. animæ c. 15. Seuer. 15. in Cat. Græc.

Primum, eo quod ad hoc genus crudelitatis ſponte, ac temere exercendum inducit. Cum enim Baptiſmus nunquam non bonus ſit, vt veſtra fides videtur agnoſcere: nec poſſit infanti nocere, ſitque in eo negligendo periculum: cumque ingenitum mentibus à natura lumen tutiorem in rebus magni momenti viam eligendam vobis indicet: nihilominus eos in certiſſimum Salutis æternæ diſcrimen adducitis: libetque innocenti ætatulæ oſcitanter illudere, in negotio omnium, quæ agi poſſunt, maximo, in quo nimirum Salus, calamitaſue ſempi-

Tria crudelitatis adiuncta.

In rebus dubiis tutior via tenenda.

ſempiterna verſatur. Agite vero: ſi hoc vti Sacramento longe tutius eſt, atque ſanctius, quam illud per ſummam incuriam omittere, cur eo potius nō vtimini? Cur non eſſe neceſſarium iactatis? Nonne vt ex conſilio, ac mente cacodæmonis, qui vobis hoc ſuggeſſit effatum, vſus tanti Sacramenti negligetur?

Altera crudelitatis circūſtantia.

Secundo hæc cum inexpiabili fraude coniuncta crudelitas omnes humanitatis cancellos excedit: quod in infantulos veſtræ fidei, ac poteſtati traditos adhibeatur: quorum tenera ætas, miſerandaque conditio tanto amabilius curam veſtram, & opem implorat, quanto maior eſt, ætatis infirmitas, per quam nec animi ſenſu detegere, nec certa voce auxilium rogare poſſunt: eiulare duntaxat, atque lacrymulis orare, & obſecrare vobis, vt ſuæ animæ curæ ſint, ac per ſanctum lauacrum à ſalutis authore ad animas expiandas inſtitutum in Eccleſia, liceat ſibi in album Dei filiorum adſcribi. Adeone duri, ac ferrei in Caluini mandra euaſiſtis, vt infantulorum veſtram opem miſerando vagitu rogantium, nulla ratione miſereamini? Tanta ne animi veſtri durities, vt non poſſit hac flebili voce, hic lacrymulis emolliri? Quæ tam ſocors inhumanitas: vt ob exiguam curam neglectam, nec illis impenſam, eos patiamini cœleſti regno, ad quod fruendum Dei benignitate creati ſunt, omni æternitate priuari? Si omnium iudicio tyrannus eſt habitus Herodes teterrimus, quod certę infantium Hebræorum multitudini huius lucis vſuram ademiſſet, quos tamē, licet præter cogitationē, in domo Dei glorioſos athletas ac martyres effecerat: quanto maior eſt veſtra hæc tyrannis, cui ludus

Hæreſis in infantulos crudelior, quam Herodes.

Mat. 2. 16.

Innocētes vere ſunt martyres.

Iren. l. 3. c. 8

Iuſtin. q. 13. ad Orthod.

ludus eſt animarum carnificinam exercere: tot millia vtriuſuis ſexus infantulorum, Deum veſtramque fidem implorantium perdere, mortique addicere ſempiternæ? LIBER II. CAP. 24. *Cypr. l. 4. ep. Orig. Hom. in Matt. Hil. in Com. & alij.*

Tertio veſtrum axioma in eo crudele iudicandũ: quod ipſos parentes, exitialia quædam inſtrumenta ad proprios liberos interimendos efficiat: qui tamen humano, diuinoq; iure ab omnium moderatore Deo, ſint fideles eorum ſalutis cuſtodes, curatoreſque cõſtituti: quibus ſi aliquando vobis docentibus perſuaſum ſit, ſanctos eſſe quos liberos ſuſceperunt, nec eis neceſſarium eſſe Baptiſmum, de his baptizandis curam omnem ſtudiumque deponunt. Quos ſi in illo miſerabili, peccati ab origine contracti, ſtatu, emori ſua voluntate patiãtur, execranda paricidia in eos perpetrant, cum eos p̃cipites agant in interitum, quauis morte corporea crudeliorem, magiſque deplorandum. Huius immanitatis magnitudo nec verbis exponi, nec cuiuſque poteſt cogitatione comprehendi. Poetas legimus Bacchi furorem verſibus exaggerantes, quod Pentheum ad afferendam liberis necem adegerit: deteſtantes pariter Regis Atrei crudelitatem, quod Thyeſta fratri ad menſam liberos eius trucidatos, & coctos iuſſerit inferri: meræ ſunt fabulæ ad exẽplum, & imaginem inauditæ crudelitatis excogitatæ: quæ minus tamen habent in re ficta quam veſtrum axioma in vera. Nam quamuis ea quæ fingendo narratur carnificina vera fuiſſet, tamen corpus tantum, idque ad breuiſſimum temporis ſpatium attigiſſet: hæ vero cædes, hæc horrenda dictu paricidia, & vera ſunt, & animam & ipſam æternitatem attingunt. Dauidem audimus, ſuę gentis ho-

Tertia crudelitatis parentum circumſtãtia.

Pentheus.

Thyeſtes.

LIBRI II. CAP. 25.

minibus, vt in expiabile facinus exprobrantem ꝙ impuris Dæmonib. liberos immolarent: at axioma veſtrum quoad poteſt, parentes qui Chriſtiano glo riantur nomine ſolicitat: vt acerbius quam Hebręi in liberos ſæuiant, cum eos libenter extingui abſq; ſalutis charactere patiantur. Quænam igitur tanta inhumanitas, barbaries tanta & impietas Religionis, quam Reformatam vos non pudet appellare?

Pueruli Dę monib. im molati. *Pſ. 105. 37.*

Doctrina Miniſtrorum crudelitas in fidelium mortuorum animas.

CAPVT XXV.

APud vos iactatur alterũ haud diſſimili crudelitate tinctũ axioma, ſed circa aliud argumẽtum, hocce videlicet: *Orandum non eſſe pro fidelibus mortuis, nec in altera vita vllas Purgatorij ſupereſſe pœnas ſubeundas: imo nec vllum Purgatorij locum exiſtere.* Hoc à vobis identidem proclamatum axioma, ſuꝑ Hæreſis peruetuſtæ ruinis fundatum, ſuperius iam refutatum, & paulo poſt refutandum, incredibilem ſecum trahit immanitatem: nam omni ſolatio, & ſpirituali illorum animas priuat auxilio, qui communi nobis ſunt charitatis nexu coniuncti: quorum eſt profecto miſeranda conditio, planeque digna, quæ miſericordia; & piis viuorum officiis releuetur. Nam debitas quidem pœnas eo loco animæ detentæ, eaſque acerbiſſimas luunt: ad quas mitigandas, Deique iuſti Iudicis miſericordiam ſibi conciliandam, fratrum in hoc orbe viuentium, & amicorum preces, ſacrificia, & cætera eiuſmodi bonorum operum auxilia dies ac noctes efflagitãt. Hoc ſiquidem religioſum erga mortuos fideles officium Pater miſericordiarum Deus omnibus

Crudele pronuntiatũ in mortuos.

ſua

ſua in Eccleſia ſeculis probauit, exerceríque voluit, non minus quam viuorum pro viuentibus preces approbat: vultque alios ab aliis mutuis officiis, recteq; factis adiuuari: de quibus exhibitis, aut neglectis prædixit ſe die ſummo pronuntiaturum eſſe iudicium. Cæterum ad tantam inopiam, ac neceſſitatem adductæ ſunt animæ, quę in illis purgationis incendiis expiātur, par vt nulla poſſit hic inter mortales reperire. Varia quidē ſunt, & grauia ſupplicia, quib. vi legum apud omnes gētes, ſicarii, latrones, aliiq; malefici homines excruciari, mactariq; ſolēt: incredibile dictu eſt, quot, & quam acerba tormētorum genera pertulerint Christi cauſa Martyres: quos legimus verberib. cōciſos, in equuleo tortos: fluctib. immerſos: rotis confractos: feris obiectos: flāmis cōbuſtos: iis deniq; ſuppliciis extremis affectos, q̄ ingenioſa poterat excogitare crudelitas: *grauior tamē eſt*, ait S. Auguſt. *ille ignis, quam quidquid poteſt homo pati in hac vita.* Proinde cum hoc axiomate neminem igne tali cruciari: imo nec eum in rerū naturæ exiſtere docetis, in malitioſam, atq; crudelē Hæreſim vos immerſos eſſe fateamini neceſſe eſt: pias ſiquidem animas vnico ſpoliat illa p̄ſidio, qđ ſecundū Deum ab amiciſſimis fratrib. expectant, vel potiꝰ iure quodā neceſſitudinis exigunt. Nec illa tā tum indocte, ſed prorſus impie, q̄ patiuntur tormēta deridet: ad eū modum quo quiſpiam nec hoſpitalem domum, nec vllos carceres in vrbem eſſe diceret: in quibus tamen vincti, ægrotique degerent quam plurimi, inopia, fame, dolore, variiſq; calamitatibus oppreſſi: eaq; perſuadēdo efficeret, vt ciuiū erga eos miſericordia, ſtudiū, & charitas refrigeſceret, ac penitꝰ extīgueretur. Ex iver. negari nō pōt

LIBRI II. CAP. 25.

Futurū de bonis, ac malis, operib. iudiciū extremū.

Mat. 25. 34 35. & ſeqq.

Ignis expiatorii, Purgatoriique cruciatus, ſummis huius mundi tormentis acerbiores

Aug. in Pſ. 37. Et de vera et fal. Pœn. c. 18. 24. & ſer. 41. de ſanctis, qui eſt 4. de animabus defunctorum

Maligna, crudeliſq; Miniſtrorū irriſio.

LIBRI II. CAP. 25.

quin Cacodæmon animarum tyrannus, vt quietis fidelium mortuorum, ita ſalutis infantulorum inimiciſſimus, huius ſecundi vt illius primi pronuntiati furore veſtras mentes afflauerit: tum vt conceptum ab omni æuo in Eccleſiæ membra odium aleret: ſuoque more afflictis illuderet: tum vt inflãmati furoris vos ſtentoreos buccinatores, ac perfectores haberet: proque merita tãti ſceleris mercede, vos ipſos requie, ac ſalute, quam aliis eripere conamini, priuaret. Vna eſt inſuper crimen veſtri Miniſterii vehementer adaugens hic obſeruanda circumſtantia: ea eſt, quod non modo ſine conſciẽtia, verum etiam vltro, nullaque de cauſa hoc nefarium bellum aduerſus pias animas, & paruulos ſuſcepiſtis: nec enim vos, maioreſque veſtros latere potuit, hoc impium quod buccinatis axioma, longe ante, à ducentis videlicet annis ſupra mille, in Aerio fuiſſe damnatum: quem hominem Catholici Patres Hæreticum conclamarunt, vt ante monui, & anathemate perculerunt: eo quod ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium, orationes, & oblationes pro mortuis fieri ſolitas, improbaret. Nec vos illud etiam fugit, Caluinum perſpicua veritate impulſum agnoſcere, non in Eccleſia tantum diuturna obſeruatione receptum: ſed in omnib. Gentibus in more poſitum, vita functis vt parentaretur, & pro iis ad Deum preces funderentur. Scire denique potuiſtis, quam fidem de Purgatorio, deque orando pro vita functis fidelibus docet Eccleſia, tam fuiſſe communem, & certam apud omnes omniũ ſeculorum mortales: quam illam ipſam, quæ de vno Deo, de Paradiſo beataque vita: de inferno, & improborum ſuppliciis maxima fuit conſenſione celebra-

Aerius dãnatus vt hæreticus quod pro mortuis orandum negaret. *S. Aug. Hær. 54.*

Fatetur Caluinus ſemper in Eccleſia fuiſſe ſupplicatum *Inſt. l. 3. ca. 5. §. 10.*

Fides de Purgatorio, tam antiqua eſt, quam quę de Paradiſo, Inferno &c.

celebrata. Præſertim cum id veſter Antiſtes Caluinus aperte fateatur: *Scimus*, inquit, *apud cunctas Gentes, & ſeculis omnibus iuſta fuiſſe ſoluta mortuis, & luſtratas quotannis fuiſſe eorum animas.* Tam certum igitur apud omnes fuit, & indubitatum, ignem, & pœnas poſt hanc vitam expiatorias, quam Infernum, quã Paradiſum numenque ſummum exiſtere. Eam ob cauſam cum ex his videretis nullum veſtræ conſciẽtiæ lædendæ, honoriſque Deo debiti violandi ſubeſſe periculum, cur non induxiſtis animum, vt cum genere mortalium vniuerſo crederetis, temporalem in altero ſeculo, à ſupremo rerum arbitro ad expiandas, quæ hinc cum aliqua labe migrant animas fuiſſe conſtitutum? Et ſi pium, laudeq; dignũ eſt, inopia & calamitatibus viuentes oppreſſos beneficentia, recteque factis leuare: nonne potuiſtis videre, non minoris eſſe pietatis, ſupplicationib. eleemoſynis, ſacrificiis, & cęteris recte factis Chriſtianorum fratrum animas recreare, qui hinc Deo quidem gratæ, nec ab eius corporis myſtici communione ſeiunctæ migrarunt: ſed non cum exacta noxarum purgatione, ad quam faciendam cœleſti fidei lumine, vel occulto naturæ inſtinctu mortales impelluntur? His inquam perſpectis, planeque cognitis, nonne par erat vos tutiores partes amplecti, certiſſimeque tenere, magis conſentaneum eſſe rationi, Chriſtianæque charitati Ducem Eccleſiam Dei ſequi, antecedẽte pręſertim quinque priorum ſeculorum exemplo: quibus annuente Caluino, fidei viguit integritas, & vſus orandi pro mortuis: quam à communione Catholica, & totius antiquitatis conſenſu deſciſcere: & quantum in vobis fuit, iis omnem ſpiritalis auxilii aditum obſtinere:

LIBRI II. CAP. 25. *Cal l. 3. Inſt. c. 5. §. 10.*

Fatetur in Eccleſia sẽper fuiſſe vſum orãdi pro mortuis.

Veram doctrinã primis quingentis annis in Eccleſia perſeueraſſe fatetur Calui. *l. 1. Inſt. c. 11. §. 13.*

LIBRI II. CAP. 26.

quos Chriſtiano vinculo vobis coniunctos, vt fratres debebatis agnoſcere: omniq; ratione in emẽdatorio igne detentos iuuare? Vnde tantus nocendi ardor erupit? Nonne ex implacabili, odio, vt dixi, teterrimi Inferorum Tyranni, qui hoc fraudis, & crudelitatis effatum in mẽtes veſtras infudit, illius vt prædicatores eſſetis?

De eadem nota, ex aliis Nouatorum effectis confirmata.

CAPVT XXVI.

DVo veſtra, quæ dixi, fraudulenta, & inauditæ crudelitatis axiomata, veſtris in Commentariis, & libris editis leguntur: vobis ea prædicantib. audiuntur: in publicis Gymnaſiis tradũtur: & ſumma contentione propugnantur. Sed enim vnũ occultius in intimo iſtius doctrinæ receſſu latitat: ꝙ reipſa effectiſq; potius euidentib. quam ſcripto, vel ſermone ſe prodit. Inſtinctus eſt, inquam, abditus, quo veſtra Religio ſuis alũnis, aduerſus germanos Eccleſiæ Cathol. filios (quos illa per contumeliam Papiſtas indigitat) afflare conſueuit. Primũ efficit, vt cum his diſſimulanter verſantes, beneuolentiã, morumque facilitatem prę ſe ferant, animo tamen ſint ab illis auerſiſſimo: eoſq; non ſecus ac Mãmalucos, & Scythas exercentur: poſtea vero quam vim ſummam, & poteſtatẽ ſunt conſequuti, aperto Marte eos velut infeſtiſſimos perduelles hoſtilẽ in modum inſectantur: tãtaq; feritate deſæuiunt, vt lupi rapaces ouiũ pellib. obtecti, iure, ac merito nominẽtur. Enimuero nulla eſt orbis Chriſtiani ꝓuincia, nullus in tota Europa angulus, in quo veſtra Secta ſua figere ſigna, ac certam ſedẽ occupare potuerit,

Hæretici lupi rapaces. *Mat. 7. 15.*

verſ-

veriſſima eſſe quæ dico, non abunde teſtetur. Pleni ſunt Annales, plenæ hiſtoriæ, plena ingentia Scriptorum volumina, rerum à veſtris inaudita crudelitate geſtarum: quarum ſi vel centeſimam partem vellem hic percenſere, longior multo eſſet toto opere futura digreſſio. In ſumma, nullum crudelitatis genus, à veteribus Getis, Scythis, aliiſue Gentibus immanitate Barbaris, priſciſue Tyrañis ad ſuos capitales hoſtes excruciandos, vſurpatũ fuiſſe confirmo, quod maiores veſtri, ad huius recentis Euãgelii normam reformati, in eos non adhibuerint: quos certe communi cum ipſis Chriſtiani nomine, hoc eſt pacis, & fraternitatis titulo ĩſignitos eſſe nõ neſciebant. A quo tandem violentas manus abſtinuerunt? Quemquamne illorum humaniter habuerunt, qui in ſuam aliquando veniſſet poteſtatẽ? Cuinam vel ſuorum popularium fidem Catho. ꝓfitẽtium pepercerunt? Nulli, cuiuſcũq; ſexus eſſet, vel ætatis. Non eos ciuiliũ Magiſtratuũ authoritas, non Principum Regumq; maieſtas, nõ Pontificum auguſta dignitas eorum potuit ita feroces animos lenire, quin ſe illorũ ſanguine, cædeq; cruentarent. Nullã in illis Reformatis formam humanitatis viderunt: ſed ferarum immanitatẽ ſenſerunt ſummi, ĩfimi, Dynaſtæ, plebeii, viri, fœminæ, puellæ, viduę, virgines, iuuenes ſenes, Clerici, Religioſi, Sacerdotes, Epiſcopi, Abbates, Iudices, Pręſides, regii ciuitatum ac prouinciarũ Pręfecti, equites, torquati: non eſt facultatis meę recenſere innumerabiles omnium ordinũ homines innocentiſſimos, à veſtrę factionis reformatis, captos, fortunis omnibus ſpoliatos, vinctos, vexatos contrucidatos: non in acie explicata, aut aliquo cruento conflictu:

Libri II. Cap. 26.

Furor, & immanitas eorũ qui primi Hugonoticã reformationem ad miſerunt, in omne genus hominum.

Libri II. Cap. 26.

non in vrbium expugnatione, hoſtiliue concurſu: non in ardenti dimicantium furore, telo, haſta, gladio, globoue ferreo eminus eiaculato, ſed animis ſedatis, certoque conſilio, conquiſitis vndique ad cruciandum, & mactandum inſtrumentis, ferro, flãma, fluctibus, maximo elementorum orbis horrore, cum elementa hac tot hominum Deo, atq; Regum ſuorum obſequio addictorũ carnificina, cruoreque ſe contaminari, ac funeſtari perſentiſcerent. Quæ porro tãtæ crudelitatis cauſa? Alia nulla prorſus, niſi quod Orthodoxam fidem, ac Religionem quam in Eccleſia Catholica inde ab aureo Apoſtolorum ſeculo per manus auorum acceptam, conſtanter ac religioſe tuerentur. Nec vos: quæſo Miniſtri, nec Catholici, qui probe quænam ſit ratio defendendæ veritatis intelligunt, mihi ſuccenſeãt: quod hic videar ab officio diſcedere, dum ea ſileri patior, quæ acriore copioſioreque ſtylo in lucem debuerãt efferri: vt meæ ratiocinationis confirmatio, oculis omnium illuſtrior, atque teſtatior exhiberetur. Vos iterũ quæſo date mihi hoc: & cum illis concedite, vt hic omittantur dictu, audituque horrenda crudelitatis exempla: quæ primi veſtræ nouatæ Religionis authores patrarunt; non iam dicã in Anglia, Scotia, Belgio, Germania, Polonia, quod illæ regiones ſint multis ignotæ: ſed in noſtra patria, in media, extremaque Francia, communi omnium noſtra in matre optima, vbi cuncta à Franciſ viſa, vel certe audita ſunt: horum teſtes Picardi, Andegauenſes, Normanni, Bituriges, Pictaui, Sãtones, Cadurci, Bazatenſes, Burgundi. Lugdunenſes Auſcitani Delphinates, Seguſiani Viuarienſes, Facile, credo, patiemini Lamentabilem eorum hiſtoriam

Conſulto animiſq; ſedatis patrata feritas.

Quibus in Franciæ locis primi Hugonoti crudelitatem exercuerint.

ſtoriam prætermitti, quos veſtræ doctrinæ propugnatores in Delphinatu è rupe Mornacenſi è turri vulgo du Garrot: Rupellæ, è mœnibus in ſaxa Blayis, è ſpecula editiſſimæ turris Montebriſono præcipites egerunt: aut eorum quos præter omnẽ fidem, miſericordiam, ac legem, in Bazatenſes, & Nemauſenſes puteos aceruatim cõtruſerunt. Hęc inquam, quorum eſt permoleſta recordatio taceantur, in hoc præſertim argumento mihi ea potius mente propoſito, vt malum patefaciam; quo deinde vitetur, quam vt amplificem: itaque videar, de veſtræ Religionis ſectatoribus velle triumphare: & eo maxime quod eorum qui modo ſunt inter vos plurimi, paulo mitiori ingenio, quã maiores ipſorum, ac magiſtri, rerum experientia, longo melius quam veſtra doctrina prudentiores effecti, hęc immania, fera, crudelia, inauditaque facinora deteſtẽtur. Probantibus vobis igitur hoc meum ſilẽtium, bona etiam cum veſtra venia mihi liceat aliquot inhumanitatis exempla proferre, quæ illi ipſi in mortuos, & res alias vita, & ſenſu carentes ediderunt. Nec enim moleſtum vobis hoc eſſe debet: mihi vero tum ad propugnandam fidei noſtræ cauſam: tũ ad propoſitam notam euidentius declarandam duco neceſſarium. Libri II. Cap. 26.

Eadem nota confirmatur facinoribus aliquot adductis, quæ Hugonoti in mortuorum ſepulchra, & alia quædam in anima patrarunt.

Capvt XXVII.

Hanc prętereà notam inhumanitatis nemo non

LIBRI II. CAP. 27.

perſpicit, illis in facinoribus inſigniter expreſſam, q̃ veſtræ partis homines aduerſus res vita, ſenſuq; omni deſtitutas nefarie cõſciuerunt. Nam licet furioſus hic impetus non his tantam perniciẽ, quantam animabus, ac viuentium corporibus attulerit: eo tamen eſt feritas ducenda crudelior, quod ſe aduerſus oſſa, monumentaque mortuorum: aduerſus lapides, moleſq; templorum: nimirum aduerſus ea quę neminẽ lædere, aut laceſſere poſſunt, armarit. Xerxem Perſarum Regem ira percitum veterum literæ produnt iuſſiſſe mare verberari, quod claſſi vehendæ minime fuiſſet accommodatum: acerbaque montibus verbera minitatim, niſi facilẽ exercitui tranſitum darent. Quod excandeſcentiæ genus ſtultum plane eſt habitum, propterea ꝙ exerceretur in ea, q̃ non ita facta ſunt vt cuiuſquã valeant mandata conficere, veſtrorum, aũt multo fuit deterior iracundia: nam illa Regis Barbari in eo ſolum modum exceſſit, quod meram habuerit fatuitatem annexam: ſed in veſtra præter fatuitatẽ inſignis impietas agnoſcitur, eo quod haud ſolum res mutas & inanimatas, ſed etiam ſacras, & legum diuinarum, & humanarũ priuilegio ſanctas, atq; inuiolabiles inuaſerit. Magna ſemꝑ in omni Natione fuit aduerſus ſepulchra adhibita reuerentia: maior mortuorum cadauerib. habitus honor: quod eorũ cauſa ſepulchris ſanctitas accederet? quæ quicunq; violare, vel leuiter, fuiſſent auſi, grauiſſimas olim tãti criminis, cõtra ſocietatẽ humanã ſuſcepti, pœnas luebant. Miles quidã gregarius inueniẽdę pecuniæ ſtudio impulſus, in ꝑſcrutando Cyri ſepulchro deprehenſus, è veſtigio Alexandri iuſſu, ad laqueum abre-

Ridicula Regis Xerxis iracundia.

Plut. de Ira cohib.

Sepulchrorũ ſanctitas.

Cic. 1. Tuſ. Feneſt. de Magiſtr. Ro. c. 8. Plato lib. 12. de leg. 1. Mach. 13. Virg. 11. Aen. Iuliã. Tit. de ſepulch. violat. Plut. in Alex. I. Prat. ait. §. aduerſus eos ff de ſepul. viol. & l. rei ſepul. ff. §. eodem. & l. ſi quis ſepul. Et l. qui ſepul. cler. C. eodem. Et l. cũ ſit in 11. *& C. eo.*

abreptus fuit. Illos execrãtur leges, qui ſepulchris iniuriam inferunt. Maiores veſtri, non quidem vt ille miles auaritia, ſed furore præcipites innumera mortuorum ſepulchra inuaſerunt, violarunt, ſuffoderunt. Non.n.vos fugit, eos plurima corpora Sanctor. effodiſſe, & piorum oſſium quietem, pacemq; pturbaſſe: q̃ mors ipſa, licet crudelis ſit, & inexorabilis, in tumulis ad ſupremũ vſq; diem qeſcere patiebatur. Audiſtis, credo, qua pciti rabie ſacra oſſa Sanctor. Eutropii ac Benigni Engoliſmæ effoderint: corpora ſimiliter duorũ inſigniũ, ac ſanctiſſimor. Auſonini & Eparchi, & cũ hui⁹ capite vt globo miſſili ad metas in clauſtro Cœnobii diu multumq; indigne colluſiſſent, oĩa in vnum cum bona viuificæ Crucis Domini, ac Saluatoris noſtri parte congeſta flammis tradiderunt: poſtea collectos inde cineres in proximũ fluuium vulgo Charẽte ſparſerunt: vt labentes illius fluctus eorum ſeruiret inhumanitati, qua terram paulo ante iniurioſe tracta rant ſacris ab eius ſinu pignorib. ablatis: qua aerem & ignem violare conſueuerant Cathol. in iiſdẽ aut ſuſpendio p̃focatis, aut flammis vſtulatis: quorum deinde cineres, oĩs vt eorũ memoria deleretur, vẽtis obiiciebant. Inſuper Vzeſtæ in agro Bazatenſi corpus Clemẽtis eo nomine V. extractum è tumulo eadem inhumanitate tractarunt: fuerat ille primum Burdegalenſis Epiſcopus, vnde ad Apoſtolicam ſedem euectus, vt in vniuerſa Eccleſia gubernanda prudentiſſimum ſe Paſtorem re, factiſque oſtendit, ita maximum Frãco nomini attulit ornamentum. Præterea variis in locis venerandis plurimorum Chriſti ſeruorum exuuiis incredibili cum impietate, & Barbarie, quæ vix commemorari, credi-

LIBRI II. CAP. 27.

Corpora Sanctorũ [illegible] Engoliſmæ.

Corp⁹ Clementis V. PP. effoſſũ Vzeſta.

LIBRI II. CAP. 27.

credíue poſſunt, contumelias intulerunt. Nimirũ capiti S. Matthiæ Apoſtoli Barberiaci, parti cranii S. Ioannis Baptiſtæ in oppido cui à S. Angelis nomen eſt: vt non exiguę portioni ſanguinis eiuſdem Præcurſoris quæ Vaſati religioſe aſſeruabatur: S. Hilarii, ſanctæque Radegundis Reginæ Francię Pictauis: S. Martini Turonis: S. Aniani Aureliæ: S. Iuliani Cenomanis: S. Irenæi Lugduni: S. Eutropii Strauſicæ. Placet hoc loco exemplũ vnum referre, quod ante quadraginta quinque, & amplius annos me videre memini. Anno poſt Chriſtum natum M.D.LXII. eram Dignæ quo in oppido natus, & educatus ſum: quo tempore noui huius Euangelii propagatores, effoderunt plurimorum Sanctorũ corpora, quæ religioſe & honorifice in ſacello Aedis matri virgini ſacræ ad læuam manum qua itur ad aram maximam, tenebantur: inter quæ, & illud S. Renaldi, è nobili Porcelletorum familia eiuſdem vrbis, anno poſt Chriſti in terras aduentum M. CCC. XXIII. Epiſcopi, eodem nimirum ſeculo, quo S. Elzearius eiuſdem propinquus florebat: quod ſacrum pignus in argenteo loculo, ducentos años in magna fuerat veneratione: idque merito: nam non modo illius vrbis in qua vigilantiſſimum Paſtorem egerat, atque Arelatenſis, vnde ortum duxerat, verum etiam vniuerſæ Prouinciæ lumen, & ſingulare domus Porcelletorum extiterat ornamẽtum. Quæ familia non contenta ſertiſſimum illum Eccleſiæ florem obtuliſſe, in Prouincia, Italia, aliiſque locis nobiliſſimos ſtirpis ſurculos propagauit: in Lotharingia præſertim, in qua D. Ioannes à Porcelletis, ſacri Imperii Baro, Malliani Dominus, Sereniſſimo Duci, ob egregias animi dotes, Pruden-

Barberia. Caput. S. Matthiæ Apoſtoli. S. Ioã. Ba. SS. Hilarii & Radegũdis Pictauis. S. Martini Turonis. S. Aniani Aureliæ. S. Iuliani. Cenomã. S. Irenæi Lugduni. S. Eutropii Arauſicæ. S. Renald. à Porcelletis Oriundus Arelat.

D. Ioãnes à Porcelletis D. Malliani.

tiæ,

tiæ, Fortitudinis, Doctrinæ, Pietatis gratioſus: quẽ idcirco ſibi ab intimis Conſiliis, & in Ditione Barienſi Mareſcalum eſſe voluit: quem denique Deus multorum fecit patrem liberorum, in quibus expreſſam paternarum virtutum, & maiorum ſuorũ imaginem quiſque poſſit agnoſcere. Poſtquam igitur ſacris reliquiis profanum in modum illuſerunt, in quadam Vrbis platea eas non ſine nouo ludibrii genere, combuſſerunt. Nam ex illis nonnulli (Apoſtatæne Sacerdotes fuerint haud facile dixerim) ſacris veſtibus in templis ſine dubio compilatis, procedentis induti, precationem illam funebrem: Requiem æternam & vt in Eccleſia Cath. fieri ſolet in fidelium exequiis: per iocum clericos imitando cantillabant: quod impietatis genus renouarunt alio in oppido Caluini diſcipuli anno M. D.XCIII. ſuper duorum SS. corporibus, quos ſolita crudelitate mactarant. Si quæ ex Inferorum antris erupiſſent humana ſpecie amictæ furiæ, tetriue Cacodæmones magiſne furialiter potuiſſent fabulam, aut tragicam mortuorum contumeliam, ad Deum Angelos, & homines irridendos exhibere: quam hunc ſacrilegum iſti bacchantes Reformati fecerunt? Cum Vandali Ariana peſte infecti Africam vt rabidæ feræ vaſtarent, oſſa tamen S. Auguſtini, recens Hippone Regio ſepulti intacta omnino reliquerunt: quamuis non ignorarent illum ſuę Sectæ acerrimum fuiſſe aduerſarium: eamque ore, ſtyloque vehementer oppugnaſſe. Hæc ergo maiorum veſtrorum Barbaries, nõne Barbariem omnem ſuperat: quod Sanctiſſimorum hominum ducẽtis ante ipſorum nouitatem ſeculis mortuorum reliquias, adeo profane è ſepulchris extraxerint, tã imma-

Libri II. Cap. 27.

Inſignis Hugonotorum impietas.

Intactum relinquũt Vãdali corpus S. Aug. 11. menſib. ante direptionẽ Hipponenſis vrbis mortui.

Libri II. Cap. 27. immaniter vexarint, tam petulanter irriſerint, tamquã ferociter vſtularint, atque perdiderint? Videor hic audire vos dicentes zelo quodam religioſo maiores veſtros ad hæc patranda facinora fuiſſe commotos, nimirum vt omnis exercendæ ad corpora Idololatriæ præcideretur occaſio: vt qui dudũ inoleuerant Papiſmi abuſus, & ſuperſtitioſi extinguerentur? Appoſita ſane Barbaricæ impietatis excuſatio. At eamne cenſebant rationem ad viuos more veſtro reformandos, ſi mortui è ſepulchris extraherentur? Si ſacris eorum reliquiis hiſtrionice illuderetur? Si diuinæ humanæque leges perfringerẽtur? & à veſtræ Sectæ hominibus fieret, quod ne ipſi quidem Ethnicorum truculentiſſimi fuiſſent vnquam auſi cogitare? Et vero ſi ad hæc eo mouebantur animo, num fuerat ſatius, multoq; rationi cõuenientius ea corpora humi defoſſa profundius abdere, quam eadem ſepulta in omnium oculis, cũ iſta impietate iſtiſque ludibriis exponere? Non ſane fuit ardor, zeluſue Religionis: nõ diuini cultus inſtaurandi ſtudium, ſed exitiale Cacodæmonis odium, qui cũ ferre non poſſet Eccleſiæ Cath. erga ſacras Martyrum, ac ſeruorũ Chriſti reliquias pietatem, veſtrorũ maiorum animos ad eas ꝑ ſummũ nefas contumelioſiſſime diſperdendas inflammabat, vt olim Tyrãnos illis vt cruciatus, ac mortẽ inferrent, excitauerat. Cæterum quẽ vos abuſum, ꝗue Idololatriæ, genus, in huiuſmodi corporum veneratione fingitis? Illane habemus pro Deo, aut tãquam aliquod numen adoramus? Abuſumne aut Idololatriam putatis, honoris diuini cauſa piã venerationẽ illis habitam, cum ea Deus ipſe honoraret, & etiamnũ miraculis quæ per eos edit, tantũ il-

lis

lis honorē impertiat? Vobiſne peccare videtur Eccleſia, cū Dei ſeruos, & generoſos Athletas, ſuſpicit, & veneratur, eius ad imitationem qui eos multis retro ſeculis inuſitato more fecit illuſtres, maximoque honore digniſſimos? Etiamne Deum impoſtorem, & Idololatram appellabitis, apud quem tam excellenti ſint honore dignati?

LIBRI II. CAP. 28.

Aliis exemplis declaratur minime fuiſſe impulſos nouatæ Religionis ſectatores zelo pietatis, ad violanda mortuorum ſepulchra, & ſacras ædes euertendas.

CAPVT XXVIII.

NOn eſt ferēdum vos hoc zeli religioſi nomine diuti⁹ gloriari: quo ceu ſpecioſo velamine veſtrorum impietatem obtegere conamini: laruā detraham, vt intus & in cute vos Chriſtianus orbis agnoſcat. Agite dum, ſi iſti ſtudio, vt vultis, Religionis reformandæ ad ea quæ tetigi conſciſcenda facinora incitati fuerunt: quo impulſu quæſo commoti, vt Engoliſmę ſepulchrum Ioannis Comitis, Magni Franciſci Regis noſtri, aui, inuaderēt, atque demolirentur? Vt in eius oſſa ſæuirent, eaque iniurioſe tractarent, flammiſque traderent? Vt Ludouici XI. Regis, Reginæq; coniugis ſarcophagū in Aede ſacra Deiparæ V. Clerienſis inuaderent? Quib. agitati furiis eorum corpora, & alia virorū Principum omnia, quæ in longæ villæ ſacellos iacebant, è tumulis extracta per vicos & plateas dies plurimos, tracta, vexata, luto, omniq; ſpurcitie indigniſſime fœdata vſtularunt? Eoſne ad hanc inauditam feritatē induxit Religio? Id quomodo poſſetis aſſerere? Nam tametſi illi vitam, piis Chriſtianiſque Principibus

Sepulchrū Ioānis Comitis Engoliſmæ dirutum.

Regis Ludouici XI. in Tēplo Virginis Clericēſis.

cipibus

Libri II. Cap. 28.

cipibus dignam egiſſent, non tamen fuerant in Sã-ctorum albũ relati: nec eorum ſepulchris, aut corporibus eo maior honor tribuebatur quo Dynaſtæ clariſſimi, Chriſtianiſſimique Francorum Reges honeſtantur, Illoſne præterea ſtudium Religionis vrgebat in caſtro vulgo Caſtel geloux in Aquitania ad conuellenda Principum ſepulchra, Cardinalis præſertim Albretenſis in æde virginis Deiparæ: & atrocius in eorum ſæuire corpora, quam Mammaluci Arabes, aut Braſiliæ Canibales in eorum auderent cadauera quos viuos habuiſſent infeſtiſſimos? vero Berneanenſis Dynaſtiæ, quis pietatis ardor iſtos impulit, vt, poſtquam auguſtum Dominicanorum templum ſolo æquaſſent, Mauſoleũ Gaſtoni Phœbi, Ducis fortiſſimi, Principis Berneanẽſis, Comitiſque Foxenſis demolirentur, eiectum corpus traderent pueris illudendum: oſſa, & arma quibus fortiter, ſanctèque fuerat vſus, quæque tempus rerum edax, & marmor fideliter conſeruarat ad illum vſque diem integra, omni diritate atq; immanitate violarẽt? Aliundene potuerunt furioſi impetus, hæc ſcelerate facta, hę furiæ teterrimæ tędis ardentibus armatę, quam ex intimis Inferorum ſpeluncis erumpere? Quę maiora his poſſunt argumẽta crudelitatis afferri? Quo pterea genere oratio nis impia, & prorſ⁹ diabolica facinora referrẽ, q̃ iſti aduerſus Sanctorũ, ac Ieſu Chriſti imagines ediderunt? Ecquis illud abſque horrore poſſet audire, quod anno ſalutis M.D.LXI. die 21. Decembris S. Thomæ ſacro Nemauſi geſſerunt? Conuenerat in ædem Virginis matris populus, incruentum Miſſæ ſacrificium ſpectaturus, iamque concinebatur Nicenorum Patrum de more ſymbolum, cum ecce

Principum & Cardinalis Albretenſis.

Gaſtoni Phœbi Orthezii.

D. Henric. Spon. iun⁹ ſ luis Coemeteriis.

Crudelitas in ædes ſacras.

Refor-

Reformati Euangelii ſatellites templum occupāt, aras euertunt, imagines exurunt, & ex omni eorū turba quatuor eligunt robuſtiſſimos, qui maximā Chriſti è cruce pendentis effigiem, certo conſilio reſeruatam, per vicos, vrbiſque compita verberib. cæderent, reformato vocis tono conclamantes à ſe Miſſam verberari. Quiſquamue percenſere poterit vnquam, aut credere, alia q̄ crudeliter, q̄ impie, q̄ furialiter geſſerūt, cum vires omnes & ſtudia cōferrent ad ædes ſacras, & auguſtas Dei Baſilicas expilandas, diripiendas, exurendas, funditus euertēdas, in cunctis Imperii Francorum locis, ad decem & amplius millia in quadringentis vrbibus, quas Regi ſuo rebellantes per vim, aut dolum occupauerant: poſtquam Hæreſis cornuum, dentium, vnguium immanitate, omnique armorum apparatu inſtructa, Furiis comitātib. erupit ex Orco, vt Deo, Regique ſuo bellum inferret, Eccleſiam vaſtaret, Chriſtique gregem diſperderet? Hæc ne poterit audire poſteritas? Aut ſi audierit, credere cēteſimā facinorum partem, quæ in viros & fœminas: in magnos ac paruos: in viuos & mortuos: in ſacra & ꝓfana: in elementa, in ſaxa ac res inanimatas, iſta veſtra Reformata concepit, tentauit, exercuit? O glorioſe Doctor vereque Auguſte Auguſtine, non Africæ, modo tuæ, ſed totius etiam orbis Chriſtiani lumen clariſſimum, & columen: cuius os ad dicendum, & calamum ad ſcribendum permouit, & argumentum ſuggeſſit Hæreticorum tui æui crudelitas: qui nonnullis Catholicis vitam ademerant: quoſdam tormentis vexarant: aliquot aras euerterant: quaſdam Eccleſias expilarant: nonnulla Sacramenta polluerant: ſi hæc, inquam, adeo grauia ſunt

LIBRI II. CAP. 28.

Hæreſis dominantis furor.

S. Auguſtinus.

Liber II. Cap. 28. tibi viſa crimina, vt ea orationis contentione perſtringenda cenſueris, quum nunc quæſo ſentires, quid cogitares, quid diceres, quo ſtyli acumine nouos hoſce Chriſtianos premeres, inſectareris, cõfoderes, qui reb. diuinis, & humanis, quantum in ipſis fuit, vaſtitatem attulerunt? Illi Afri Hæretici ſunt p̄ iſtis mites, humani, innocentes: hi cum illis compoſiti, lupi, pardi, aſpides, feræ omni diritate ſęuiores. Vno verbo, qui vos norunt, rectiſſime vos Antichriſti emiſſarios dixerint: veros inquam illi filii peccati, atque perditionis prodromos: qui funeſtam, & poſtremam Eccleſiæ Catholicæ alumnis omni cruciatuum adhibito genere ſub occaſum vniuerſis cladem, & exitium eſt illaturus: cuius non ferens immanitatem Chriſtus noſtræ vindex libertatis, alterum ſuum in hunc inferiorem orbem maturabit aduentum, finẽ impoſiturus ſeculo, & ſummum Iudicem acturus, vt contruſis eum Principe tenebrarum in Tartarum impiis, crudelem hic tyrannidem exercentib. alumnos ſuos in pacis æternæ poſſeſſionem admittat. Sed de hoc argumento alioquin infinito, hæc breuiter diſſeruimus, vt ꝓpoſita ſuperius nota veſtræ Religioni impreſſa, cõfirmetur. Nunc quo excuſationum velo veſtrã turpitudinem adumbrare, voſq; tueri conamini, paucis diſpiciendum eſt.

Quam excuſationem afferant Miniſtri, vt omni crimine horum ſcelerum patratores liberent.

Capvt XXIX.

NOn ſum neſcius, Miniſtri, vos ab aliquot annis

nis infamis inhumanitatis maiorum veſtrorum pudere cœpiſſe, de qua nihilominus eos variis rationib. purgare laboratis. Sũt è veſtro munere qui feritatis illius cauſam, non in Religionem ipſam, ſed in bellorum ciuilium furorem transferendam aſſerant. Sunt vero alii qui quæcunque crudeliter, & impie ab illis patrata fuerunt, clam probant, attamen ea religioſo quidem zelo, ſed paulo quam par videbatur feruentiori tribuenda eſſe contendunt. In illis prioribus aliquid ineſſe videtur rationis, & vrbanitatis: quãdoquidem ea excuſatione adhibita, criminum atrocitatem ingenue fatentur: quæ infecta magnopere cuperent, cum nequeant ſine rubore illius execrandæ immanitatis veſtigia in ruinis templorum, quæ ſingulari ſtuſtio, ac magnificentia maiores eorum Catholici ædificarant, contueri. Poſteriores autem verbis aperte declarãt infuſam ex inſculptã intimis viſceribus ſuis eſſe qualitatem, quam ſolet Hæreſis illis, quos ſemel infecerit inurere: ſibique tantum deeſſe poteſtatem, vt crudelitate parentibus ſuis exæquentur. In quos illud recte dici poteſt, quod S. Auguſtinus in Donatiſtas, & Circumcelliones: crudeles eſſe nolunt, quia non poſſunt. Sed enim quantumcunque diſſimulent: ſe tamen ipſi manifeſte accuſant: cum ſcelus alienum adulterino colore fucatum velint tueri. Nec ad iſtius cauſę deſertæ, ac deploratæ defenſionem hi, vel illi vllum valent adiumentum afferre. Quamuis enim vobis nõ grauate cõcedatur, hæc facinora, clades, ſacrilegia, & cætera q̃ vidimus mala, fuiſſe per bella ciuilia in Chriſtianum orbem importata: nõ inde tamẽ efficitur veſtros Reformatos culpa liberari: ſed in altiꝰ

Libri II. Cap. 29. Duplex ſuperioris crudelitatis excuſatio.

S. Auguſt.

 piia-

Libri II. Cap. 29.

principium reiecto crimine eos atrocius multo accuſari declaratur. Nam ſi quæratur ab iis, quæ fuerit huius belli cauſa, cõtinuo erit neceſſe libera voce fateri, non aliunde quam ex ſeſe ortum habuiſſe: Et ſi vlterius cauſæ ratio, & qualitas inueſtigetur, multo plura ad eos damnandos capita reperiētur, quam fuerint ſcelera: quæ crudeliter admiſerunt: Huius inquam ciuilis belli cauſa reperietur Hæreſis, hoc eſt cloaca fœdiſſima, vitiorum omnium, & flagitiorum ſentina peſtifera, vnde tot, ac tantæ calamitates effuſæ Chriſtianum orbem inundarunt. Et hoc quidem nomine grauioris criminis rei tenentur, ac proinde ſeuerius plectendi, quam ſi crudeles duntaxat extitiſſent: Leuius enim fuiſſet peccatum, abſque Hæreſi bellum, quam ſine bello ſolam Hæreſim excitaſſe. Hoc amplius addo: ſi proprie ac vere loquamur, horum facinorum, ac vaſtitatum cauſam nequaquam ciuili bello tribuendam fatebimur: neque enim ex ſe tantas poteſt creare calamitates: cum hoc ſit Hæreſi peculiare. fuerunt etenim olim inter Romanos, aliaſque gentes Ethnicas minus quam qui nomine Chriſtiano gloriātur ad humanitatem procliues, ſeditiones, bellaq; ciuilia: quæ tamen pares his, quæ æuo noſtro vidimus crudeles effectus minime procrearunt. Quod argumentum eſt manifeſtum, aliam inueſtigari debere cauſam, quæ in vobis, veſtriſque gregalibus alia eſſe non potuit quam Secta, cui vos veſtraque omnia deuouiſtis, quam Eccleſia Dei malorum lernam, diſcordiarum, omniſque confuſionis ſcaturiginem eſſe dixit, & iure damnauit. Hæreſis eſt, quæ tenebras Cimmeriis craſſiores animis progenitorum veſtræ Sectæ Hugonotorum induxit: quæ voluntа-

Author cauſæ præſtare debet effectum.

Lutheri Caluini & aliorũ Hæreſis princeps fuit cauſa bellorum ciuilium in Gallia.

luntatem eorum odio Catholicæ veritatis afflauit: quæ ſæuitiam ac diritatem intimis eorum præcordiis impreſſit: Hæc ipſa eſt quæ veneno ſuo, ceu quodam Circæo poculo Francos præ omni gente olim humaniſſimos, in feros Getas, truceſque tartaros ſubito transformauit, & monſtra in ſolo Frãcico peperit, quæ nunquam Francia viderat: quod alio ſenſu S. Hieronymum ſuo æuo dixiſſe accepimus, Eam obrem ne poſthac huiuſmodi quæ crimẽ adauget, excuſationem afferte; hoc ſiquidem illita fuco veſtra non obducitur, imo potius detegitur, vt tetrior, ac fœdior appareat turpitudo. Illos autẽ qui hæc ſcientes, ac volentes approbant, veloque religionis obtegunt, legum authoritate cenſuerim coercendos: ne idem quod eorum maiores moliãtur: cæterum indignos, qui refutentur, exiſtimo. Quod enim genus eſt iſtud Religionis Chriſtianos homines inuadere, ſpoliare, vexare, omnique crudelitate lacerare? Chriſtiani in ſacris paginis dicuntur agni, quod mites ſint, aut eſſe debeant: non in amicos tãtum, ſed in inimicos, in Iudæos & Ethnicos, etiamſi contigerit ab illis grauiſſime diuexari. Quo ergo nomine appellandi ſunt ii, qui cum ſe Chriſtianos Reformatos iactitent, crudeliores tamen ſunt in Chriſtianos, quam fuerint olim Diocletiani, Decii, Nerones, & quicunque inter Ethnicos habiti ſunt crudeliſſimi? Et ſi ex intimis veſtræ Religionis viſcerib. hæc profluit immanitas (quod eſt certiſſimum) quænam eſt veſtra doctrina, quam qui profeſſi ſunt, ſic humanitatem exuunt, ſic immutãtur, vt morum feritate rabiem Luporum Tygridumque ſæuitiam ſuperare videantur? Quantũ ergo ab Eccleſiæ Dei natura, moribuſq; diſcrepat,

LIBRI II. CAP. 29.

Sola Gallia (aiebat ſuo tẽpore S. Hierõ.) Hæreſeon mõſtris caret. *Epiſt. 13 l. 3. Epiſ. ad Virgil.*

Digitized by Google

Libri II. Cap. 29.

in qua,& per quam,ſtatim atque Barbari, Ethnicique homines Chriſto nomen dederint, eiuſque fuerint ſacro initiati Baptiſmo, eos audimus, & etiamnũ videmus è lupis in agnos immutari? Ex aduerſo proſelytos veſtros vidit Europa, cum primũ eiurata fide Catholica,ad hanc Sectã Reformatam ſe aggregaſſent, cum lupina feritate ingenium tyrannicum induiſſe, vt Chriſti gregem turbata Eccleſiæ pace dilaniarent eius membra nexu charitatis inter ſe vincta diſſoluerẽt: viuos ac mortuos nefario bello vexarent: in ſanctiſſimarum ædium tecta,parietes, fundamenta, ſepulchra,ligna,ſaxa, furoris arma conuerterent: ea denique quæ modo paucis attigi, conſciſcerent, quæ non, niſi ingenti voluminum mole confecta, poſſunt enumerari: quæque vix credet poſteritas, & credentibus horrorem incutient.Sed enim ea omnia fidelis temporum teſtis hiſtoria,atris atque triſtibus notis conſignata ſeruabit:ne ſeculis ſint futuris ignota:nec nõ Decem & amplius millium templorũ in ſola Francia intra ſexennium euerſorum ruinæ,& excidia in quibus mille ac ducentos annos ſummus Deo cultus fuerat exhibitus,intuentibus oſtendunt,literis vncialibus,ac ſemper oſtendent poſteris in medullis,ac viſceribus veſtræ Religionis, & in manibus, lingua,motib.verbis,actionibus eorum quos ſua peſte corrupit,hanc notam crudelitatis impreſſam.

Agitur

Agitur hic de ſeptimo Hæreſis ſymbolo quod eſt odio capitali à ſede Apoſtolica diſsidere: quo præ cæteris inſigniuntur Hugonoti.

LIBRI II. CAP. 32.

CAPVT XXX.

SImon ille magicis artibus infamis, Hæreticorũ Patriarcha, omnium primus, vt ſuperius oſtenſum eſt, aduerſus S. Petrum, primarium Eccleſiæ Dei, eiuſque ſedis fundamentum nefarium bellum ſuſcepit: cuius veſtigiis qui deinceps orti ſunt Hæretici, qua propius, qua remotius inſtiterunt: vos autem omnes veteres longo interuallo in hoc anteitis: quare nemini dubium eſt, quin præ cunctis Hæreticis, hãc notam ſeptimam altius inuſtam geratis. Etenim non ſatis vobis fuit acerbiſſimum, ac pluſquam Vatinianum odium in Vaticanam, & Apoſtolicam ſedem concepiſſe, ab eius communione diſceſſiſſe, debitam illi obedientiam eiuraſſe, quin etiam incredibili eam eſtis inſectati furore: atque verbis, ſcriptis, factiſque crudelibus pergitis inſectari: nullique Chriſtum, contra Turcarum Dominum acerbiores vnquam voces (quamuis eorum ſit hoſtis infeſtiſſimus,) miſerunt, quam vos ipſi contra Papam, qui non modo non eſt Ieſu Chriſti, vt vos impudentiſſime fingitis, aduerſarius, quin potius pie credit in eum, ore confitetur, omnique ratione contendit regnum Eccleſiæ ipſius longe, lateque propagare. Atque eo impudentiæ progreſſi eſtis, vt ipſum Chriſti Domini Vicarium, appelletis Antichriſtum: quæ atrociſſima eſt earum contumelia, quæ poſſent in ſim-

Simon Magus prim⁹ Hæreticus ac primus S. Petri inimicus.
Act. 8. 23.
S. Aug. de Hær. Hær. 1. & l. 2. cont. adu. leg. c. 12.

Hæreſis nulla ſedi Apoſtol. inimicior Hugenot.

Digitized by Google

Libri II. Cap. 30.

Articulus profeſſionis fidei Reformatę in Synodo Vapnicẽſi apud Delphinates. An. 1603.

plicem, infimæque conditionis Chriſtianum iactari: illudque prætereà quo grauioris eſſet ponderis in publico Symmiſtarum conuentu, inter fidei Reformatæ capita referendum cenſuiſtis. Quid q̃ cõtenditis à Regia Maieſtate facultatem obtinere, liceat, vt vobis præclaram iſtam fidei formulam publice, erectaq; ceruice profiteri? Quamquã ne expectata quidem Regis venia, imo eo inuito id impune audetis factitare; nec quicquam penſi habetis, quod inſignis ex hoc impudenti facto, contumelia in ipſum Regem Chriſtianiſſimum, eiuſque clientes Catholicos redundet. Quid quod in eundem Pontificem ea quæ in Apocalypſi de Beſtia illa ænigmatica dicuntur, ſoletis impudenter effundere? Hoc vero quam irreuerenter, quam improbe, quam iniurioſe fiat, quis non videt? Plenæ ſunt Bibliothecæ, veſtrorumque Bibliopolarum apothecæ voluminibus, quæ veſtræ Reformatæ authores, ad euertendam S. Petri ſedem, & in ea ſucceſſorem eius legitime conſtitutum hactenus ediderunt: quibus vos minime contenti Libellos, Tractatus, Emblemata, Typos ænigmaticos, figuras, Rhythmos, Satyras, & alia eiuſdem notæ commenta è Typographorum officinis ſingulis in Papam euulgatis; denique præ odio ſedis Apoſtolicæ, ſolenne vobis eſt Catholicæ fidei ſtudioſos, ad imitationem veterum Hæreticorum Romanos, atque Papiſtas vocitare. Ad ſummum, vt aliud nullum proferretur argumentum, è veſtra confeſſione ac profeſſione luculenter apparet, hanc, de qua diſſeruimus notam, odii in ſedem Apoſtolicam quo flagratis, veſtrę Sectæ hominibus alte impreſſam eſſe: tantaque veſtra atque veſtrorum impuden-

Apo. c. 14. 8 & 13. 1.

Odio ſedis Apoſtolic. Hugonoti Catholicos Papiſtas nominant.

pudentia illud vt palam profiteamini. Vtile fuerit quam huius odii rationem adducere. LIBRI II. CAP. 31.

Quid ſit cauſæ cur nouæ Sectæ cultores ab Apoſtolica ſede abhorreant, eamq; hoſtiliter inſectentur.

CAPVT XXXI.

HVius capitalis odii duas, è multis, cauſas videre videor; quas in apertum proferre, maximo erit vſui Catholicis: imo & vobis, ſi quidem exitiali morbo, quo veſtri ſenſus vehementer oppreſſi tenentur facere medicinam optatis. Harum prior eſt ſuperbia primigenius omnium Hæreſum humor, quo procreantur, aluntur, adoleſcũt, & in dies corroborantur: & primaria earundem nota, veſtræque præſertim (vt ante dictum eſt) cum nihil ſit aliud, quam portentoſarum, quæ vnquam fuerunt opinionum, errorum, & Hæreſum colluuies, omniumque ſuperbiſſima. Hic igitur peſtilentiſſimus humor à vobis hauſtus auide, tantos ſubdit Spiritus, tantoque faſtu, & inſolentia animos inflat, vt aduerſus militantis Eccleſiæ caput nefaria arma capientes à ceruicibus iugum excutiatis obedientiæ: quæ vt Chriſtianæ humilitatis primigenia proles eſt: ita rebellio fœtus primarius, & abortiuus ſuperbiæ: nimirum vt nullius ſubiacentes imperio, & veſtrarum actionum effecti domini: ex nullius ſuperioris authoritate pendeatis: quod execrandum fuit apoſtatarum Spirituum peccatum, ſuppliciis plectendum æternis, ſed enim cum hoc genus criminis omnium

Rebellionis prima cauſa eſt ſuperbia.

Primi Angeli peccatum.

Digitized by Google

LIBRI II. CAP. 31. iudicio cenſeatur atrociſſimum, honeſta fuit vobis cauſa comminiſcenda, quæ prætextu Reformatæ Religionis tanti ſceleris fœditatem obtegeret. Nihil itaque iuſtius nihil appoſitum magis viſum fuit, quam vt plebeculæ perſuaderetur Papam ipſiſſimum eſſe Antichriſtum. Quod effatum non modo ius inimicitiarum aduerſus Papam gerendarum ſecum inuoluit: ſed neceſſitatem inſuper omnibus imponit eundem vt infeſtiſſimum Ieſu Chriſti, Eccleſiæ, noſtræque ſalutis hoſtem ferro, flammaque perdendi: quod ſumma contentione feciſtis hactenus, & facere pergitis: nimirum tam cæci eſtis in fingendo, quantum in rebellando contumelioſi & iniqui. Tanta ſiquidem veſtris oculis eſt offuſa caligo, vt quid inter Papam, & Antichriſtum interſit, minime poſſitis, aut certe nolitis videre. Quod ſi tantillum in veſtris mentibus fidei aut rationis inſideret, cerneretis vtique hæc duo non magis inter ſe quam lucem cum tenebris, cœlum cum terra, Paradiſum cum Inferno cohærere. Intoleranda prorſus eſt malitia, iniuriam tam atrocem in Papam, ſi quidem quis, & qualis ille ſit, intelligitis, immittere. Et ſi tam craſſa laboratis inſcitia, vt ne quidem fando de moribus, ac religione illius fuerit vnquam in veſtris ſcholis auditum, attendite. Primum Papa lumine veræ fidei, vt cæteri Chriſtiani, illuſtratus, credit, ac profitetur IESVM CHRISTVM eſſe verum Dei filium, mundi Saluatorem, ſupremumque viuorum atque mortuorum Iudicem: talem illum ipſe prædicat, & per omnes mundi plagas miſſis diuini verbi concionatoribus curat prædicari: & memor ſum-

Iſa. 14. 12. Aſcendam & ſimilis ero altiſſimo.

Papa, & Antichriſtus perſonæ diuerſiſſimæ.

Papa Ieſū Chriſtum confitetur.

mæ IESV CHRISTI modeſtiæ, & inauditæ humilitatis, ſe ſeruum ſeruorum Dei libenter profitetur. Qua igitur ratione, qua fronte illum audetis Antichriſtum appellare? Nam homo ille peccati, vt loquitur Apoſtolus, dicetur Antichriſtus, propterea quod IESVM CHRISTVM omnino negaturus ſit, omnemque adhibiturus induſtriam, vt ab omnibus abnegetur: idque vt aſſequatur, tam atrox in ipſum, & vniuerſam Eccleſiam bellum faciet, quale ab orbe condito nec viſum in terris fuit, nec auditum. Quæ veſtra igitur eſt cæcitas, vt Papam maledicentiæ ſcopum, ac ſi Antichriſtus eſſet proponatis, cum ex veris eius notis appareat, eum eſſe plane Antichriſto contrarium? Poteritne vocabulum à ſummi Paſtoris Chriſtianorum moribus, ac dignitate magis alienum ad eum nominandum, reperiri? Nulluſne in terris erat alius, in quem harum contumeliarum virus effunderetis? Num veſtris obuerſabatur oculis (ſi non eos Tartari Furiæ tædis ardentibus excæcaſſent) Turca Chriſti hoſtis infeſtiſſimus? Turca inquam filii perditionis emiſſarius: qui tantam rei Chriſtianæ vaſtitatem conatur inferre, quantam cum præſens aderit Antichriſtus orbi efficiet vniuerſo? Num igitur debueratis immaniſſimum potius Chriſtianorum hoſtem, quam eorundem patrem ſanctiſſimum hoc nomine contumelioſo notare? Secundo ſi hæc Papæ Sedes nominanda ſit Antichriſtus: quando eam cœpit occupare? An à Sanct. Petro, aut ſucceſſorum eius aliquo? Si ab illo, Sanctus ergo Petrus fuit Antichriſtus. At nullone pudore frœnabitur blaſphemæ linguæ procacitas, quæ eam antecedentem ponit oratio-

nem,

LIBRI II. CAP. 31.

Pontificũ Rõ titul°. *Seruus ſeruorũ Dei.*

Coget Antichriſtus Chriſtum negari. *1. Io. 2. 22. & 4. 3. & 2. Io. 1. 7.*

Turca infeſtiſſimus Chriſtianorum hoſtis.

An vnquã ſedem Ro Antichriſtus occuparit.

Digitized by Google

LIBRI II. CAP. 31.

nem, ex qua tales conſecutiones emanent? Si vero fuerint Epiſcopi, qui ſecundum S. Petrum Romanam ſedem ordine tenuerunt: quamobrem, & cuinam illorum eam appellationem conuenire cenſebitis? Cur, inquam, cum eandem omnino ſint, quam Sanctus Petrus doctrinam fidemque profeſſi? Agite dum quis primus (ſi quidem aliquis eorum fuit) quis inquam primus Antichriſtus in ea ſede collocatus? Iudicate quæſo, certo nomine deſignate, facillimum quippe erit, ſingulorum enim Pontificum in Eccleſiaſticas tabulas relata ſunt nomina. Quis inquam eorum? Sanctuſne Gregorius quem veſtra Secta odit peſſime? Non igitur fuerint Antichriſti, qui eum præceſſerunt Pontifices; nihiloque magis ipſe Gregorius qui nihil omnino credidit, nec fecit, quod fidei, vitæ, doctrinæue ſuperiorum illius Cathedræ Pontificum repugnaret: Aut ſi hoc non ita eſt, vos Miniſtri, ſi quid amplius, quam veſtri Magiſtri poteſtis, oſtendite. At multi ſudoris erit, & plane vanus conatus: Decem enim ſeculorum teſtificatione conſtat Magnum Gregorium, multis, qui eum præceſſerunt Pontificibus, doctrina vitęque ſanctitate præſtitiſſe. Sin vero Antichriſtum in eorum omnium perſonis, qui ſunt Gregorium ſecuti, regnaſſe dicatis, inde ſequetur, Eccleſiam quadraginta ſupra ducẽtos habuiſſe Antichriſtos; at enim cum hac de re Scriptura proprie loquitur, vnicum deſignat Antichriſtum: & hæc ipſa fides Catholica eſt, atque doctrina, quam ab hinc mille & ſexcentis annis, hoc eſt æuo Apoſtolorum vbique gẽtium propoſitam, & prædicatam Chriſtiani fideles audierunt, atque profeſſi ſunt: Atq; hę quidem

S.Greg. eã dem quã S.Petrus & Apoſtoli fidẽ tenuit

Vt Ieſus Chriſt. liberator vnus ſolus & ſingularis ho mo fuit: ita vni cus erit filius perditionis Antichriſtus.

dem

dem ſunt denſiſſimę tenebrę, in quas, ſuperbia mẽtes veſtras egit præcipites: ſuaſitq; vt quod bonum eſt, malum eſſe credatis, Chriſtique Ieſu Vicarium nuncupetis Antichriſtum: denique pro die noctẽ: pro veritate mendacium, pro Religione blaſphemiam amplectamini.

Libri II. Cap. 32.

Iſa. 11. 4.

2. Theſſ. 2. 28. & 3. 8.

Altera cauſa odij Sectariorum in ſedem Apoſtolicam.

Capvt XXXII.

CVr adeo ſitis ab Apoſtolica ſede auerſi, altera quæ profertur cauſa, ex altiori trahitur origine: ex intimo ſcilicet conſilio Inferorum Tyranni emanat: qui primus fuit mendacii pater, primuſq; omnium author Hæreſum; veſtræ præſertim omnium peſſimæ. Is cum intelligeret, (vt ſcribit Apoſtolus) breuiſſimum ſibi tempus ad mala patrandã reſtare, ſtatueretq; virib. collectis in Eccleſiam, cum qua multis iam ſeculis depugnat, irruere, & in eam vehementiſſimum proferre impetum, vltimo hoc æuo perfecit, vt ſui ſatellites, articulos fidei, Sacramẽta, & quidquid in ea erat præſidii, & ornamenti conuellere certarent, maxime vero Romanũ Pontificem, S. Petri ſucceſſorem cui generis noſtri libe ratot regni cœlorũ claues, vniuerſiq; regni ſui curam, & adminiſtrationẽ tradidit: certoq; promiſſo ſanciuit ſe huius diuinę Monarchiæ ſtatũ vndiquaque ſic obuallaturum, vt contra hoſtium machinationes, & Tartarei tyrañi copias, firmus, & inexpugnabilis omnino cõſiſteret. Ergo vt ab ipſis fundamentis ædificium funditus euerteret, exercitui Ieſu Chriſti ſuum Ducem, ſuo gregi paſtorẽ, ſuo corpori

Apo. 12. 12

Dabo tibi claues regni cœlorũ Mat 16. 18. 19.

Digitized by Google

Libri II. Cap. 33. Diabolus Luthero tradidit Inferorum claues. æmulus clauiũ à Christo Apoſt. Petro traditarum. *Apoc. 9 1.*

pori caput auferret, opera Lutheri, atq; miniſterio abyſſum, Tartariq; puteum aperuit, malitioſaque æmulatione clauium S. Petro concreditarum Saxonico Patriarchæ regni Inferorũ claues dedit, quaſcunque colligere potuit copias inſtructiſſimas, ac firmiſſimas eduxit: idq; ex eiuſdem Ioannis Euangeliſtæ vaticinatione: quæ peculiari capite declarãda eſt, ꝙ graphice nobis & ducem, & copias Antichriſti prodromas exhibeat: Lutherũ dico & quotquot ille faſcinauit, & ad oppugnandam Eccl. Dei, & Vicarium filii ſui caput eiuſdem Eccleſ. aſpectabile proterendum, impietatis armis inſtruxit.

Exponitur S. Ioannis Prophetia, quæ eſt in capite 9. verſ. 1. ſuæ Apocalypſis, Prænotans Lutherum & eius aſſeclas in typo locuſtarum.

Capvt XXXIII.

Apoc. 9. 1. Vide bella. lib. 3. de Ro. Pont. c. 23. S. Petr. claues cœlor. accepit, Luther. Inferorum. *Apo. 9. 7. 9. 10. 11.* Locuſtarũ Coronæ. Facies. Capilli. Dentes, Loricæ. Caudæ.

EN vobis diuina S. Apoſtoli vaticinatio, qua ad viuum expreſſa continetur Lutheri, & eius Sectariorum ſpecies: qui vt ſe capitales hoſtes Papæ profitentur: ita veri ſunt, dicique debent emiſſarii, & anteſignani Antichriſti. *Vidi*, inquit, *ſtellam de cœlo cecidiſſe in terram, & data eſt ei clauis putei abyſſi. Et aperuit puteum abyſſi: & aſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ: & obſcuratus eſt ſol, & aer de fumo putei. Et de fumo putei exierunt locuſtæ in terram, & data eſt illis poteſtas, ſicut habent poteſtatem ſcorpiones terræ*: hæc ille: qui paulo poſt, locuſtarum naturam, formamque deſcribit, his verbis. *Et ſimilitudines locuſtarum ſimiles equis paratis in prælium: & ſuper capita earum tanquam coronæ ſimiles auro: &, facies*

cies earum tanquam facies hominum. Et habebant, capillos, ſicut capillos mulierum, & dentes earum, ſicut dentes leonum erant: & habebant loricas, ſicut loricas ferreas: & vox alarum earum, ſunt vox curruum equorum multorũ currentium in bellum: & habebant caudas ſimiles ſcorpionum, & aculei erant in caudis earum: & poteſtas earum nocere hominibus menſibus quinq;: & habebant ſuper ſe regem Angelum abyſſi, cui nomen Hebraice Abadon, Græce autem ἀπολλύων, *Latine habens nomẽ exterminans.* Eccl. Cath. doctores diuerſis quib. florebant temporib. hanc prophetiam exponentes variis Hæreſiarchis, & Hæreticis accõmodarunt: fieri ſiquidem põt, vt plurib. recte conueniat: abundat .n. Scriptura ſacra ſenſibus: & quemadmodũ iiſdem ſententiis varia myſteria complectitur: ita vna eademque ſerie verborum varios deſcribit, ac prænunciat euentus: vbiq; tamen ſibi conſentiens, nihil à veritate alienũ docet. Ergo ſi locus hic in vllum Hæreſum authorem, & Hæreticum hominem recte potuit vnquã conuenire, in Lutherum maxime, omneſq; ſectarios, qui ſunt à Lutheri ſchola profecti: quod euidẽter patebit ex ſingularũ adoptatione partiũ *Vidi,* ait Apoſtol. *ſtellam de cœlo cecidiſſe in terram.* hac ſtella in terram è cœlo cadente, clarum eſt aptiſſime deſignari Lutherum, de viro religioſo apoſtatam, de ſydere cœleſti Inferni facem effectum: in diuinis ſiquidẽ literis animæ generoſæ, quæ vitæ perfectioris exemplo inter omnes eminẽt, ſtellarum nomine deſignantur, eo quod non ſecus fulgeant in Eccleſia Dei (quæ quoddam eſt ſpiritale terræ noſtræ cœlum) ac ſydera mirabiliter in cœlo micantia, quę perenni, conſtantique motu circa terrarum orbem cientur. Quare typo huius ſtellæ myſticæ recte fuit ſignifi-

LIBRI II. CAP. 33.

Beda in Apo. Haymo & alii.

Itaq; Viegas dicit de Hæret. huius loci eſſe communẽ interpretationem.

Scriptur. S. ſenſib. abundat.

Stella cadens.

Apoc. 9. 1.

Digitized by Google

LIBRI II. CAP. 33.

CœpitLutherus in Pontificẽ inuehi an. 1517. deinde factus palam Apoſtata Ann. 1522 Cochlæus.

ſignificatus Luther⁹, in quo, ſub annũ M.D.XVII. clariſſimum profeſſionis Euangelicæ, cœleſtiſque lumen cœpit obſcurari, quando auaritiæ, atq; ambitionis veſtro percitus, ſummi Pontificis Indulgẽtias impugnare publice aggreſſus eſt: in terram vero cecidit anno M.D.XXII. cum effractis Cœnobii repagulis egreſſus, abiecto perfectæ vitæ ſtudio, ſe mundo, carnique ita mancipauit, vt de caſto monacho libidinoſum ſecularem: de temperate helluonem: de ſobrio ebrioſum: de ſubdito, rebellem: de ſancto, ſacrilegum: de ſtella cœleſti, fumoſum Inferni titionẽ ſubito factum, viderit, & ingemuerit Eccleſia. *Et data eſt ei clauis putei abyſſi.* Fuit nimirum Diabolus tenebrarum Princeps huius clauis largitor Saluatoris æmulus, quem moleſte ferebat regni cœleſtis claues Apoſtolo Petro viſibili Eccleſiæ capiti, eiuſque ſucceſſoribus tradidiſſe. Atque vt iuſtorum conſtantia, fideſque probaretur: & inter Hęreſum tenebras ſplendere cerneretur: Deus propter hominum peccata, infauſtam hanc clauem deſertori Monacho dari, horrendumque puteum aperiri permiſit. *Et aſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ: & obſcuratus eſt ſol, & aer de fumo putei.* Quid fumus hic eſt aliud, niſi Lutheri eiuſque Sectariorum doctrina? Nimirum vanitatis, ac tenebrarum doctrina: quæ interius quidem hominum cõſcientias tetra caligine infuſcauit: exterius autem quacunque peruagata eſt, maximam rebus omnibus confuſionem, atque perturbationem induxit. Ante Lutheri apoſtaſiam admirabilis erat in fide, Sacramentis & cæteris ad Religionem ſpectantibus, in Chriſtiano orbe conſenſus: omnia clara, certa, indubitata in ampliſſimo Eccleſiæ

Apoc. 9. 1. Dabo tibi claues Mat. 16. 18. Oportet Hæreſes eſſe 1. Cor. 11. 19. S. Aug. l. 8. Conf. c. 19. Improbatio Hæret. facit eminere quid Eccl. tua ſentiat

Falſæ doctrinæ fumus.

Tenebræ confuſioq; religionũ per Lutherũ inuecta

Ante Lutherũ Eccl. trãquillitas.

Chriſti

Chriſti regno: & cum Germanus Galliam, Gallus Angliam, Scotus Belgium, Belga Scotiam, aliusque alias regiones Europæ luſtraret, ſine vlla rituum aut Religionum confuſione à fratribus ſuis agnoſcebatur, eosque viciſſim agnoſcebat. Poſtquam autem Lutherus inferni clauſtra reſerauit, ſuaque ſparſurus commenta immanem hyatum abyſſi patefecit: illico tam denſa caligo orbem noſtrum obſcurauit, tantus errorum, Schiſmatum Hæreſum fumus ex tetris Tartari ſpeluncis erupit, vt non modo in eodem Regno, & Prouincia, ſed ne in eadem quidem ciuitate ac familia fratrem ſuum frater poſſit agnoſcere. *Et obſcuratus eſt Sol, & aer de fumo putei.* Sol iſte IESVS CHRISTVS eſt, nam ſe lucem ipſe nominauit. Aer Sacram Scripturam indicat: vt enim craſſi huius aeris beneficio corpoream vitam agitant animalia: ita nos vitali Scripturæ diuinæ munere ſpiritualẽ, atque cœleſtem vitam ducimus: vterque autem; Sol, inquam, & aer iſte myſticus ſic obſcuratus eſt hoc tetro fumo, vt multis in locis penitus euanuiſſe videatur. Teſtis eſt Tranſſyluania, vbi paucis admodum in locis IESV CHRISTI diuinitas agnoſcitur: teſtis Germania, vbi Anabaptiſtæ aperte, Vbiquitarij vero eiuſdem Saluatoris humanitatem dum ambagibus inuoluunt, negant. Et quamquam olim fuerint Hæretici, qui IESVM CHRISTVM noluerint, vt Deum cognoſcere: nulli tamen vel apertius, vel impudentius quam iſti id ſunt auſi: nam minime diſſimulanter, ſed apertiſſime illum inficiantur eſſe Deum: nec minus obſcure adorandum eſſe pernegant:

Libri II. Cap. 34.

Apoc. 9. 1.

Sol Eccleſiæ Chriſtus.

Io. 8. 12.

Aer Eccleſiæ Scriptura S.

Sol Chriſtus obſcuratus.

Vide Bellar. l. 1 de Chriſto. & Genebr. l. 1. de Trinit.

De Vbiquitariis Genebr. l. 3 de Trin. & Greg. de Valentia in l. aduerſus illos editis.

Ariani, Anabaptiſtarum & Vbiquiſtarum impudentia quos genuit Lutherus.

Digitized by Google

LIBRI II. CAP. 34.

negant: aiunt præterea rerum, quæ geruntur in terra prorſus ignarum: & alias eiuſmodi errorum tenebras, & fumos teterrimos impietatis in oculis omnium ſpargunt, quæ veteres Hæretici nunquam fuiſſent auſi proferre.

Sacram Scripturam ex eadem prophetia per Miniſtros Hugonotorum obſcuratam eſſe.

CAPVT XXXIV.

Obſcuratus aer Scripturam S. notat per Miniſtros infuſcatã.

QVod ad Scripturam Sanctam attinet, quæ communis eſt, ac viuificus Chriſtianorum aer, quo hauſto ſpirant, ac viuunt, ea tam denſis per vos infuſcata eſt tenebris, tot labyrinthis implicata, vt quicunque illis ſe ſiuerit inuolui, ne id quidem, quod ex ſe valde clarum, ac luminoſum eſt, poſſit intueri. Vllusne locus eſt in veteris, nouiq; Teſtamenti libris ad videndũ clarior, ad intelligendum apertior, quam iſte, *Hoc eſt corpus meum*? Attamen eum veſtris tenebricoſis interpretationibus ſic infuſcaſtis, vt non facilius, quam ænigma perplexum, à vobiſmetipſis intelligi, diciue poſſit. Hinc illa portentoſa interpretationum inter ſe è diametro pugnantium emerſit farrago. quam huic loco, relicta vna ſola, quæ veriſſima eſt, adhibuiſtis. Quidam enim ſic exponunt: *Hic eſt panis, & corpus.* alij, *Eſt figura corporis.* Dicunt alij CHRISTVM, dum hæc verba proferret, corpus ſuum menſæ accumbens demonſtraſſe: alij ſenſus alios animo fingentes, ad quatuor & octoginta expoſitiones attulerunt: cum vnica duntaxat germana eſſe poſſit, ac vera, ea nimirum, quam

Hoc eſt corpus meum.

Claud. Samoteſ. de Eucha. repet 1. c. 10.

quam tenet, ſemperque tenuit Catholica fides: eam autem ſolam vos minus præfracte repudiaſtis. Sanctus Paulus vſque adeo perſpicue, diſerteque confirmat, ſe clare de conſeruanda virginitate conſilium, quod ea ſit coniugio præſtantior, nihil vt clarius in eius Epiſtolis eſſe videatur: dicit enim: *De virginibus autem præceptum Domini non habeo, conſilium autem do.* Et deinde: *Qui matrimonio iungit virginem ſuam, bene facit: & qui non iungit, melius facit.* Verba ſunt vſitatiſſima, atque apertiſſima: quibus tamen vos repugnantes, docetis, nullum in Eccleſia aut Euangelio dari conſilium; præferendum eſſe virginitati coniugium, illa tanquam impoſſibili reiecta, hoc ab omnibus amplectendum: & eam eſſe Sancti Pauli doctrinam. Num hoc eſt noctem, & tenebras offundere Soli clariſſimo, & Apoſtolum ipſum eludere? Stabilis & firma eſt Doctorum omnium virorũ opinio, S. Ioannem eo conſilio ad ſcribendum Euangelium ſuum adductum fuiſſe, in primis vt aſſertoris noſtræ diuinitatem aduerſus Cerinthi, & Ebionis Hæreſim aſſereret: qui duo, vt poſtea Arrius, illum verum eſſe Deum negabant. Tranſſyluani vero Miniſtri Lutherana ſoboles, Cerinthianæ Hæreſis veri hæredes contra Doctorum authoritatem ſuis commentariis & gloſſematis tantam Euangelio illius Apoſtoli caliginem offuderunt, vt adulterinis falſiſſimisque interpretationibus firmiſſima quæque ex eo ducant argumenta ſuam vt Hæreſim contra diuinitatem filij Dei confirment. In Scriptura Sacra doctrina de bonis operib. exercendis identidẽ inculcatur: nihilominus veſtra, maiorũq; veſtrorũ erran-

Libri II. Cap. 34.

Virginitas matrimonio nobilior.

1. Cor. 7. 25. 38.

Ad confirmandam Chriſti diuinitatem S. Ioannes ſuum Euangelium ſcripſit.

S. Hieron. in Catal. S. Auguſt. in Prolo. in Ioan. Epiphan. Her. 51. Vide Maldon. cap. 6. Præf. in 4. Euang.

Cerinthus Ebion.

Bona opera in Scripturis commenda-

Digitized by Google

LIBRI II. CAP. 35.

rantium doctrina eam in denſiſſimas errorum, falſarumque opinionum latebras penitus immerſit, omniſque veritatis lumen oppreſſit: vobisque authoribus effectum eſt, vt hominum alij conſopiti iaceant, nullumque opus honeſtum, laudeque dignum aggrediantur: alij vero hac perſuaſi doctrina adeo temerarij, & confidentes euadunt, vt nihil prorſus agitur, ſed modo credendo cœlum ſibi deberi arbitrentur. En breue ſpecimen fumi ex Inferni puteo erumpentis, quem Lutherus, Caluinus, Zuinglius, totaque natio Reformatorum claue ſibi à tenebrarum Rectore tradita reſerauit.

ta contemnūt Hæretici.

Hæreticos eſſe locuſtas S. Ioanni diuinitus oſtenſas.

CAPVT XXXV.

Reformatos Hæreticos deſignant locuſtę Apocalypſeos.

QVod autem de locuſtis in ea ſacra viſionē Sancto Apoſtolo fuit demonſtratum, id illis, aptiſſime, vobisque conuenit. Locuſtæ ventroſa ſunt animalia: veſtrum Euangelium præter ventrem & ea, quæ ventri annexa ſunt, habet nihil: eam ob cauſam Eccleſiæ Catholicæ ieiunia, & caſtitatis vota deteſtatur. Nec pedes illis, nec alæ deſunt: tamen nec volarent nec recte norunt incedere, licet vtrumque facere conentur: iis ſimiles in hoc etiam qui patres veſtros, atque fraterculos dixerit, haud ſane à vero aberrabit: nec enim recte viuendo, virtutumque atque bonorum operum exercitatione per viam mandatorum Dei currere: neque alis contemplationis ſeſe ad cœleſtia diuinaque meditanda valent attollere. Illi quidem interdum de reconditis grandibusque myſteriis, nimirum

Ventroſæ ad volatū & inceſsū debiles.

mirum de regno Chriſti, de Incarnationis opere, de miraculis, de morte, quam hominum cauſa pertulit, de Iudicio, de Paradiſo, & aliis eiuſmodi, &c. ſcribunt, & loquuntur: nonnunquam videas illos eleemoſynas aliquot egentibus erogare; vix vnquam audias iuſiurandum vſurpare: nec inficiandum eſt eos aliquando quibuſdam virtutum officiis incumbere: ſed vbi paululum ſaltitarint, in humum decidunt, ibique iacent more locuſtarum. *Locuſtæ nullum habent regem*, ait Salomon, *& tamen per turmas egrediuntur.* Lutherus, Caluinus, & quotquot eſtis, populari ſtatu delectati, nullum omnino Ducem admittitis: non ſpiritalem, qualis eſt Papa: à quo velut ab Antichriſto abhorretis: non ciuilem, quales ſunt Reges, ac Principes, quorum imperiis, cum vobis eſt commodum, rebellando inſurgitis. Fratres veſtri Germani & Galli quid in hoc genere poſſent efficere, inſignibus docuerunt exemplis: cum ad rebellandum clientes in ſuos Dominos, & in naturales ac legitimos Principes ſubditos incitarent. Hoc Geneua teſtatur, quæ ſuum Epiſcopum ac Principem expulit: hoc vrbes, & arces, quas in Gallia velut obſides præter mentem, ac voluntatem Regis occupatis plane demonſtrant: in quibus popularem Reipublicæ ſtatum, quantum in vobis fuit, collocaſtis: nullum vt Regem, cuius ſubſitis imperio, habeatis. Vos ergo cum Luthero, & cæteris veſtræ Sectæ molitoribus, vt locuſtæ, ſine Rege ex illo puteo emerſiſtis, breuiſſimoque tempore maximam partem Europæ inundaſtis: vtque maiores copias in dies cogeretis, titillantium illecebras voluptatum conſentaneas cuili-

LIBRI II. CAP. 35.

Locuſtæ. *Prou. 30. 17.*

Nec Regem, nec Superioré volunt Reformati, vt Locuſtæ.

Germania.

Geneua.

Reformati Democratici.

Illecebræ à Miniſtris

LIBRI II. CAP. 35. ad allicien dos quoſcunq; faci-noroſos propoſitæ. Helluonibus. Libidinoſis. Auaris. Inertibus.

cuilibet vitioſorum generi, vt Catilina ſuis coniuratis aſſeclis, propoſuiſtis: Helluonibus nullo temporum dierumue ſeruato diſcrimine ſeruiendi genialiter abdomini facultatem: hisque eſſet integrum, ieiunare quomodo, & quando liberet, aut in perpetuum omnem ieiunij rationem abiicere. Libidinoſis veſtra lege conceſſum, caſtitatis votum infringere, ſcortillaque ſua nomine coniugum habere: vt nimirum hoc ſpecioſo colore in tanto flagitio minus erubeſcerent. Auari vobis adiuncti ſunt, ad prædam bonorum Eccleſiaſticorum inhiantes, cum remoto enim conſcientiæ ſcrupulo, ſibi veſtro more reformatis, fas eſſe intelligerent, vel ex ipſis aris ſacram ſupellectilem auferre. Nec defuit illecebra deſidioſis, Apicianis, & Aſotis ad vos accurrendi, vbi audierunt propoſitam ſibi in veſtro Euangelio ab omni opere bono ceſſandi, ſemperque otiandi facultatem, ſolaque nixos confidentia ſe poſſe ſupra cœlorum cardines euolare. Nequiſſimis denique ac ſceleratiſſimis cuiuſcunque generis hominibus per vos facta eſt poteſtas, nunquam vt admiſſa crimina confiterentur, nullam vt pœnitentiæ partem obirent. Hoc ita ſparſo longe lateque fumo, factoq; aximatum nunquã inter homines auditorum præconis, certatim ex omni parte facinoroſi, omnibusque vitiis cooperti, atque profligatę conſcientiæ homines, quorum cum maior ſemper ſit quam proborum numerus illorum concurſu momento pene temporis ſic eſtis multiplicati, vt veſtris turmis terram oppleueritis: habentes vt myſticæ locuſtæ, ſcorpionum vim atque poteſtatem, ſcilicet lethiferum in cauda venenum, & humanitatem

nitatem in vultu; bella ſiquidem & placita veſtrarum concionum exordia verborum lenocinio, ac promiſſionum illecebris artificioſe condiebantur: ſcilicet nihil aliud vos, niſi purum Dei verbum, purum ac ſyncerum Euangelium, purum, putumque Religionis obrizum tradituros. At quis harum promiſſionum exitus? Venenati Hæreſeos ictus, & eorum, qui his icti ſunt aculeis, ſempiternum exitium. Libri II. Cap. 36.

In eadem exponenda prophetia inſiſtitur, eaque in Lutherum, Caluinum, & eorum aſſeclas apte quadrare declaratur.

Capvt XXXVI.

Pergit Sanctus Ioannes his verbis, *Et ſimilitudinem locuſtarum ſimiles equis paratis in prælium: & ſuper capita earum tanquam coronæ, ſimiles auro: & facies earum tanquam facies hominum: & habebant capillos, ſicut capillos mulierum.* Veſtræ Hæreſis temeritas, & incredibilis audacia his verbis deſignatur, nihil ea cum primum erupit ex Erebo viſum eſt audacius, nihil temerarium magis in prouocando omnes ad diſputandum verbis, vt ad pugnandum armis, cum nihil tamen præter audaciam ad concertationem afferret. Audite Patriarcham veſtrum Catholicos arrogantius, quã Goliath Philiſtæum gigantem Hebræorum exercitũ prouocantem: ſic ille intonat: *Adeſte ergo huc Papa, & omnes Papiſtæ, in vnũ conflate, ſtudia veſtra omnium in vnũ, ſi forte poſſitis hoc vinculũ diſſoluere.* Nec diſpar iſti fuit Caluini, Bezæ & aliorũ temeritas: ſatis n. concionib. ſcriptisq; ſignificarũt q̃tũ cuperent, ſe ad ineundũ cer- *Apoc. 9. 8.* *1. Reg. 17. 8.* Lutheri prouocatio. *In Aſſert. art. 25.*

LIBRI II. CAP. 36.

tamen videri paratos, illique, vt ad prælium concitatos inhiare. Thraſonicam eorum iactantiam, & confidentiam inauditam obſtupeſcebat orbis, donec perſpectum eſt, illos eſſe tantummodo locuſtas, nec auſos, licet publica fide munitos, in Concilium Paſtorum Eccleſiæ Catholicæ ad tuendam ſuam doctrinam prodire: illos quidem ſuorum fictos præſidiis, ac Geneuenſibus protectos vallis, & propugnaculis, feroculos videri, grandiaq; tonare, ſed in ipſorum argumẽtis tam parum ineſſe roboris, quantum apparebat in inſolenti oſtentatione vanitatis. *Et ſuper capita earum tanquã coronæ ſimiles auro.* Hic videmus expreſſam progenitorum veſtrorum ſuperbiam: qui cum nihil aliud eſſent, quã locuſtæ, generoſiſſimis tamen auibus ſe præferebant: interque ac ſupra etiam omnes Eccleſiæ Doctores doctrina, ingenij acumine ac cæteris ornamentis ſe veluti Reges efferebant. Perpendite omnes in vno, diademaq; ſuperbiæ in Duce veſtro, & Patriarcha Saxonico aſpicite. *A tempore Apoſtolorũ,* ait ille, *nullus Doctor, nullus Scriptor, nullus Theologus, nullus Iureconſultus nouit tam excellenter, tamq; perſpicue vt ego, confirmare, inſtruere, & conſolari hominum ſæcularium conſcientias. Scio me per Dei gratiam neminem habuiſſe parem, ſiue Auguſtinũ, ſiue Ambroſium, qui ſunt omnium optimi.* Quid? Num hic locuſtam videtis ſplendide, planeque regie coronatam? num poſſet oculos intuentium perſtringere diadema fulgentibus prodigioſæ arrogantiæ gemmis illuminatũ? *Et facies earum tanquam facies hominum: & habebant capillos, ſicut capillos mulierum.* Huiuſmodi facies hominum, primum recuſi veſtri Euangelij apparatum externum oſtendunt: quem aliis verbis

Locuſtarũ corona ſuperbia.

Admirãda Lutheri modeſtia.
Ad Ducem Georgium.

Facies locuſtarum.

bis CHRISTVS ouium veſtimentum appellat: apparatum inquam, & adumbratam humanitatis ſpeciem, velut ad oppugnandam tyrannidem Antichriſti comparatam. *Per capillos mulierum*, notantur effata veſtra omnino fœminea, ad nihil aliud vtilia, quam ad alliciendos, effœminandoſque mortales; vt deinde ad modum Abſolonis inter cœlum, terramque ſuſpenſi in horrendam ſempiternæ damnationis voraginem deiiciantur. *Dentes earum, ſicut dentes leonum erant.* Prodigioſum eſt arma fortiſſimi, ac ferociſſimi animantis in beſtiola videre. in re nihilominus hoc celebri vaticinatione, hoc eſt, in vobis ſignificata veriſſimum eſt; veſtram enim in his dentibus maledicendi, detrahendique rabiem licet intueri; qui quamuis ſitis, vt locuſtæ, viribus & forma deſtituti, audetis nihilominus maledicentiæ, atque calumniarum morſus, ad atterendam Pontificum, Regum, ſecularium ac religioſorum hominum, immo vero Sanctorum beato æuo fruentium famam infigere. *Et habebant loricas ſicut loricas ferreas.* Hæc eſt primorum reformatæ procerum, ac veſtra, quandiu quidem in eorum ſchola hærebitis, indomita contumacia; qui licet fueritis millies mendaciorum, & eorum conuicti, tamen pertinaciſſime veritati reluctantes, nihil vnquam voluiſtis de præſumpta, & animis infixa opinione remittere: vos ſæpenumero in concertationis acie victos, fractos, debilitatos, humique protritos vidimus, herbam porrigentes victori nunquam vidimus. Iſtius pertinaciæ ſunt teſtes quicunque veſtra ſcripta percurrunt: aut qui contra vos in arenam deſcendunt; quod ego quoque ſæpe

LIBRI II. CAP. 36.

Capilli.

Abſalon. *2.Reg 18.9.*

Dentes locuſtarum. *Apoc.9.7.*

Digitized by Google

Libri II. Cap. 36. Turnoni.

Indomita Hæreticorum pertinacia infra in Idololatria *Dei termini. Et ſupra in nota IX Hæreſis*

Burdegalæ

que ſæpe experiendo cognoui, præſertim Turnoni, anno M. D. LXXXVIII. cum in caſtro Domini Turnonii cum viro militari, belli iure captiuo, necnon apprime erudito de Religione conferrem: Quem is, quem dixi Dominus, cum aliis virtutum ornamentis, tum zelo Religionis inſignis, & ardore fidei incenſus, errore liberare peroptabat, vt antea eiuſdem Sectæ plurimos; in quo pio officio præterquam quod illius errantis ſaluti conſulebat, ob honeſtatem morum, ingeniique bonitatem quibus videbatur ornatus, dignum cenſebat in quo iuuando labor ſtudiumque poneretur. Igitur viſum eſt, vt hominem adirem, cumque aliquandiu inter nos contuliſſemus, quibuſdam Scripturæ locis contra ſuam opinionem adductis implicatus, hærere coactus eſt; nec enim poterat ſe ab illis expedire, illud modo opponens, non eſſe veram quam his locis expoſitionem adhibebam, quem cum vrgerem, vt aptiorem afferret, aut certe ſe id non poſſe fateretur, nulla ratione potui hanc ab illo confeſſionis vocem extorquere, vt diceret, ſe neutiquam poſſe reſpondere. Contigit etiam me eiuſdem peruicaciæ videre Burdigalæ Mercatorem, anno Milleſimo ſexcenteſimo quarto, qui cum tertio quoque verbo perturbatus, & elinguis, quod facile fuit, in collocutione redderetur, tamen nunquam adduci potuit, vt manus daret, ſeque victum verbis agnoſceret; tametſi libenter ſe imperitum fateretur. Vſque adeo ferrea, & adamantina lorica eſt qua dæmon eos munire conſueuit, quos induxerit, vt in veſtræ Reformatæ caſtris mereantur. Hæc

vna eſt

vna eſt, è certis notis, quæ nos veriſſime deſignant Hæreticos, quemadmodum eſt ſupra demonſtratum, & etiam erit denuo, cum agetur de Idolo *Termini*, declarandum.

LIBRI II. CAP. 37.
Pertinacia ſupra lib. 2 capit. 8.

Vox, & quinque menſium tempus locuſtarum miniſtris aptatur.

CAPVT XXXVII.

ADdit Sanctus Ioannes: *Et vox alarum earum, ſicut vox curruũ equorum multorum currentium in bellum.* His verbis admodum eleganter exponũtur ſeditiones, ac bella quæ veſtrarum concionum vox, alis ambitionis veſtræ perlata in Europa, cum primis in Gallia cõmouit; cum pro religione reformata nihil aliud inculcaretis niſi ventos, rumores, fremitum, & voluptariorum hominum motus, & conatus; qui, velut equi myſtici rebellionis curribus iugati effuſo impetu ad debellandam Eccleſiã Dei ferebantur, Scorpionum ſimilitudinem paulo ante propoſitam, iterum reponit: *Et habebãt caudas ſimiles Scorpionum, Et aculei erant in caudis earum: & poteſtas earum nocere hominibus menſibus quinque.* Hac iterata Scorpionum mentione vult Apoſtolus hominum mentibus, quod eorum maxime interſit, penitus infixum eſſe finem, quem ſpectat Hæreſis, is vero eſt, lethifero telo mortis eos, qui ſe tali crediderint monſtro, traiicere. *Et nocere hominibus menſibus quinque.* Hoc eſt, tandiu vexare, quãdiu durant; nec enim vltra quinque menſes æſtiuos ſolent locuſtæ, quæ virentibus herbis, & plantis infeſtæ ſunt, durare. Et hoc definito menſium numero

Apoc. 9. 9.
Alæ miniſtrorum.
Scorpiones *Apoc. 9. 10.*
Apoc. 9. 5. Quinque menſes locuſtarum. Maius, Iu-

Libri II. Cap. 37. nius, Iulius Auguſtus, & September.

numero omne temporis ſpatium præſcribitur, quo Hæreſis, & Hæreſi armati homines graſſantur, ſuiſq; venenatis morſibus deſæuiunt. Ita Lutherus, Caluinus, & eorum copiæ nocent, & nocebunt *hominibus, qui non habent ſignum Dei in frontibus ſuis.*

Apoc. 9. 4.

Voluptariis, ſcilicet, effœminatis, & carnalibus, inimicis crucis Chriſti, quæ ſignum Dei eſt; nam alioquin à Deo præceptum illis eſt ne lædant, *neque fænum terræ, neque omne viride, neque omnẽ arborem:* Hoc eſt, eos qui in religionis Catholicæ vigore, atque viriditate perſiſtunt, donec illis conceſſi graſſandi, vexandiq; menſes & tempus effluxerint. Sed

Prou. 30. 7.

hic locus in dubium vocari poſſet: nam cum locuſtæ nec Regem, à quo ducantur, habeant vllum, nec rationem, aut conſilium, ſe vt ipſe regere valeant; quomodo dicuntur veluti ad bellum ineundum turmatim incedere? Huiuſmodi dubitationi reſpondet Apoſtolus, cum ait eas habere *ſuper ſe regem angelũ abyſſi, habens nomen exterminans.* Vos illum

Angelus exterminans,

ipſum cum Luthero regem, & angelũ abyſſi habẽtis, (quando & Papã, & omne viſibile caput abhorretis, qui exterminans hoc loco nuncupatur, eo ꝙ administro Luthero, cum ſuis ſtipatoribus Eccleſiam Dei vaſtarit, ac præcipuis fidei Catholicæ articulis, maximam perniciem ac ruinam importarit. Pri-

De fide Trinitatis.

Genebr. lib 1. de Trinit.

Sanctesius in Atheiſmis Calu. & Beza περὶ τοῦ αὐτοθέου.

mum enim multis in locis ſummum illud de fide Trinitatis caput per nouas Samoſatenſes, imo & per Caluinum antiquauit (vt fuſius infra dicã, cum de Iouis Idololatria ſermo inciderit) qui licet myſterium illud ſanctiſſimum verbo videatur agnoſcere, opere tamen deſtruit, quando vnamquamque perſonam in diuinitate, à ſe ipſa non aliunde, ſuam eſſentiam docet habere; quod haud dubie

eſt, tres

eſt, tres eſſentias, naturaſq; diuinas, & conſequenter tres deos numero, naturaq; diſtinctos inducere. Secundo nihil nō molitus eſt, & in dies molitur exterminator Angelus ſua diuinitate Ieſum Chriſtum per impios eorundem Samoſatenſium errores, vt per Anabaptiſtarum delirationes ſua humanitate ſpoliare. Angelis inſuper, hominibuſque Sanctis in cœleſtem beatitatem receptis, debitum honorem, ac venerationem eripuit; fidelibus vita functis, auxilium: Eccleſiæ militanti complures Scripturæ ſacræ libros; omnia fere Sacramenta: Traditiones vniuerſas: Sacerdotium, Sacrificium: Vota, ſtata ieiunia, Feſtos dies, Peregrinationes ad ſacra loca ſuſceptas, Templa, Altaria, Reliquias, Imagines: vno verbo, omnia bona opera, & monumenta pietatis, ac denique leges omnes ad gubernandam Eccleſiam diuinitus inſtitutas. Igitur recte & merito ſæuiſſimo illi bonorum hoſti. Exterminatoris nomen eſt attributum, cum per huiuſmodi locuſtas, omnium quotquot vnquam ex Orci faucibus eruperunt hominum generi, ac ſuperis infeſtiſſimas, omnia arroſerit, vaſtarit, perdiderit. Ille rex eſt Lutheri, & Reformatarum omnium locuſtarum. In huius Regis & Imperatoris ſignis vos ad publicum militatis exitium, iuxta ac veſtram ignominiam: digniſſimi plane tali militiæ initæ duce iudicandi, eum caput, & rectorem quem Chriſtus Eccleſiæ ſuæ militanti, ad ſuos gubernandos alumnos præfecerat, ſuperbæ reieceritis. Ille Rex eſt, qui vos, vt volitetis: vt indignabundi frematis; vt inſolenter in ſanctam Apoſtoli Petri ſedem inſultetis, impellit. Ille ille eſt qui veſtras in aures inſuſurrauit, facileq; perſuaſit

Libri II. Cap. 27.

De Saluatoris diuinitate.

De Angelorum & Sanctorum gloria.

De ſuffragiis defunctorum.

De ſacra Scriptura.

De Sacramentis, &c.

perſuaſit Papam eſſe Antichriſtum, quo nimirum vos veri Antichriſti excurſores crearet, quem breui excitaturus eſt, vt eum ante poſtremam orbis vniuerſi vaſtitatem vos, veſtrique ſimiles aſpectabile caput habeatis. Ex his patet quam alte vobis inuſta ſint lineamenta ſeptimæ notæ Hæreſeos videamus Octauam.

De octaua Hæreſis, & Hæreticorum nota, quæ eſt opinionum in fide diſſenſio Hugonotorum maxime propria.

CAPVT XXXVIII.

VT primum Hæretici ſe à viſibili Eccleſiæ capite, Romano, videlicet Epiſcopo, Sancti Petri ſucceſſore diſtraxerunt, ita neceſſe fuit, eos ſtatim in varias penituſque inter ſe repugnantes opiniones abire, quod ſi alias vnquam, nunc maxime videmus contigiſſe. Hæc vero eſt veſtra numero octaua nota, cum ſuperiore indiſſolubili nexu coniuncta: fit enim neceſſario, vt quæ membra à ſuo capite diuelluntur, ea nulla inter ſe amicitiæ nodo colligata, multifariam diſſipata diſpereant: Supra. & quicunque vnicam, ſimplicemque veritatem abiecerint neceſſe habent conſecturi mendacium, varium, inconſtans, multiplex, ſeque ipſum diſſipans, vt è contrario ſe veritas in ſeſe ipſa colligit, quam qui fuerint amplexi, cum eadem arctiſſime coniunguntur. Hac de re ſupra antiquos Eccleſiæ Doctores diſſerentes audiſtis, & priſcarum Hæreſum exempla, quæ hac inſignitæ nota, ex his quæ patrarunt, documenta certiſſima dederunt omnem Hæreſim membrum eſſe ab Eccleſiæ

cleſiæ corpore abſciſſum : Sectam, diſſidiorum matrem ac nutriculam : omniumque diſſentienum inter ſe opinionum ſeminarium. Vt oſtendamus hanc notam in fronte, & intimis veſtræ doctrinæ viſceribus inhærere, non eſt opus alias rationes, & argumenta conquirere : id enim vſus, & quæ omnium patent oculis, experimenta perſpicue teſtantur; opiniones inquam variæ & Sectæ, fide, naturaque contrariæ ex vnius Lutheri trunco enatæ. Hinc molles ac rigidæ Lutheranæ familiæ: Hinc Zuingliani, Oecolampadiani, Puritani, Caluiniſtæ, Anabaptiſtæ, Libertini, Trinitarii, atque alii numero quatuor & triginta Staphyli tempore ſtolones, nūc ad Centum excreuerunt; qui omnes ex Lutherano ſtipite prodierunt, tam à parentis fide & natura diſcrepantes, quam à geniſta vrticæ, ab hirco ſimiæ, à tygride lupi. Non vos latent; ſi quidem eorum libros euoluiſtis, diſſentientes, planeque contrariæ ſuper articulis Religionis præcipuis opiniones. Lutherus initio, vt etiam Zuinglius cum Eccleſia Catholica ſeptem agnouit, tenuitque *Sacramenta.* Deinde vero à ſeipſo diuulſus, *vnum* duntaxat, tandem *duo* habenda cenſuit. *Melanchthon* ſuo Magiſtro peritior, *tria* poſuit initio tandem *quatuor* probauit. *Caluinus* autem *duobus* contentus eſt. Docet *Lutherus* infantulos originali peccato naſci contaminatos, quod per Baptiſmi lauacrum deleatur. *Caluinus, Zuinglius, & Seruetus* eos in vtero matrum ſanctificari tradunt : nec illis neceſſarium eſſe Baptiſmum. *Lutherus* aſſerit concupiſcentiam eſſe peccatum: *Zuinglius* negat : tuetur hic præfracte Euchariſtiam, nihil

Libri II. Cap. 38.

Sectæ diuerſæ è Luthero profectæ.

Vide Lindanum in Dubitantio.

Quatuor & triginta ad ſtaphyli ætatem.

Septem Sacramenta.

Luth. in lib de captiu. Babyl. deinde vnum: poſtea duo *In Catech. & ad VVal denſ.* tria Philippus anno. 31. *in Apol.* quatuor. 32. *in Luc. Cōm.* Baptiſmus

Concupiſcentia.

Digitized by Google

LIBRI II. CAP. 28. Euchariſtia. Panis & vinum. Cõmunio in vtraque ſpecie. *Luth. in Cõfeſſ. Saxon.* in vna tantum. *Idem lib. ad Boh. & de capt. Babyl* nullum arbitrium liberũ. *Luth. de capt. Babyl* Bona opera. *Luth. Georgius Maior libr. de operibus.* Melanchthõ merita *Luth. in declarat. Melanchth. in Apologia.* Dies feſti. *Lutherani in ordin. Eccl. VVitenberg. Luther. ad nobiles Germania.*

am, nihil eſſe præter panem meramque figuram, & ſignum corporis Chriſti, quæ eſt etiam *Caluini* ſententia: vt *Lutheri* fides eſt Chriſti corpus cum pane realiter exhiberi ſumentibus Euchariſtiam. Idem *Lutherus* quodam in loco docet vinum cum Chriſti ſanguine in calice manere: ſed idem alibi negat. Modo ſub vtraque ſpecie *Communionem* approbat: modo ſub vna tantum faciendum tradit. Nullum admittit in homine liberum arbitrium: habetque huius aſſertionis probatores, & fautores *Zuinglium & Caluinum.* At enim *Melanchthon* credit quod iſtud negare, ſit horrendum mendacium, furorque Manichæorum: & in hoc quidem recte & catholice, ſed idem alio in loco, quæ ſunt hic bene dicta retractans, nullam in homine liberã voluntatem agnoſcit. *Lutherus*, teſte Georgio Maiore, credebat initio bona opera ad ſalutẽ conſequendã eſſe neceſſaria. Sed orti poſtea *Lutherani*, & cũ ſua caterua *Caluinus*, in contraria opinione verſantur. Idem *Lutherus cum Melanchthone* ſcriptis prodiderunt, bona opera in hac vita mereri, & ad futuram prodeſſe. *Caluinus* eiuſq; diſcipuli, veſtri congerrones fraterculi, id omnino pernegant. Tenet alicubi *Lutherus* vtile, ac pium eſſe Sanctos inuocare; ſed idem poſtmodum omnem ſuſtulit Sanctorum inuocationẽ: quemadmodum cum reformatorũ grege *Caluinus*. *Lutherus*, multiq; Lutherani Saxones cẽſent Imagines in eccleſiis retinendas; ex his tamen nonnulli ſolam Chriſti è cruce pendentis effigiem. At vero *Zuingliani*, Palatinatus Bauarici, *Zuingliani*, & quotquot adhærent *Caluino*, omnẽ venerationem, & cultum Imaginibus exhibitum, merã Idololatriã eſſe conclamãt. *Lutherani* dies feſtos coli volunt; eã obſeruationem

ſeruationem, & cultum improbat *Caluinus*. Ait *Lutherus* ſemel aut bis ad ſummum fas eſſe pro defunctis orare, in eoq; nullum eſſe peccatum. *Melanchthon*, Caluinus, & Lutheranorum plurimi dicunt hoc nec errore, nec ſuperſtitione vnquam vacare: eo quod nullum poſt hanc vitam purgandis animabus locum ſupereſſe credant. *Lutherus* & *Bucerus* tenent Sanctum Petrum fuiſſe Romæ Epiſcopum. *Caluinus* longo orationis anfractu multis in locis probare conatur Romæ nunquam illum Sedem habuiſſe: ſed ne quidem ibi fuiſſe: ſed enim poſtquam multum, totiſque viribus aliorum ſententiam, ipſamque veritatem impugnauit, ſe ſuo ipſo gladio confodit, & quæ texuerat, retexit more præfractorum: Hoc eſt, veritatem videtur agnoſcere, non tamen ingenium, ſed vafre eam confitetur, cum ait: *Et tamen propter hunc ſcriptorum conſenſum non pugno, quin illic mortuus fuerit: ſed Epiſcopum fuiſſe, præſertim longo tempore, perſuaderi nequeo.* Optaret ille quidem veritatem negare; ſed à veritate ſibi timet, eam idcirco preſſis labris & renutando fatetur. Vos cum iſto archidoctore Papam eſſe Antichriſtum, ceu verum fidei caput profitemini. *Bucerus* autem docet errorem eſſe iſtud credere; beneque facit, veritatem enim amplectitur. *Lutherus Zuinglium* iudicat Hæreticum, & *Zuinglius Lutherum*: & veriſſimum eſt vtriuſque iudicium. Idem *Lutherani de Zuinglianis*, *& de Lutheranis*, *Zuingliani* & ſentiunt, & loquuntur, & omnes hi recte opinantur. Ipſi præterea *Lutherani* grauiori odio à Caluiniſtis, quam à Catholicis diſſident: & eos ex quibuſcunq; poſſunt locis violentius, quam ipſos Catholicos extrudũt. Porro ipſi Caluiniſtę de

Libri II. Cap. 38.
Orandum pro mortuis.
Luther. in capit. fidei editis anno 1544.
Lutherus & Bucerus credunt S. Petrũ Romæ fuiſſe Epiſcopũ.
Caluinus negat. *in Epiſt. ad Rom ca. 16. 11. ad Philip. 2. 21*
Fatetur Romæ fuiſſe. *Calu. lib. 4 Inſt. ca. 6. 5, 14. & 15.*
Papa.
Bucerus.

LIBRI II. CAP. 38. Vapincenſis Synodus miniſtrorum.

multis fidei rebus inter ſe diſcrepant. Teſtatur id recens decretum in veſtra Synodo Vapincenſi editum, anno Chriſti 1603. quo decernitis monendum, ac rogandum datis literis non neminem miniſtrum, ne ſuarum nouitate, ac diuerſitate opinionum turbare pergat Eccleſias: Adhæc ab Academiis Anglicanis, Scoticis, Geneuenſi, Leydenſi, Baſileenſi, aliiſque poſtulandum, ſe vt vobis aggregent, & ſuas operas conſocient. Quo ſane decreto ſatis apparet, veſtras omniũ mentes, ſermones, doctrinam non admodum inter ſe cohærere. Quod ſi plures è grege veſtro. de iis quæ ad religionem pertinent ſeparatim interrogentur, tot diuerſæ opiniones, quod capita reperiuntur; quin etiam vnus, & idem ſibi plane diſſimilis deprehendetur. Huius rei locupletem poſſumus teſtem toties proferre Caluinum, quoties ſibi ipſe repugnat, & calidum, & frigidum eodem ore efflat; quod in ſingulis fere ſuorum librorum paginis facere conſueuit. Ad Lutherum redeamus; Cochlæus illius ſcripta peruoluens, ſuper vnico articulo Cõmunionis ſub duabus ſpeciebus; ſex & triginta diuerſas opiniones obſeruauit. Auguſtana Confeſſio typis edita anno M. D. XL. duplo maior eſt, ea quam Philippus vtriuſq; architectus anno Milleſimo quingenteſimo trigeſimo. vulgauerat: ac tanto quoq; craſſior capitibus inter ſe pugnantibus: quæ opinionum, ac ſententiarum varietas in religionis negotio, ſpiritum mendacii, & Hæreſis apertiſſime declarat. Spiritus enim Dei, *non eſt author diſſenſionis, ſed pacis*: vt etiam ipſe Lutherus agnouit, ſe ſuo ore condemnans, cum ait: *Mendacia certius dignoſcere non potes, niſi quando ſibimetipſis contraria ſunt*: *à*

Cochlæus *in ſepticipite.*

Auguſtana Confeſſio anno 1540. differt ab ea quæ an. 1530. edita fuit.

Fabricius Leodius in Harmonia

1 Cor. 14. 33 De⁹ pacis.

Lutherus ſeipſum cõdemnat.

Deo

Deo enim ita ordinatum eſt, vt impii ſemper ſeipſos confundant, & quod mendacia non conſonent, ſed ſemper contra ſemetipſa teſtantur. Porro quamuis ſumma ſit inter Hæreticos, & Hæreſes omnes diſſenſio, vt notum eſt, tamen ad eum finem, quem ſibi Cacodæmon earum author ſtatuit aſſequendum, conſtantiſſima omnes voluntate conſpirant; nempe ad oppugnandam Eccleſiam Dei, animaſq; perdendas; tametſi earum vnaquæque ſua id modo, & arte moliatur. Eam ob cauſam D. Auguſtinus, cæterique Doctores hos Eccleſiæ perduelles trecentis vulpibus Samſonis, vt hydræ à Sancto Ioanne cum ſeptem capitibus deſcriptæ, recte admodum comparauit. Etenim vulpes illæ caudis inter ſe colligatis, faces ad ſegetes inflammandas geſtabant, liberis tamen, & accerſis capitibus, quibus ſe mutuis morſibus impeterent. Illa vero beſtia ſua diuerſa capita iactitabat: quorum ſingulis roſtrum, oculi, nares, dentes, gannitus inerant, quibus homines morſu, blaſphemiſque vocibus ipſum Mundi Rectorem aggrederetur: ſed tamen omnia ad vnicam caudam, finemque pertinebant. Ita vos ad caudas eſtis colligati, ad vnum eundemque finem veſtra omnium conſilia, actuſque conſpirant, vt inferatis exitium veritati; cum interea nullo amicitiæ nexu iunctis capitibus, ſimultates, odia, bella inter vos nulla pace finienda exerceatis, modo non abſimili, quo Deus per Iſaiam ſe facturum dicebat, *vt Aegyptii aduerſus Aegyptios concurrerent*: Certa hæc eſt vaticinatio interitus veſtræ Sectæ. *Omne ſiquidem regnum*, ait Saluator, *in ſe diuiſum, deſolabitur.* Neq; enim eiuſmodi contentiones

Libri II. Cap. 38. *Lib. de votis monaſticis.*

Hæretici vulpes Samſonis. *Iudic. 15. 4.* *Auguſt. in Pſalm. 80.*

Hæreſis beſtia Apocalypſeos. *Apoc 13. 1.*

Iſaia 19. 2.

Luca. 11. 17

Errantium ruina. atq; diſſidia poſſunt eſſe diuturna, quin breuiſſimo tempore vbi regnarint, curſu præcipiti ad ſuum rapiantur exitium; nec magis quam diuiſiones Mathematicæ querunt infinitum habere progreſſum, Atque hoc fine diuini alterius viri prophetia in vobis explebitur, dicentis: *Vere mendacium operatus eſt ſtylus Scribarũ*, (Hæreticorum) *confuſi ſunt ſapientes, perterriti, & capti ſunt, verbum enim Domini proiecerũt, ſapientia nulla eſt in eis.* Pergite igitur, miniſtri, pergite arietum more frontibus aduerſis ad vos collidẽdos, quo valetis impetu cõcurrere: pergite mutuis vos morſibus dilaniare, ſtylorũ mucronibus confodere, & veſtras opiniones, oppoſitis opinionibus euertere, vt tandẽ confoſſo, debilitato, extinctoq; Hæreſis monſtro Eccleſia Dei tranquilla, & pacata conſiſtat. *Veſtrũ enim bellũ eſt eius pax*, ait S. Hilarius, *& ruina veſtri erroris, ianua veſtræ ſalutis. Hæretici omnes contra Eccleſiã veniunt*, inquit, *ille, ſed dum Hæretici oẽs ſe inuicem vincunt, nihil tamen ſibi vincunt, victoria enim eorũ Eccleſiæ triumphus ex omnibus eſt, dum in eo Hæreſis contra alteram pugnat quod in hæreſi altera Eccleſiæ fides damnat.*

Iere. 8. 8. 9.

Hil. libr. 7. de Trinit.

Sintne inter ſe diſſentientes in Eccleſia Catholica opiniones, vt Sectarii obiectant.

CAPVT XXXIX.

AD obtegendam notę ſuperioris merito vobis inuſtæ turpitudinem, quam in opinionũ varietate poſitã eſſe docuimus, vos, errranteſq; proaui, partim ad ſuppoſititiã quandã in Eccleſia Cath. rationem confugitis, partim quoddã ius reconuẽtionis arripitis; vt cũ ex iis quę de repugnantibus in veſtra Secta ſententiis opponũtur vobis non eſt extricãdi facultas, iure quodã recriminationis, diſcrepantes

pantes Catholicorũ doctorũ opiniones identidem obiectetis. Secundũ Lutherum, & alios Caluinus cum ſuã in varia Sectarũ diuortia diffluere videret, hæc duo vobis ad eludendas Catholicorum rationes, & euadendũ reliquit diuerticula. Primũ in ſuæ Inſtitutionis præfatione aperuit, mirum non videri plurimas ex Dei verbo Sectas, & opiniones inter ſe pugnantes oriri, cum id Apoſtolorum æuo contigerit in Eccleſia, Simonianis & Nicolaitis exortis: maxime cum ſit diabolo ſolenne, vbi bonum ſemẽ viderit iactum, ſuperſeminare zizania. Sed vt huic priori diuerticulo, ad effugiendũ vafro comparato aditus præcludatur: Dico primariã quidem cauſam & originem Hæreſeon quæ aduerſus Eccleſiam inſurguit, & diſſidiorum inter ipſos Hæreticos, eſſe dæmonem, nihilominus Hęreſim, non autẽ Eccleſiam Catholicã inuſtam habere notam diſſenſionũ: propterea quod Eccleſia ſuopte ingenio ſpectat vnitatem, atque concordiam; eamq; tum in membris cum ſuo capite, tum inter ipſa membra ingenerat, eo quod eius author eſt Deus, prima, ſummaq; vnitas: Hæreſis contra, cũ ſit fœtus diaboli mendaciorum, diſſenſionum, ac bellorũ architecti, diſſenſiones ex ſe, ac bella progignit: quo fit vt in Eccleſia nõ ex Eccleſiæ doctrina, ſed diaboli malitia diuiſio naſcatur; extra vero Eccleſiã hãc tũ diaboli peruerſitas, tum prauitas Hæreſis procreat: Et vero Eccleſia ſe in vnũ colligit, & aduerſus diabolũ ſe cũ Deo intime coniungit; Hęreſis autẽ à diabolo, & cũ diabolo diſſipatur. Si cõtingat aũt in Eccleſia de re quapiã oriri controuerſias, illa ſuas habet leges, ſuũ caput, ſuos Doctores, ſuaq; Concilia, ad eas ſubito componendas; & cum primũ morbus vel tenuiſſimus

Caluinus in præfat. Inſtit.

Mat. 13. 25. Inimicus homo ſuperſeminauit zizania.

Hæreſis ex ſe mater eſt diſſenſionis, vt Eccleſia concordiæ.

Hæreſis diaboli filia.

fuerit enatus, è veſtigio medicina ne inualeſcat, adhibetur: At Hæreſis cum horum nihil habeat, in deterius progreditur; ſiquidem in ea vnuſquiſque dominatum ambit; quiſque ſuum habet caput, quotque fuerint Doctores, tot etiam capita, & pro capitum numero ſententiæ, ac diſcrepantes opiniones naſcuntur, neceſſe eſt. Eccleſia eſt ſolida rupes, in quam fruſtra irruunt Hæreſes, nam ad eam alliſæ euaneſcunt, ea illæſa perſiſtente: vt cautes firmiſſima procellis, & fluctibus impetita. Hæreſis eſt inuolutus ſerpentium ſeſe inuicem commordentium glomus. In ſumma Eccleſia eſt exercitus filiorum Dei, cui præeſt ſummus Dux, Ducique ſubſunt parentque milites, qui animis viribuſque coniunctiſſimis, ſub illius ſignis depugnant: At Hæreſes eſt Madianitarum, ac Philiſthinorum aduerſus Hebræos coacta multitudo, quæ ſuis ſe armis conficit. Quare nihil proſus habet Hæreſis ſimile cum Eccleſia: nam illa eſt omnium diſſenſionum & diſcordiarum ſeminarium, vt Eccleſia pacis, & vnitatis procreatrix.

Eccleſia eſt rupes. Hæreſis ſerpẽtium glomus. Eccleſia filiorum Dei exercitus. Hæreſis Madianitarum & Philiſthinorũ turma.

Iudic. 7. 22
2. Reg 14. 2

Alterum effugium proponit Caluinus in quarto libro ſuarum Inſtitutionum: vbi Religionum in Eccleſia Catholica diuerſitatem oſtendit: qua ex diuerſitate ſi argumentum, & nota Hæreſis ducenda videantur, veſtro quidem efficietur iudicio noſtram Eccleſiam, neutiquam eſſe veram Eccleſiam, propter eaque tot in ea Sectæ (vt dictitatis) numerentur, quot in ea ſunt Religioſæ familiæ, atque Cœnobia, quorum vnum quodque, vt loquitur Caluinus altare ſibi ſeorſim erexerit, cum alii Franciſcani, alii Dominicani, ac Benedictini vocentur.

Calu lib. 4 Inſt cap. 13. §. 14.

Ordinũ religioſorum varietas non fidei.

vocentur. Miniſter neſcio quis ſuo gloſſemate numerum adauxit, dicens eſſe in noſtra Eccleſia Thomiſtas, & Scotiſtas: quod illi Sancti Thomæ, hi vero Scoti doctrinam amplectantur. Debuiſtis inſuper adiunxiſſe Nominales, Reales, Platonicos, Peripateticos, & omnes Philoſophorum Sectas; nec iis additis, maiorem quam parens veſter Caluinus, cauſæ veſtræ feciſſetis acceſſionem: hoc enim diuerticulum eſt, Sophiſtæque commentum, ſe vt tenebris inuoluat, non vt palam, & in luce compareat. Vmbra eſt ad ſimplices fallendos, non cauſæ deſertæ patrocinium. Denique adulterinus eſt nummus pro ſyncero obtruſus. Agitur hic de diſſenſione, quæ eſt in doctrina, non autem de varietate, quæ cernitur in Religioſis familiis: aut de Academiis, ſuper iis rebus, & quęſtionibus, quę non ſolent ad Religionem, fidemque pertinere. Eſt enim diſſidium peculiaris nota Hæreſis, non varia viuendi ratio, ſtatuſque perſonarum in Eccleſia diuerſus; aut diſſentientium, in actibus humanis, doctriniſque opinionum propugnatio; alioquin tot eſſent apud vos Sectæ, quot vrbes, atque Gymnaſia in orbe Chriſtiano habetis; imo quot domus, & familiæ ſingulorum in qualibet vrbe cenſentur. Hæ Religioſæ familiæ, & Scholæ, tametſi regulis, conſtitutionibus, cultu, habitu, ac ſcientiarum principiis diſcrepare videantur, inter ſe tamen ſunt fide conuinctiſſimæ; nec habent, vt nugatur Caluinus, ab aliis ſeparatum ac diuerſum altare; nec contrariam doctrinam tuentur. Omnes vnum agnoſcunt, amplectuntur, & colunt IESVM CHRISTVM, vnam eademque de IESV

LIBRI II. CAP. 39. Varietas ſtudioſorũ Thomiſtę Scotiſtæ.

Diſſenſio de fide.

LIBRI II. CAP. 39. Chriſto doctrinam, idem Symbolum, eadem Sacramenta profitentur,& ad eandẽ ſpiritus Dei vnitatem conſpirant, pertinentque. Et vero tantum abeſt, vt hæc Religioſorum ordinum multitudo, ac varium vitæ genus, ſit erroris indicium, vt per magnum potius, & illuſtre Eccleſiæ Dei afferat ornamentum: quemadmodum ſtellarum in cœlo multitudo,diuerſaq; animantium,rerumque creatarum in hoc orbe inferiori genera, Dei Creatoris eorum gloriam prædicant, & in domo regia, numerus,atque frequentia miniſtrorum varia numera obeuntium, Regis authoritatem, maieſtatemque commendat. Hac igitur ordinum, & veluti membrorum varietate corpus Eccleſiæ mirabiliter illuſtratur, nec tamen quicquam per eam de animorum inter ſe coniunctione detrahitur. Quã multa ſunt in vno exercitu, & quam varia officiorum genera,quam diuerſi magiſtratus, & ordines? Videas illic ſummum belli gerendi adminiſtratorem ac Ducem, caſtrorum Præfectos, Polemarchos,tribunos celerum,Caſtrametatores,militum tribunos, Centuriones, decuriones Machinariæ tormentorumq; præfectos, qui omnes vni parent equitum Magiſtro,ſummi Ducis nutum intuentur & ad Regis obſequium bellum gerunt,ex qua varietate vnus duntaxat conflatur exercitus. Quam variæ in ampliſſimo Regno Prouinciæ, Præfecturæ, Magiſtratus, Iudices, & alii qui ſub vno Rege variis præficiuntur officiis, quibus imperatur, & imperant? An ne idcirco regnum illud non vnum, ſed in varia diſtractum eſſe dicetur? Ex his variis ornamentis, & numeroſis in vna Eccleſia,ſub vno capite miniſteriis, ſuauiſſimus Muſicæ concentus

diuerſarum

Splendoris varietas in ſtellis.

1.Cor.15.41

Vnus exercitus.

diuerſarum inter ſe vocum, ſub vno tono, claue, & interuallis iiſdem temporum efficitur. At in ſtatu Hæretico nihil eiuſmodi cernitur: nam varietas illic, eſt diſcrepans omnino diſſenſio, variorumq; cantuum, & tonorum aures grauiter percellentium confuſio: ibi quiſque ſuo ſibi modo canit, ſuũ tonũ habet ab aliis diuerſum, nec curat ſe ad aliorum ſymphoniam, & concentum adiungere: vel quid cæteri canant, audire. Hic b. molliori tono, ille duriori delectatur: hic communi Syſtemati & temporum interuallo vocem adaptat, notas ille vocum triplicat: hunc primus modus, illum quintus delectat. Lutherus vnum ſonat, Zuinglius aliud illi contrarium. Caluinus Serueti commenta conuellit: Melanchthon Buceri: Hic in Euchariſtia cum Chriſti corpore panem admittit: ille nihil in ea præter panem eſſe credit. Hic preces ad mortuos iuuandos ſemel, & iterum adhibendas cenſet: alius his perpetuo abſtinendum. Hic ſuperſtitioſum exiſtimat honorem Ieſu Chriſti, & Sanctorum imaginibus exhibitum, ille ſolam Crucem retinendam ac venerandam eſſe contendit. Haud tantam diſſonarum vocum fuiſſe confuſionem inter Babylonicæ turris fabricatores crediderim, quantam videmus opinionum ex diametro pugnantium perturbationem, quantos ſonos abſurdos & abſonos, aures & animos audientium percellentes, quos fundunt ſibi mutuo adlatrãdo nouæ Sectæ Babylonicę ædificatores Proinde Sophiſtam agit Caluinus cum Religioſarum familiarum, aut Gymnaſiorum Eccleſiæ Catholicæ, in quibus humanæ doctrinæ tractãtur varietatem, vt Sectas, & partes rectæ fidei contrarias opponit: nimirum

Libri II Cap. 39.

Eccleſiæ varietas concentui diuerſarũ vocũ Muſico comparatur.

Libri II. Cap. 40. vt aliquam rationem obtendat turpitudini tot Sectarum, tam prodigioſe inter ſe de fide, diuinaque lege diſſidentium: quæ ſicuti ex ipſius Hæreſis viſceribus oriuntur, ita perſpicue illam certa nota deſignant, ac tandem in varias diſtractam partes extinguunt.

Nonam Hæreſis notam, nimirum contumaciam inſitam eſſe penitus Doctrinæ, & ingenio Miniſtrorum, eorumq; Sectatorum.

Capvt XL.

SVpereſt nona & vltima Hæreſis nota breuiter perſtringenda: quæ tam alte veſtris mentibus inſidet, tam peculiaris eſt Sectæ Hugonoticæ, quam vnquam fuerit Simonianorum, Manichæorum, Montaniſtarum, Arrianorum, & aliorum eiuſmodi, qui omnibus retro ſæculis à Dei Eccleſia defeciſſe, eamque oppugnaſſe memorantur. Nulla poſſet afferri tam efficax, tantaque fulgens veritatis luce demonſtratio, quæ tetras & horribiles ex animis veſtris tenebras expelleret. Quanto enim dilucidius veritatem exponimus, tanto hebetiores, & imperitiores euaditis: quantoque grauiori argumentorum, rationumque pondere vrgemini, tanto minus vultis cedere veritati. Non Concilia, non crebræ diſputationes, congreſſus & colloquia, non ſcripti libri, aliaue ſexcenta auxiliorum genera noſtris temporibus excogitata, & in lucem ſtudioſe prolata ad frangendam duritiem adamantinam efficacia, ad flectendos Lutheri, Caluini, Bezæ, aliorumque veſtræ Sectæ Patriarcharum animos profuerunt: Qui licet fractos ſe proſtratos, conuictos, ac victos viderent, nunquam

Pertinacia Miniſtrorũ aduerſus Concilia & diſputationes.

quam tamen voluerunt ſe recte ſentientibus adiungere: ſed magis ac magis animos obfirmarunt contra veritatem reluctando, quam cernebant contra Catholicam fidem, à qua abhorrebant: contra Eccleſiæ Doctores, qui ipſos docebant, eorum infringentes authoritatem. An vero vos à duris illis, & ſaxeis hominibus geniti, faciliores ad cœleſtem excipiendam doctrinam aures: meliora ad intelligendam ingenia: mitiores ad quemcunque ſalutarem diuinitus immiſſum motum animos & voluntates haberetis? Hoc ſane portento ſimile videretur. Quinimmo rebus iam cunctis in veſtro exercitu perditis, ac profligatis, nondum voluiſtis canere receptui, ſed pertinacioribus etiamnum animis, claſſicum ad palabundos veſtræ factionis Mirmillones cogendos canere pergitis, ſi qua via, vi, vel dolo, munitam vndique & inuictam Eccleſiæ Phalangem valeatis inuadere. Hic ſiſto: aliàs ſiquidem de hac indomita pertinacia data occaſione diſputabo.

LIBRI II. CAP. 40.

Infra in Idololatriæ Termini.

Qualitates & notas quibus inſignitur Eccleſia Catholica, Hæreticorum notis eſſe contrarias.

CAPVT XLI.

ERit accuratius alio in loco mihi de veris Eccleſiæ notis agendum: hic iam iis expoſitis quibus inuſta eſt Hæreſis, harum nullam Eccleſiæ Catholicæ, nec etiam vlli ſuorum alumnorum eodem quo illa ſpiritu imbuto conuenire, imo veſtris omnino contrarias habere, paucis indicabo. Nam illa contra *Superbiam*, primam veſtræ Sectæ notam,

1. Superbia Hæreſis. Humilitas Eccleſiæ.

LIBRI II. CAP. 41.

notam, *Humilis* eſt plenaque modeſtiæ: maximeq; commendat *humilitatem*: & Doctores Catholici, eo vero digni titulo, Scriptorum ſuarumque actionum modeſtia ſe germanos filios huius parentis oſtendunt.

2. Impudicitia Hæreſis. Caſtitas Eccleſiæ.

Contra ſecundam ſcilicet *Impudicitiam*, lilio, & corollis *Caſtitatis, & Virginitatis* ornatur: hoc ſuæ leges, libri, Cœnobia Virginum, Religioſæ familiæ, omnes denique omnis generis, & ætatis viri, fœminæque pudicitiæ laude inſignes abunde teſtantur: acieq; directæ ganearum veſtræ Reformatæ obſcœnitatem oppugnant.

3. Mendaciũ Hæreſis veritas Eccleſiæ.

Aduerſus tertiũ veſtræ Scholæ ſignum, quod eſt *Mendacium*: *veritatem* opponit: eſt enim verax, & adeo ſtudioſa veritatis, vt nullius vnquam mendacij vos, niſi confictis criminibus, atque calumniis eam hucuſque conuincere valueritis: at enim quæcunq; in eam mendaciorum, calumniarum, ac probrorum tela torſiſtis illa continuo in veſtra capita reciderunt. Ea porro ſynceritate, & candore ſemper ſe gerit Eccleſia, vt nullum ſuorum inimicorũ præter ius, & fas accuſandum vnquam putarit, in quo demonſtrat ſe longiſſime à veſtra nota numero quarta abeſſe; quæ in

4. Calumnia Hæreſis. Veritas Eccleſiæ.

criminando, falſiſſima comminiſcendo, ſine pudore atque conſcientia calumniando conſiſtit. Intolerabilis eſt omnium veſtrum in iactandis, peruertendis, lacerandis, adulterandis Scripturis diuinis importunitas, & audacia: in quo poſitam eſſe conſtat quintam, qua deſignamini teſſeram, vt

5. Oſtentat & deprauat Scripturas Hæreſis. Eaſdem conſeruat Eccleſia.

ſupra nonnullis exemplis oſtenſum eſt. E contrario luce clarius patet, non modo Scripturas ſanctas, ſed earum quoque verum ſenſum ab Eccleſia Catholica ſartam tectam diligentiſſime conſeruari: quod ſedecim ſerie continua ſæculorum

liquet,

liquet, quibus fide ſumma vetus, nouumque Teſtamentum à Patribus Sanctis, & Conciliis pari fidelitate maximaque Spiritus cœleſtis conſenſione expoſita, ſuo in Archiuio cuſtodiuit. Quod ad *ſimulandi* artificium, & *hypocriſim*, quibus inſitam vobis crudelitatem veluti Sipario obtegitis, quod fuit ſextum veſtræ Reformatæ Symbolum: tam longe ab eis diſtat Eccleſia, quam ab antarctico cardine, arcticus: quippe quæ minimam ſemper *ſimplicitatem, ac benignitatem*, ſuis in Martyribus, priſcisque Confeſſoribus, atque adeo in omnibus filiis, quos Chriſto genuit, & fouit, euidenter oſtendit: qui ſe vt Chriſtianos decebat, geſſerunt, tum rebus aduerſis acerbiſſimas Tyrannorum vexationes, cruciatusque diriſſimos patienter, fortiterque perferendo: tum iiſdem ſecundis, cum ab omni faſtu, & inſolentia eſſent alieniſſimi, nihil habentes antiquius, quam vt benignitatem Chriſti imitando exprimerent. Contra *pertinaciam*, nonam veſtræ Religionis notam, magnopere commendat *obedientiam*: nouitque Superioribus ſpiritualibus iuxta ac Politicis, Sedi Apoſtolicæ, Paſtoribus, Regibus, & aliis qui aliquem in Republica Magiſtratum ciuilem obtinent, libentiſſime parere: ex quo fit, vt qui ex ea naſcuntur filij, ingenitam trahant obſequendi voluntatem, ſuperiorum mandata exequantur, nutum obſeruent, & ad eorum ſeſe ductum, vt agnos mitiſſimos applicent. Poſſem hic pluribus inſiſtere, vt conſentientem in omnibus Eccleſiæ ordinem veſtræ confuſioni: præclara eius ornamenta, veſtris ſordibus: fidei noſtræ ſplendorem, veſtris tenebris opponerem: verum ſit ſatis ſeptem ſuperiores, quibus

eſtis

Libri II. Cap. 41.

6. Hypocriſis & crudelitas Hæreſis.

Synceritas & benignitas Eccleſiæ.

9. Pertinacia Hæreticorum.

Obedientia Eccleſiæ.

eſtis inſignes, notas breui ſermone contraxiſſe, vt contrarias illis videretis, quibus veluti gemmis Catholica Religio omni ex parte collucet. Nihilominus vnum & alterum caput his adiungendum videtur, quæ ſeptimæ & octauæ notæ ſeparatim opponantur, vt conſtans Eccleſiæ Catholicæ cum Apoſtolica Sede coniunctio, & ſummus membrorum eius inter ſe: & in cunctis fidei capitibus conſenſus manifeſtius emineat: Hæc ſiquidem ratio demonſtrandi eſt omnium validiſſima, tum ad Spiritũ Dei ſanctæ infuſum Eccleſiæ ſponſæ internoſcendum, ab eo quo Hæreſis Diaboli ſcortum afflatur: tum etiam vt errore veſtro fortius refutato, Religionis noſtræ veritas magis, magiſque confirmetur.

Quomodo Eccleſia Catholica ſemper fuerit cum Apoſtolica Sede coniuncta.

Capvt XLII.

ACerbum habetis odium, Miniſtri, in Sedem Apoſtolicam, & ex odio adeo crudele, nefariumque bellum ſuſcepiſtis, tantaque pertinacia ſuſceptum fouetis, vt nulla pace finiri poſſe videatur: cum vos minime pudeat, hoc deteſtabili ſcelere gloriari. Vt vero notum eſt, quod etiam ſupra demonſtraui, nec vos poteſtis inficiari, eam à vobis propugnari doctrinam, quæ ex repugnantibus ſibi opinionibus, effatiſque contrariis coagmentata ſit, vt omnis generis diſcordiarum ſeminarium exiſtat. Eccleſia vero Catholica longe diuerſo, vtpote ſuaui, quietoque ſpiritu impulſa, vt nunc quidem eſt, ſic omnibus retro ſæculis fuit

cum

cum Sancti Petri Sede coniuncta: eademque filios educat, inter quos ſumma eſt in rebus fidei, atque Religione conſenſio. Vt vſque adeo eſt illi propria hæc cum Romana Sede conſociatio, vt eam Patres antiqui velut annulum nuptialem initi cum Chriſto coniugij, & inſtar teſſeræ vt veram Eccleſiam à cœtibus adulterinis, impurisque Sectis internoſcerent, ſemper adhibuerint: & quotieſcunque opus eſſet, errantibus Hæreticis, eos vt erroris conuincerent, obiiciendam exiſtimarint. Hac ratione S. Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus, Martyr & Doctor eximius, ſuſcepta contra ſuæ ætatis Hæreticos diſputatione, ex eo veram Eccleſiam ad nos pertinere demonſtrat, quod Papam ſemper, vt verum caput habuerit: quodque in ea ſederint Epiſcopi ordine aliis alij cõtinuata ſerie ſibi ſuccedentes à Sancto Petro ad Eleutherium vſque, qui tum Pontificatum gerebat ſub annum Chriſti centeſimum octogeſimum ſeptimum: quam ille Epiſcoporum ſucceſſionem ab initio ad finem vſque retexuit, quemadmodum poſtea Tertullianus aliiq; Patres plurimi, quos deinde recenſebo. Vbi prætereà idem author hiſce verbis oſtendit. *Ad Romanam Eccleſiam, propter potentiorem principalitatem* (ſeu locum, gradumq; principem in iuriſdictione, & authoritate, quem præ cæteris omnibus obtinet) *Neceſſe eſſe omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt vndiq; fideles, in qua ſemper ab his, qui ſunt vndique, conſeruata eſt, ea quæ eſt ab Apoſtolis traditio.* hæc ille. Sanctus Cypriann de hac coniunctione diſſerens, ait: *Poſt iſta adhuc inſuper Pſeudoepiſcopo ſibi ab Hæreticis conſtituto, nauigare audent, & ad Petri Cathedram, atque Eccleſiam principalem, vnde vnitas ſacerdotalis exorta*

LIBRI II. CAP. 42.

S. Iren. l. 3. c. 3. anno 187.

Tertull. de præſcript. adu. Hær.

S. Cypr. lib. 1. Epiſt. 3. vel 55.

LIBRI II. CAP. 42.

exorta eſt, à Schiſmaticis, & profanis literas ferre, nec cogitare eos eſſe Romanos (quorum fides Apoſtolo prædicante laudata eſt) ad quos perfidia habere non poßit acceſſum. Alio item in loco, cum de eadem cathedra ſermo incidiſſet. *Scimus*, ait, *nos hortatos eos eſſe, vt Eccleſiæ Catholicæ radicem* (id eſt Rom. Eccleſiam) *& matricem agnoſcerent.* S. Hieronymus in quadam ad Damaſum Papam Epiſtola, ait: *Hinc præſidiis fulta mundi Ariana rabies fremit: hinc in tres partes ſciſſa Eccleſia ad ſe rapere me feſtinat: ego interim clamito, ſi quis Cathedræ Petri iungitur, meus eſt.* Alia ad eundem Pontificem data Epiſtola idem loquitur apertius his verbis. *Ego nullum niſi Chriſtum ſequens beatitudini tuæ, id eſt, Cathedræ Petri communione conſocior: ſuper illam petram ædificatam Eccleſiam ſcio, Quicunque extra hanc domum agnum comederit, profanus eſt. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio. Quicunque tecum non colligit, ſpargit: hoc eſt qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt.* Item in Epitaphio Marcellæ ſcribit, S. Athanaſium, eiuſque ſucceſſorem ab Arianis vexatos Romam ad S. Petri Sedem, velut ad tutiſſimum fidei ſuæ, & communionis aſylum confugiſſe. Optatus Mileuitanus Epiſcopus probat apud Donatiſtas non eſſe Eccleſiam, eo quod non poſſint in eorum Secta, continuatam illam Epiſcoporum ſucceſſionem oſtendere: quibus ab ipſo Principe Sancto Petro ad Siricium vſque, qui tum, anno videlicet CCCCXV. ſedebat omnibus enumeratis: *Oſtendite*, ait, *Cathedræ veſtræ originem, qui gloriamini penes vos veram Eccleſiam habere.* Eodem argumento ad illud ipſum probandum vſus eſt Sanctus Auguſtinus: qui S. Irenæi, Tertulliani, Epiphanij, Optati, aliorumque Docto-

Non poteſt errare Eccleſia Romana.
S. Cypr. l. 4. Epiſt. 8.
S. Hieron. Epiſt. ad Damaſum de hypoſtaſis nomine.
Idem in Epiſt. ad Damaſum.
Matt. 16. 18
Gen. 7. 21. 23 Roman ſit ſolus Noe, & qui cũ eo erant in arca.
Luc 11. 23. Qui non colligit.
S Hiero. in Epitaphio Marcellæ.
Optatus Mileuit. l. 2. contra Parmenianum.
S. Auguſt. Romanos Pontifices enumerat Epiſt. 165.

Doctorum ſequutus exemplum, bene longam Pontificum ſeriem à Sancto Petro ad Anaſtaſium primum contexuit, qui ſua ætate, anno videlicet Christi CCCCXXX. Romanam Cathedram obtinebat: monetque Donatiſtas, eorum nemi-nem Sectæ ſuæ caput extitiſſe. Alio præterea in lo-co agens de Pſeudoepiſcopo Cæcilio: *Cum ſe vide-ret*, ait, *& Romanæ Eccleſiæ, in qua ſemper Apoſtolicæ Ca-thedræ viguit principatus; & multis terris vnde Euange-lium ad ipſam Aphricam venit, per communicatorias lite-ras eſſe coniunctum, &c.* Inuitat eoſdem Donatiſtas alibi, vt ſe Epiſcopo Romano adiungant. *Venite fratres*, inquit, *ſi vultis vt inſeramini in vite. Dolor eſt cum vos videmus præciſos ita iacere. Numerate Sacer-dotes vel ab ipſa Petri Sede. Et in ordine illo Patrum, quis cui ſucceſſit, videte. Ipſa eſt petra, quam non vincunt ſu-perbæ Inferorum portæ.* Quibus verbis aſſerit San-ctus Doctor Donatiſtarum cœtum nequaquam eſſe Dei Eccleſiam, eo quod cum capite à Deo con-ſtituto Petri videlicet ſucceſſore minime coniun-geretur: & manifeſtum eſſe Hæreſis argumentum ab ea Cathedra diuelli. Enimuero ſi Eccleſia eſt v-na, & corpus vnum myſticum, vt ex Sacra Scriptu-ra conſtat, cum ait: *Vna eſt columba mea*: & vt fuſius infra docebo, neceſſe omnino eſt, eam cum aliquo capite coniungi, alioquin corpus eſſet acephalum, monſtrumque nobiliori ſui parte priuatum: aut ſi ei plura capita tribuantur, monſtrum erit ſimili-ter multorum capitum: alterutrum eligite, aut ſi mauultis vtrumque, & tale futurum corpus agno-ſcite, quale veſtrum eſt, cum nullum verum ac le-gitimum caput habeat, adulterina vero plurima, cuiuſmodi monſtro Lernæo fuiſſe fabulantur:

LIBRI II. CAP. 43.

Idem Epiſt. 162 ad Glo-rium.

In Romana Eccleſia Cathedræ Apoſtolicę viguit ſemper principatus.

S. Auguſt. in Pſal. contra partem Donati.

Mat. 16. 18.

Cant. 6. 8.

Libri II. Cap. 43. Cathedra peſtilentiæ penes errantes eſt, qui S. Petri Sedi aduerſantur.

S. Auguſt. to. 4. in Quæſt. no. & vet. teſt. q. 10.

corpus denique conſtituens (vt loquitur Auguſtinus Regis Hebræi more) *Cathedram peſtilentiæ*, illi perſimilem, quam Hæretici eiuſdem Doctoris æuo ad oppugnandam vt vos, Sancti Petri Sedem erexerant. Hæc modo de Sedis Apoſtolicæ quæſtione dixiſſe ſufficiat: cætera deinceps cum agetur de notis Eccleſiæ Catholicæ, perſequemur.

Vanam ac futilem eſſe aduerſariorum excuſationem dicentium IESVM CHRISTVM Eccleſiæ ſuæ caput, nullumq; præterea ſe velle.

Capvt XLIII.

SOlenne vobis eſt ad eludendam Doctorum, Sanctorumque Patrum authoritatem, iactare IESVM CHRISTVM eſſe caput veſtrum, ac præter eum vos agnoſcere velle neminem. Ad hoc reſpondeo, vos nequaquam occultius ſub hoc ſpecioſo ſipario poſſe latitare, quam veteres Hæreticos, de Chriſto veluti ſuarum Sectarum capite gloriari ſolitos: quorum tamen ſane magis quam veſtrum caput erat Chriſtus. Nemini quidem eſt dubitandũ, quin IESVS CHRISTVS ſummum ſit Eccleſiæ ſuæ caput, Paſtor, ſummusque Pontifex: nihilominus conſpicuum vnum, atque aſpectabile eidem aſpectabili Eccleſiæ in terris verſanti præfecit, à quo vt ſuo Vicario, vna cum inferioribus quibuſdam adminiſtris, quos ille ſibi in partem muneris tanti adlegeret adiutores, gubernaretur. Eſt ſine dubio Sanctus Petrus, cui ipſemet Chriſtus, eiuſque Succeſſoribus dixit: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & tibi*

Mat. 16. 18. Ioan. 21. 16 17.

& tibi dabo claues regni cælorum. Paſce agnos meos, paſce agnos meos, paſce oues meas. Quæ verborum formulæ variis ex ſimilitudinibus depromptæ euidentiſſime declarant Sanctum Petrum ſupremum Eccleſiæ caput, atque Rectorem à Saluatore conſtitui: nam FVNDAMENTVM eſt totius ædificij baſis, & fundamentum: CLAVES autem deſignant ſummum totius domus œconomum: mandatum vero de PASCENDIS cunctis ouibus, concreditam in vniuerſum gregem authoritatem indicat. Sanctus Auguſtinus de hoc Primatu diſſerens, ita loquitur. *Saluator cum pro ſe, & Petro dari iubet,* (ſcilicet didrachma) *pro omnibus exoluiſſe videtur: quia ſicut in Saluatore erant omnes cauſæ magiſterij: ita & poſt Saluatorem in Petro omnes continentur: ipſum enim conſtituit eſſe caput eorum: vt paſtor eſſet gregis Dominici. Nam inter cætera dicit diſcipulis: vigilate, & orate, ne intretis in tentationem. Et Petro dicit: Ecce Sathanas expoſtulauit, vt vos ventilet ſicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Quid ambigitur? Pro Petro rogabat, & pro Iacobo, & Ioanne non rogabat, vt cæteros taceam? Manifeſtum eſt in Petro omnes contineri: rogans enim pro Petro, pro omnibus rogaſſe dignoſcitur. Semper enim in Præpoſito populus aut corripitur, aut laudatur.* Et alias ſæpe verba illa Saluatoris exponens. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* S. Petrum eſſe fundamentum, & caput Eccleſiæ, & in ſua perſona illius typum geſtare demonſtrat. Et in quodam ſermone de Sanctis Petro, & Paulo, cum S. Petrum multis ornaſſet titulis, adiunxit: *Et ideo ſolus inter Apoſtolos meruit audire.*

LIBRI II. CAP. 43.

S. Auguſt. to.4.q.5.ex no.Teſt.

S. Petrus fit Apoſtolorum caput & paſtor totius gregis Chriſti.

Mat.26.4. Luc.22.31.32.

Mat.16.18. S. Auguſt. de Sanctis. ſer.15.16.26 tom.10. ſerm. de temp. 124. ſerm.29.de Sanctis.

Amen dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues regni cœlorum. Dignus certe qui ædificandis in domo Dei populis, lapis eſſet ad fundamentum, columna ad ſuſtentandum, clauis ad regnum. Solus igitur inter Apoſtolos creatus eſt S. Petrus conſpicuum militantis Eccleſiæ caput, atque IESV CHRISTI Vicarius. Eodemque omnino iure illi omnes, qui ei in eadem Cathedra ſucceſſuri ſunt: nec enim poterat ſemper viuere: & ideo non erat Chriſti voluntas ſuæ Eccleſiæ caput in vnius duntaxat hominis vitam præficere, ſed in omne tempus, quo illa perſtaret. Agite dum Miniſtri, & quam ſitis à Dei ſpiritu, doctrinaque Sanctorum alieni diſplicite, cum infami Antichriſti nomine Papam nuncupatis; quamque friuolum ſit, ad inuiſibile caput, vt conſpicuum à Saluatore conſtitutum repudietis, confugere. Nec enim huiuſmodi excuſatio magis poteſt vos à perfidiæ peccato vindicare, quam legitimi regis perduelles, hac voce tuentes ſe, quod IESVM CHRISTVM habeant regem. Nam licet filius Dei Seruator & vindex generis humani ſit veriſſime ſummus Rex omnium, qui toto ſunt orbe populorum, non tamen illud obſtat, quo minus Reges aſpectabiles ab eodem ad regenda aſpectabilia membra conſtituti capita, ſuam authoritatem obtineant, & à ſubiectis ſibi populis agnoſcantur. Eam ob rem, quamquam ſupremum ipſe Chriſtus ſit Eccleſiæ caput, nihilominus ſanciuit, vt quicunque eius membra cenſerentur, aſpectabili eiuſdem Eccleſiæ capiti adhæreſcerent: & tanquam ſuæ authoritatis Vicario, ſi quidem vellent immminutæ maieſtatis diuinæ crimen, ac pœnam effugere, pa-

IESVS CHRISTVS Rex Regũ. *Apoc. 19. 16*

re,parerent. Ad quid igitur viſibile caput obtenditis, niſi vt Papam abiiciatis, honeſtæque cauſæ obtentu ei perniciem moliamini? At enim hocne quæſito colore, vos turpiſſimum rebellionis crimen expurgaturos, aut etiam velaturos putatis? Non eſt,mihi credite,idonea excuſatio, ſed grauiſſima potius apud eum, cuius Vicarium contemnitis, accuſatio: quæ veſtri corporis acephali, monſtrique multicipitis fœditatem prodit. Et hinc licet minime dubiis coniicere argumentis corpus adeo monſtroſum non fore diuturnum. Vt enim corporis membra à ſuo capite diuulſa, agendi vi, vitaque priuantur: ita fieri nequit, vt vos diu perſtetis, vitamque propagetis,cum nullum habeatis caput, quod vos ſibi, vosque ſimul ſtabili neceſſitudine coniungat. Et ne hoc à me temere dici videatur, conuertite mentis aciem ad Aſiæ, & Africæ Eccleſias quondam florentiſſimas, quæ mille nobis ſummæ ſanctitatis, ac doctrinæ viros pepererunt: quid cauſæ putatis, cur ab orthodoxa fide extiterint? Quod modo legitimis Paſtoribus, & alicuius nominis Doctoribus orbatæ, in denſiſſimis tenebris,maximaque fidei,rerumque Diuinarum ignoratione verſentur? Si recte ratiocinari voletis,veram illam eſſe dicetis cauſam, quod ſe ab Eccleſia Romana, ſummoque Chriſtianorum capite ſeiunxerint. En vobis ſpiritum,& coniunctionem Eccleſiæ Dei cum aſpectabili capite, eidem à CHRISTO IESV conſtituto,quem vos falſo nomine Antichriſtum nominatis.

LIBRI II. CAP. 43.

Libri II. Cap. 44.

De mirabili conſenſu atque concordia Catholicorum Doctorum, in iis, quæ ad fidei capita doctrinamque pertinent.

Capvt XLIV.

SI tanta eſt membrorum Eccleſiæ cum ſuo capite, quantam oſtendimus, neceſſitudo, atque coniunctio: haud ſane mirum, permagnam quoque inter ipſa ſub eodem capite membra conſpici connexionem: quæ vt in Eccleſia Catholica maniſeſtiſſima eſt, ita veriſſimam dicimus eſſe notam Spiritus illius, qui Deus eſt pacis, & non diſſenſionis: vt ex aduerſo, veſtras diſſenſiones ſpiritus cacodæmonis ſymbola eſſe conſtat, quo authore ſeditiones, defectiones, bellaque naſcuntur. Quam mirabilis eſt in hac Eccleſia Doctorum omnium in eadem fidei doctrina conſenſus? Quanta inter ſe concordia ad aliquod de religione caput inueſtigandum, explicandum, ſtatuendumue conſpirant? Et hoc mirabilius eſt, quod in pleriſque alia, atque alia ſit naturalis animi propenſio, ac plane diuerſa ingenia. Nam hos videas mites, & humanos, aſperiores alios, atque ſeueros. Diuerſarum regionum fuerunt, Græci alij, alij Latini: hos genuit, & aluit Aſia, illos Africa: diuerſorum item ſæculorum, atque linguarum. vt patria, gente, morum externorum conſuetudine, æuo, lingua, ætate diſſimillimi haberentur. Quantam nihilominus in tanta diſſimilitudine concordiam, animorumque conſpirationem videmus? Hanc harmoniam, atque conſenſionem animorum plane diuinam, ſi quis ſit, qui cum Sancto Auguſtino non admiretur, is ſtupidus, atque adeo ſtipes ſit, neceſſe eſt.

1. Cor. 14.

Mirabilis in Eccleſia Dei conſenſio.

S. Aug. l. 8. de ciu. c. 41

Nec

Nec minorem licet in omnibus Conciliis rite, ac legitime coactis, ſummorumque Pontificum Decretis, & conſtitutionibus conſenſum, & quaſi concentum cernere: quamquam ea viri diuerſi, variis locis & temporibus, propter occaſiones, cauſasque diuerſas, ac plerumque aduerſus Hæreſes inter ſe repugnantes, omninoque contrarias ediderint. Quamuis autem Hæretici omnes ingenij neruos intenderint, & omnes ſuperiorum temporum Scriptores euoluerint, nulla tamen Catholicorum ſcripta de fidei rebus inter ſe pugnantia deprehendere potuerunt: ſed perpetuam potius, conſtantemque concordiam, concentumque concordem: quod eſt argumentum certiſſimum Spiritum Dei huic corpori myſtico præſidere, illud animare, gubernare, eiusque membra vnà coniungere, nexuque firmiſſimo ea inter ſe colligare. Contra quid aliud indicat veſtra iſta pertinax, atque diuturna diſcordia, quam veſtram Eccleſiam, moderatore, & capite carentem, malignantium eſſe Sectam, omniumque errantium, inter ſeque diſſidentium colonorum metropolim, in quam Angelus Abyſſi diſcordiarum, & omnis confuſionis author, ſummum ius, & imperium exerceat? Atque hæc ſunt, quæ nunc quidem pro Eccleſia Catholica, ſeptimæ veſtræ, & octauæ notæ apponenda cenſui, quæ adhuc reſtant propoſiturus, cum erit infra de prima Eccleſiæ nota diſputandum. LIBRI II. CAP. 44.

Digitized by Google

LIBRI II.
CAP. 45.

Superiorum librorum Summa, & Epilogus,

CAPVT XLV.

ACcipite nunc ſummam, ſi ea quidem vobis vti libuerit, & breui methodo comprehenſam eorum epitomen, quæ primis duobus libris tractata ſunt, vt ad ea facilius recolenda memoria renouetur. Docui & aperte quid ſit Idolum, Quid Idololatria corporea & aſpectabilis. Quid eadem ſpiritalis oſtendi: Inter omnia Idololatriarum genera Hæreſi nomen, ac rationem Iodololatriæ iure ac merito eſſe tribuendum: Eam omnium eſſe pernitioſiſſimam: vos eſſe Hæreticos, eoq; nomine inter veros Idololatras collocandos. Quod autem ſitis Hæretici, id ex vi, ac notione vocis huius Hęretici, qua ſignificatur elector, ſed malignus, perſpicuum eſſe demonſtraui: Vos autẽ ex diuinæ Scripturæ libris, ac religionis capitib. probare, vel improbare, eligere vel reſpuere quæcunq; libet, euidenter expoſui, confirmauiq; tum ex definitione Hæreſis, & Hæretici: tũ ex veſtræ Sectæ partibus, conflatæ ex variis Hæreſibus, iampridem ab Eccleſia damnatis: ac denique ex Hæreſis, & Hæreticorum notis, quas licet in veſtra doctrina, atque moribus intueri. Prima atque generalis ratiocinatio fuit hæc. *Quicunque eſt Hæreticus, eſt Idololatra: vos eſtis Hæretici: Igitur Idololatræ.* Altera generalis ratiocinatio, prioris aſſumptionem confirmauit. Quod nimirũ ſitis Hæretici: tribus maxime, quæ modo recenſui, corroborata rationibus. *Quicunq; eligit aut reiicit in Scriptura, & in Religione, quicquid ei placet, vel diſplicet, ſuumq; iudicium Eccleſiæ iudicio præponit.* Item. *Quicunq; pertinaciter tuetur errorem, & Hæreſes amplectitur olim ab Eccleſia damnatas.* Item, *Quicunq; notis ab Hæreſis*

Hæreticus qui eligit.

Hæreticus qui perperam eligit. Qui pertinaciter errorem tuetur.

Hæreſis vi, naturaque fluentibus inſignitur, is eſt Hæreticus. Vos quidquid libitum eſt in Scriptura eligitis, vel repudiatis: vos animo pertinaciſſimo quamplurimos errores propugnatis: Et Hæreſes olim damnatas amplexamini: & omnes denique Hæreſis notas geritis inuſtas. Ex his antecedentibus rationum agmine confirmatis, optima conſecutione neceſſaria concluſio elicitur, *vos, ſcilicet, eſſe Hæreticos*, & quod ex his tandem conficitur neceſſario, *vos eſſe Idololatras*, & quam fouetis Religionem, *Sectam eſſe rebellem, & impuram Idololatriæ ſentinam.* His ita conſtitutus, planeque perſpectis, reliquum eſt, vt veſtra templa, ingreſſi puta, fictaque idola, ad typum Ethnicorum veterum ſummo artificio viuis malitiæ expreſſa coloribus, & in aris iſtius Reformatæ collocata ſigillatim intueamur. Quod ſequentibus libris exequar.

Libri III. Cap. I. Qui Hæreſes amplectitur. Qui impreſſas habet Hæreſis notas.

IDOLOLATRIÆ HVGONOTICÆ LIBER TERTIVS.

Sathanæ in Iodololatria variis modis perpetuanda vafrities: quantaque ſit calumniæ iniquitas.

Capvt I.

IN huius tertii libri exordio veſtram optarem Miniſtri, excitari memoriam ad eorum recordationem, quæ ſunt hactenus prioribus libris diſputata: in iis enim firmis confirmatum eſt argumentis, ac veſtris præſertim effatis omnem Hæreſim commentitium, & falſum eſſe Deum, ac proinde Idolum: & quamlibet Sectam Hæreticam,

 eſſe ve-

LIBRI III. CAP. I.

Dæmonis aſtutia.

S. Cypr. de vnit. Eccl.

S. Aug. lib. 8. de ciuit. cap. 31.

eſſe veriſſimam Idololatriam. Atque in eam rem ablatum eſt id, quod Sanctus Cyprianus & Auguſtinus inter cæteros Doctores obſeruarunt. Eſt vero illud: cum humani generis hoſtis diabolus videret, ægerrimeque ferret Chriſti Saluatoris, ac triumphantis aduentu Idololatriæ regnũ perculſum, ac profligatum iacere, Idola derelicta, Ethnicorum ſuperſtitiones abolitas, & per nimium credentium populum ſedes ſuas, ac templa deſerta, nouam excogitauit fraudem, vt ſub ipſo Chriſtiani titulo nominis falleret incautos, nouamque Idololatriam excitauit, ac noua Hæreſum, Sectarum, & Schiſmatum Idola fabricauit, quæ in locum veterum Ethnicarum ſuperſtitionum, nefandorumq; cultum inter Chriſtianos collocaret, quibus ſubuertere fidem, veritatem corrumpere, vnitatem ſcindere moliebatur. His igitur duobus numeris repetitis capitibus, nunc adyta, & ſacraria minime tamen ſacra commentitiæ veſtræ Religionis ingredior ſigillatim oſtenſurus. quo pacto vos ad impiam veterum Ethnicorum ſimilitudinem, maximam Deorum multitudinem agnoſcatis, nouiſque Idolis ad priſcorum exemplar effigiatis, variis tamen ac diuerſis coloribus illuminatis, diuinos honores habeatis, & ea pro Deo vero, & vno adoretis. Videre mihi videor veſtræ Synagogæ fraterculos ad huius argumenti propoſitionem commoueri, obſtupeſcere, & quidnam ſim effecturus ſuſpenſis animis attendere. Enimuero niſi prius vniuerſe probaſſē, quod id ſuperioribus libris videre potuiſtis, tam ardua, tamque periculoſa iudicari poſſet huius operis molitio, quã noua prima frõte, ac prçter communem exiſtimationem videtur: vos

nimirum

nimirum plurimi, ac falſorum deorum cultores, & adoratores eſſe; præſertim cum vnius Dei cultum magnifico, atque adeo ambitioſo Religionis reformatæ titulo profiteamini, & ab ipſis etiam ſacris imaginibus abhorreatis, nec quiſquam vos in numerum Idololatrarum, ſi eas quidē probaretis, reponendos arbitretur. Nec modo videmini Ethnicorum Idololatriā deteſtari, verum etiam ac ſi ab ea eſſetis alieniſſimi, in omni congreſſu, & quauis occaſione data, ipſam illam, vt ſæpe monui, Eccleſiæ Catholicę exprobrare ſoletis, & affingere: & ab anno 17. ſupra quingenteſimum ac milleſimum quē apoſtaſia Lutheri fecit inſignem, ac funeſtum his contumeliis, & opprobriis ceu validiſſimis quibuſdam machinis arcem Eccleſiæ continenter, & tamen irrito conatu, labefactare, ac funditus euertere tentaſtis. At enim cum abunde ſit in theſi probatum, veſtram ſcholam ex variis Idololatriis cum maxima confuſione conflatam eſſe, nullumque ſit dubium, quin vbi ſint, multiplicia Idololatriarum genera, ibi pariter multi falſi Dii, atque Idola reperiantur, (nec enim poteſt alterum ſine altero, cum ſint relatiue oppoſita, conſiſtere) mihi facillimum erit, ſuſceptum munus explere, & in hac veluti ſimilitudinis Ethnicæ Idololatriæ ac ſuperſtitionis tabula, veſtram veram ac propriam exhibere. Itaq; reliquum eſt, vt ſingulatim, atq; per partes exponam, quod generatim ſupra fuit comprobatum; & ex iis, quæ ex monumentis Doctorū Eccleſiæ Catholicæ retuli, omniū oculis ſubiiciam in veſtris Eccleſiis, quamuis ſe ipſæ nō modo Chriſtianas, ſed omnium etiam Chriſtianiſſimas audeant

Digitized by Google

LIBRI III. CAP. I.

deant iactitare, Cacodæmonem mendaciorum architectum falſa numina renouaſſe; Idolaque vetera, quæ filii Dei virtute ex aris Ethnicorum exturbata, proſtrata & exterminata fuerant, iterum pari ſcelere veſtris in templis repoſuiſſe. Quibus certe demonſtrationibus id primum aſſequemur, vt veritas ſecundum omnes ſui partes viuis expreſſa coloribus in bono lumine collocetur: deinde, vt quod ab initio pollicitus ſum, perfectum euidenter appareat, nimirum vos iniquiſſimorum, omnique pudore carentium calumniatorum ſuſtinere perſonam: quandoquidem inexpiabile ſcelus, quo eſtis aſtuti, ſanctiſſimæ obiicitis Eccleſiæ: vt denique omnes intelligant, veſtram Religionem, quam vos falſiſſime reformatam, nos veriſſime omnium Hæreſum, & ſcelerum Lernam appellamus, eiuſdem Eccleſiæ parentis noſtræ optimæ tam impudenter ſibi caſtitatem arrogare, quam falſo Ægyptia adultera caſtiſſimum Ioſephum ſibi ab eo oblati ſtupri, quo pudica cenſeretur, inſimulauit. Attentis igitur paululum animis, ſi quidem aliquando veritatem cognoſcere, eamque repudiato mendacio velitis amplecti, quæ ſum dicturus, accipite: meque fixo oculorum minime conuiuentium obtutu, auribuſque vacuis præeuntem ſequimini, quamdiu veſtrorum fanorum parietes, veritatis ariete conuello, diruoque, vt tandem lararia pateant, in quibus veſtra latitant mendacia, errores, falſi Dii, Deorumque recentium ſimulachra, ad exemplar veterum Ethnicorum conflata, diuerſis tamen formis, vt ante dixi, atque coloribus adumbrata, quæ idem ſcelerum opifex

Calumniator vt alterius virtutē conuellat. ſuo illum crimine infamat. ſup. *lib. 1. cap. 1.* *Ioſeph. Gen 39.14.*

opifex in eorum locum malitioſe, vafreque ſubſtituit. LIBRI III. CAP. 2.

De confuſa Deorum Ethnicorum multitudine, malitia Cacodæmonis in orbem inuecta.

CAPVT II.

PRoponenda vobis eſt in capite diſputationis huius Deorum Ethnicorum multitudinis epitome; tum vt in hac veluti tabula, quanta ſit falſorum veſtræ Religionis Deorum cum veteribus illis ſimilitudo pateat; tum etiam vt vafriciem opificis, à quo hæc omnia excogitata, conflataque ſunt, agnoſcatis. Ex quo antiquus ille Draco è cœlorum arce præcipitatus eſt, nunquam deſtitit humi ſerpere, & ex lata à Deo ſententia, fœtum venenis partus per terram trahere: hoc eſt, vt ſanctiſſimi Doctores exponunt, cogitationes ſuas omnes ad maleficium abiecit, ſummam capiens è ſceleribus quæ ipſe patrarit, voluptatẽ, vel ad quæ perficienda mortales, in quos infinitum habet odium, pernicioſis impiiſq; conſiliis induxerit. Inprimis quidem neruos omnes in hoc vnum intendit, variis vt erroribus in mundum inuectis, præpotentis Dei gloriam obſcuraret, & ex hominum mentibus inſitam de eius numine notionem, omnemque de æterna diuinitate ſenſum radicitus euelleret: vt ipſe pro Deo agnitus, debitos vero Deo honores, & cultum aſſequeretur. Cum igitur hominibus fuiſſet autor, vt plus quam fas eſſet, præterque rationem rebus creatis adhæreſcerent, iiſque contra leges Creatoris, contraq; ordinem ab eo definitum abuterentur, tandẽ eis, vt pro

Diaboli in Hæreſibus fabricãdis malitia,

Serpentis damnatio.

Super pect⁹ tuum gradiens. Geneſ. 3. 14.

S. Amb. lib de fuga ſeculi c 7. & lib. de Parad. cap. 15.

Creator in iis rebus quas creauit honoratur.

LIBRI III. CAP. 2.

vt pro Diis illas haberent, colerentque perſuaſit; vt, ſcilicet, in ſuis ipſe commentis, tot ac tam variis modis, quot inanes Deos, & Idola fallaciter excogitarat, adoraretur. Atque vt molitor huius vniuerſi à iuſtis, ſanctiſque viris, vt ſupremus, veruſque Dominus in rebus à ſe procreatis iure meritoq; agnoſcebatur, colebaturque; ita cultum ille diuinum falſis nominibus in ſe transferre contendit, in idque ſtudium omne contulit, vt tam vario cultuum genere, quam multos ex rebus creatis fabricarat Deos, ab inſanis hominibus honoraretur. Eam ob cauſam variis ex rebus, varios ille Deos ſenſim fabricari, & diuerſis in locis hac arte propagare aggreſſus eſt, vt primum in hominum animis inſculperet falſam Iouis, Saturni, Veneris, & cæterorum diuinitatem, conſentanee deprauatis eorũ ſtudiis, & cupiditatibus; vt eos deinde ad fabricanda aſpectabilia Idola, iis ſimilia quæ eius inſtinctu animo conceperant, induceret. Atque vt longe lateque, orbeq; vniuerſo dominatum occuparet, & in omni loco hominibus multis modis illuderet, omnis generis Deos Cœleſtes, terreſtres, Marinos Superos, Inferos, Syluanos, Montanos, Peregrinos, Domeſticos, Patellarios, Topicos, Emiſſarios excogitauit. E cœlitibus autem quoſdam minutiores fecit, qui ἐγγεγραμμένοι ſiue adſcriptitii Minorumque Gentium, ita nominati, quod à ſuperſtitioſa antiquitate fuerint ex hominibus in Deorum album relati. Alios vero grandiores induxit Maiorum Gentium nuncupatos, tum quod eos finxerit è cœlo, vnde ipſe fuerat deturbatus, originem traxiſſe; tum quod maioris dignitatis, ac poteſtatis eſſe perſuaſerit. Quos vetus Ennius duobus his verſibus complexus eſt:

Dii minorum Gentium. *Lact. de falſa Religion. lib. 1. cap. 18. D. Auguſt. libr. 4. de ciuit. c. 23.*

Dii maiorum Gentium *iidem autores, & Alex. ab Alex. libr. 6. cap. 4. Senec. Phil. lib. 2 q. natur. Manil.*

Iuno,

Iano, Veſta, Minerua, Ceres, Diana, Venus. Mars.
Mercurius, Ioue Neptunus, Vulcanus Apollo.

Fœminas ſex, totidem mares. Saturnum prætermiſit Latinorum opinione Deum quidem magnum, Ioue tamen filio minorem. Omnium famoſiſſimi, & ab vniuerſis fere Nationibus recepti fuerunt *Saturnus* cœlo genitus, *Iupiter* aut *Iouis*, *Mars, Apollo, Venus, Mercurius, & Luna*, totidem in cęlis Planetis, iiſdemque nominibus deſignati; quanquam in terra fuerunt eiuſdem nominis plurimi; multi, inquam, *Ioues*, *Apollines*, *Veneres*, & ita de cæteris, quorum magna pars ſub eadem appellatione colebatur. E minutioribus *Aeolum, Bacchum, Terminum*, hiſque ſimiles numerant, qui tamen ſe interdum ſic efferebant, vt maioribus Diis viderentur æquales. Præter iſtos quos modo recenſui multis Gentibus communes, alios quæque natio, atq; adeo certi quidã homines, proprios habebãt: vt Perſæ *Draconem*, Ægyptii *Apini*, aut *Bouem*: quorũ exemplo Iſraelitæ vitulum in ſolitudine conflarũt, & coluerũt; quod ſimiliter longo poſt tempore Palæſtinæ poſſeſſionem adepti fecerunt. Philiſthinorũ Deus erat *Dagon, Moloch, Aſtarot*, *Aſtarte*, Michæ Iudæi Idolũ ſuo iuſſu impenſiſq; conflatum; Laban ſimiliter Iacob Patriarchæ ſocer Idola quædam, Deoſque

LIBRI III. CAP. 2.
libr. 2. Aſtronom.
Cic. Tuſc. 1.
Roſin. Antiqu. Rom. lib. [illegible] cap. 3.
Lil. Gyral. de Diis Gent. Syn. 1. Nat Cõ. Mythol. lib 7. capit. 16. Vide S. Auguſtinum libro 4. de ciuitate Dei cap. 23 & Macrob. libro tertio Saturn. capitulo 4.
Saturnus.
Cic libr. 2. de Nat. D.
Æolus, Bacchus, Terminus.
DracoPerſarum Deus. *Dan. 14*

21. 25. Sanctus Auguſtinus libro 10. de ciuitate Dei, capit. 8. Apis Ægyptiorum *Herodotus in thalia. Euſebius Præp. Euang libro 2. capit. 10. Sanctus Auguſtinus libr. 18. de ciuita. Dei, capit 5. Ruff. Aquil. Eccleſ. hiſt. libr. 11. Euſebius libro 10. Præp. Diod. libro primo. Tacitus libr. 4. hiſt.* Dagon Philiſthinorum. *Iudic. 16. 23 1. Regum 5. 2. Michas Iud. 17. & 18. Laban, Gen. 31. 30.* Saturnus & Ianus Romanorum *Macrob. lib 1. cap. 5. Plin. libr. 34. cap 17. Roſin. libr. 2. cap. 3. Cic. libr. 2. de Nat. D. Plutarc. in Cleomene. lib. Gyral. de Diis Gent Synt. 1. & 6. Arnob. contra Gent. lib. 4 8. Auguſtin. libr. 6. de ciuit Dei cap. 9. Liuius libr. 22. 29. 34. Diod. lib 56*

LIBRI III. CAP. 2.

Deoſque penatòs habuit more Patrum familias illius regionis. Romani Saturnum: Ianum & alios, quos ſibi eodem authore diabolo fecerunt: & eo vſque progreſſa fuit mortalium ſuperſtitio, vt quicquid ſub aſpectum caderet, ipſi etiam mures, cœpe, allia, porri in Deos referrentur; quin etiam animi, corporiſque morbi, *Metus, Pauor, Ira, Voluptas, Febris, actiones humanæ, Victoria, Fuga, vitia* denique, atque virtutes; adeo vt, ſi Pindaro fides, triginta millia Deorum; ſi Varroni, plures multo: ſi Tyrio Maximo, innumerabiles Dii cenſerentur: quam omnem turbam exceperunt Romani, & coluerunt in fano ob eam cauſam *Pantheon* nominato, quod M. Agrippa anno decimo tertio imperii Auguſti ædificarat, annis circiter vigeſimo nono ante Saluatoris aduentum in terras, quo tempore Roma vniuerſa Dominatrix, tot erat addicta ſuperſtitionibus, quot illa populis dominabatur; ignara ſiquidē veri Dei, omnium gentium Diis ac dæmonibus ſeruiebat; quam ob tantam confuſionem, & execrandam Idololatriam, vrbem illam D. Petrus iure meritoq; nomine Babylonis appellauit. Sed enim cum verus iuſtitię Sol illuxit mundo, ſeq; noſtræ mortalitatis nube obtectum mortalium oculis videndū exhibuit, has cimmeriis denſiores tenebras cœleſtis doctrinę luce diſſipauit: fecitq; vt veritati mendacium, pietati ſuperſtitio: & Idolorum cultus veræ cederet religioni: & ipſe cui, vt ſummo Imperatori tota fuerat reſeruata victoria, de mundi principe, omnique Idololatria glorioſe triumphans, ipſam illam vrbem, quæ vt omnium Gentiū nomina, ita omni vanitati parebat, ſedes impietatis efferta, & omnis Idololatriæ aſylum conſtituit regni ſui

Pantheon ędificatum à M. Agrippa.

Dio Caſſ. libr 53. Plin. lib. 36 hiſt. cap. 15. Diod Sicul lib. 6. ca. 10. Al. ab Alex. libr. 2 Gen. d. c. 8

M. Agrippa gener Auguſti.

Tacit. lib 1

Roma quódam Babylon.

1. Petri. 5. 3.

Sedes nunc Eccleſiæ.

gni ſui caput, Eccleſiæ fundamentum, columnam veritatis, munitiſſimam Religionis arcem, & totius domicilium ſanctitatis. Magnum profecto tunc diabolus ob illatam ſuis rebus cladem animo cœpit dolorem, nec deinceps conquieuit vnquam, omneſque machinas admouit, vt accepta damna ſarciret. Sed cum plane cognoſceret fieri non poſſe, vt inter Chriſtianos veterem ad dudum ſepultam Idololatriam, quod nimis craſſa ſit, inſtauraret: Hæreſes, vt dixi, ſolerter inuenit Idola tenuiora, quæcunque, ſcilicet, potuit ex veteribus diffractis, ac diſſipatis fragmenta colligens, noua cudit ad illorum exemplar, vt in hoc Idololatriæ genere, ſimilitudine quadam, quemadmodum olim in Ethnica regnaret. Agite dum Priſcos Deos excutiamus, illoſque cum veſtris ſigillatim conferamus; vt certis pateat indiciis, veſtram Religionem nihil eſſe aliud, quam nouam Idololatriam in ruinis antiquæ fundatam, vos item neceſſaria conſequutione Idololatras, & in nouo ſuperſtitionis genere, veteri quodammodo ſimili Idololatrarum Ethnicorum ſucceſſores.

Libri III. Cap. 3. Fremit diabolus & furit, ob Idololatriam extinctam. *S. Cypr. de vnit. Eccl. S. Aug. lib. 8. de ciuit. Dei. cap. 51.*

Quod Caluinus, atque miniſtri deorum multitudinem conſtituerint, & in ſanctiſſimæ Trinitatis myſterio. quod euertunt Idola conflarint.

Capvt III.

Ab auguſtiſſimo Sacroſanctæ Trinitatis myſterio, quod eſt caput, ac fundamentũ Chriſtianæ Religionis exordiar. In eo cum Sancto Athanaſio credimus, & adoramus, *vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in Vnitate, neq; confundentes Perſonas, neq;*

Sũma Catholicæ doctrinę in S. Trinitatis myſterio. *S. Athan. in Symbolo*

LIBRI III. CAP. 3.

ſonas, neque ſubſtantiam ſeparantes. Hoc eſt, credimus vnam ſimplicem Eſſentiam, vnam ſingularem, & vnicam naturam, in tribus diſtinctis Perſonis ſubſiſtentem; quæ ſunt PATER fons, & origo diuinitatis; FILIVS à Patre genitus, à quo ſuã habet Eſſentiam: & SPIRITVS SANCTVS, à Patre Filioque procedens: tres ipſos agnoſcimus in ſuis ſubſiſtentes Perſonis, nec tamen tres eſſe Deos, ſed vnicum ac verum Deum profitemur, propterea quod vnã, & omnino eandem habeant Eſſentiam, naturam, atq; ſubſtantiam. Tres enim illæ Perſonæ, Æternitate, Maieſtate, Poteſtate, & in omnibus ſunt, & creduntur æquales, cum vnica ſit Omnipotentia, vna & infinita Maieſtas, Vnus ſummus Dominus, ac Deus Vnus: myſterium, inquam, adeo ſublime & immenſum nulla, vt humana mens, vel Angelica, nullus ſpiritus creatus illud ratione, & intelligentia complecti poſſit: ſummum fide Catholicæ, noſtræque beatitudinis obiectum, à IESV Chriſto, qui ſumma veritas eſt, perſpicue reuelatum: ab eodemque primum in hoc mundo propoſitum, ab Apoſtolis deinde, eorumq; diſcipulis ac ſucceſſoribus prędicatum; indeq; veluti per manus ad nos vſq; perlatum, & in domo Dei retentũ, cultum celebratũ, & contra omnes impiorum Hęreticorum, illud diuerſis temporibus inſtigante diabolo labefactare conantium impetus, fortiſſime propugnatum fuit. Nam prioribus ſeculis Arriani, Sabelliani, Samoſateni, & alii mali Genii ſatellites machinas omnes ad illud myſterium euertendum adhibuerunt: hac autem æuo Caluinus cum ſuis gregalibus, vidente, & tota ingemiſcente Eccleſia, orthodoxa fide, doctrinaq; Catholica reiecta, myſterio Tri-

S. Trinitatis myſterium primũ à Ieſu Chriſto promulgatum.

Mat. 28.20 & 3. ca. 20. 1. Ioan. 5. 7. Tres ſunt in cœlo Pater, Verbũ, & Spiritus ſanctus. Matt. 3. 16. & 17. 5. Ioan. 3 35.

Hæreſes Caluini in Trinitatis

rio Trinitatis, aliud contrarium myſteriũ, ac velut altari altare oppoſuit, vt in eo falſos à ſe confictos Deos, Idolaque ſua, veſtraque collocaret. Id vero qua ratione moliatur, audite.

Docet ille diuinam Eſſentiam in tres Perſonas eſſe diſtinctam, ſcilicet, in Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, & earum vnamquamque à ſe ipſa, non aliunde ſuam habere Eſſentiam, ſummq; eſſe, nec ab alio originem ducere ſuam: nec *Filium magis quam Patrem generari*: additque Nicenos Patres in Symbolo eſſe durius loquutos, & ſtolidã quandam texuiſſe battologiam, cum dixerunt Filium ex Patre natum. *Deum de Deo, Lumen de Lumine, Deum verum, de Deo vero.* Videbat enim hac clauſula aperte declarari, quod Filius ſuam à Deo Patre ſuo habeat Eſſentiam. Sed enim cum id ſibi obiici poſſe cognoſceret, quod à S. Athanaſio fuit olim Arrianis oppoſitum, ſcilicet, Filium non eſſe Dei Filium, niſi ex eius Eſſentia generetur, & DEVS ſit de DEO, vt Symbolum profitetur; occurrit obiectioni ex ſe quandam comminiſcens generationẽ; *Iam reſponſum eſt*, inquit, *nomen Dei non ſumi indefinite; ſed reſtringi ad Patrem, quatenus Deitatis eſt principium, non eſſentiendo, vt fanatici nugantur, ſed ratione ordinis.* Fanaticos appellat Hæreſiarcha Geneuenſis Sanctiſſimos, ſummaq; doctrina viros Gregorium Nazianzenum, Baſilium, Athanaſiũ, Hieronymũ, Auguſtinum, omnia deniq; venerandæ antiquitatis, & Eccleſiæ Catholicæ lumina; aſſeritque Deum

myſterio, & diſtinctione Diuinę eſſentiæ.

In actis Serueti, pagin. 1463. Beza in Confeſſione ſua. puncto 1. capit. 2. ait ſingulas in Trinitate Perſonas, à ſeipſis eſſentiam ſuam habere. ex Caluino libro primo, cap 13. §. 23

Filius non magis generatur quã Pater.

Ex eodem libr. 1. Inſt. ca 13. §. 25.

Caluini in Symbolũ Nicenum impudentia.

M. Petrus Caroli in ſua refutat. Et ipſe Caluinus libro contra Val. Gent.

S. Athanaſius libro ſecundo de Trinitate.

Dicitur tantum Filius ratione ordinis ex Caluino *libro contra Val. Gentil. & libro primo Inſtitut. cap. 13. §. 24. & 25. & diſerte §. 26.*

 Patrem,

Libri III. Cap. 3.

Patrem, non ob eam cauſam appellari Patrem, quod Filio ſuam tribuerit Eſſentiam, ſed quod ſit Filii principium ratione Ordinis Perſonarum: atque Filium, nominari, & eſſe Filium, non quod Eſſentiam acceperit à Patre, ſed ob id tantummodo, quod ratione eiuſdem Ordinis, ſecundus exiſtat. Itaque iudicio Caluini Filius eſt Patris Filius, eam ſolum ob cauſam, quod Pater primus ſit, in Ordine Perſonarum: quod idem eſt prorſus, ac ſi quis diceret, primum in curia Præſidem eſſe patrem ſecundi; rurſus ſecundum eſſe filium primi, eo quod primus Præſes in conſeſſu primum obtineat locum, deinde ſecundus quod illum in ſeſſione proxime ſequatur. Hac monſtroſa, planeque blaſphema, execrandaque de tribus diuinis Eſſentiis propoſita doctrina, Catholicam fidem calumniatur, dicens à nobis tria cogitatione fingi in Trinitate Suppoſita, quorum vnum quodque *part m habeat Eſſentiæ Diuinæ*: vbi poſito pudore mentitur: Docemus enim atque profitemur totam Diuinam Eſſentiam in ſingulis Perſonis ſubſiſtere: totam in Patre primo principio, totam in Filio, ipſi à Patre datam; totam denique in Spiritu ſancto, qui eam à Patre, & à Filio accepit. Quoniam autem non potuit Hæreticus animo capere, qua id ratione fiat; & ſublimia illa, diuinaque myſteria Hæreticorum veterum more, non ex magnitudine, & infinitate Dei, ſed ex ſui iudicii anguſtiis metiri voluit, mendacio veritatem, quam non intellexit, aggreſſus eſt, & ad captum male ſane ſui capitis Idolum fabricauit comminiſcendo tres Diuinas Eſſentias, & ex vno tres efficiendo deos; quod illi Seruetus obiecit, dicens: *Quod Deum ſcinderet, & ex vno*

Calumnia Caluini. *Lib. 3. Inſt. c. 13. §. 25.*

ex vno tres efficeret: Cui vt reſponderet Caluinus, conſequutionem, quæ opima eſt, negauit. Etenim quiſquis Eſſentiam, & Diuinam Perſonarum naturam diuidit, treſque diſtinctas, (quemadmodum facit Caluinus) conſtituit, ille profecto diuidit Deum, & ex vno tres facit numero diſtinctos, propterea quod Diuina Eſſentia eſt Deus: quare ſi tres aſſerantur Eſſentiæ Diuinę, neceſſario ſequitur tres eſſe Deos. Ille quidem fatetur interdum in tribus Perſonis vnam eſſe Diuinam Eſſentiam: verum aut ſibi in hoc repugnat ipſe, dicitq; contraria: aut vnam quidem ſpecie ſubintelligit eſſe, non numero: quemadmodum ſi quis aſſereret Ioannis, Petri, & Franciſci naturam vnam eſſe in tribus Perſonis, ſcilicet, eſſe vnius ſpeciei in tribus hominibus: nam eorum quiſque eſt homo, & in ſe naturam habet humanam, non vnam tamen numero, ſiquidē Ioannis Eſſentia non eſt prorſus eadem numero, quæ eſt in Petro, ſunt enim illæ duæ numero diſtinctæ, atque diuerſæ. Fides autem Catholica credit, & profitetur vnum Deum, & vnam tantum Eſſentiam numero, & tres Perſonas, quarum vnaquæque totam illam habet Eſſentiam. Quod ineffabile myſterium Caluinus hac impia doctrina peruertit; ac propterea negat Sacroſanctam Trinitatem inuocari debere: ſiquidē ad Polonos ſcribens de conſueta in Eccleſia orandi formula: *Sancta Trinitas vnus Deus miſerere nobis. Hæc*, inquit, *communiter recepta oratio, nobis non placet, olet enim omnino barbariem.* Fatetur eam orandi formulam communiter, hoc eſt, à tota Dei Eccleſia receptam eſſe, ſed quod non ſui ſit ſtomachi, illam faſtidit, & improbat.

Libri III. Cap. 3. Caluinus *in actis Serueti.*

Non vult Caluinus S. Trinitatem inuocari.

In Epiſt 2. ad Polonos.

Digitized by Google

LIBRI III. CAP. 3.

Optat Caluinus obliterari nomina quibus Trinitatis myſterium declaratur.

Libr. 1. Inſt. c. 13. §. 5. & 6. & in Epiſt. 350.

Hæreſis in S. Trinitatis Perſonis.

Caluin. lib. 1. Inſt. cap. 14. §. 6.

improbat. Quid ita? Quoniam ab hoc myſterio abhorret, ſummeq; cupit tum huius, tum horum nominum, *Eſſentiæ, Perſonæ, Hypoſtaſis*, & aliorum ſimilium, quibus ad hoc declarandum arcanũ, Hæreticos refellendos, eorumq; captiones detegendas, ac depellendas antiqui Patres feliciter vſi ſunt, memoriam ſempiterna obliuione delere. Idem cum ſuo diſcipulo Beza, ac cæteris æmulis arctiſſime tenet, nihil aliud eſſe Perſonas in Trinitate, quam reſidentias in Diuina Eſſentia; cuiuſmodi ſunt tres nodi, triaue in fruſto ligneo foramina: & earum primam nominari Patrem: Secundam Filium: Tertiam Spiritum ſanctum, habita, vt dictum eſt, ratione ordinis; quod eſt alterum Sabellianæ Hæreſis extremum, confundentis omnino Perſonas, cum doceret Diuinam Eſſentiam ob quaſdam proprietates diuerſis hiſce nominibus appellari. Ex quibus impiis effatis, doctrinaque ſacrilega, efficitur Filium Dei, quatenus Perſona eſt, eſſe tantum proprietatem in Eſſentia diuina, ac proinde non Deum in aſſumpta humanitate, ſed vnam proprietatem pro nobis crucis ſuppliciũ pertuliſſe. Atque per incredibilem iſtã delirationem veritas paſſionis, ac mortis liberatoris hominum peſſumdabitur: ſpes per Chriſtum partæ ſalutis, euaneſcet: maximumque Chriſtianæ Religionis myſterium, vt commenticia fabella narrabitur. Ecquid aliud optat, quid molitur humani generis hoſtis, niſi vt per blaſphemam iſtorum linguam, ac ſtylum execrandum, quæcunque Chriſtus pro nobis docuit, fecit, & pertulit, obliuione deleantur. Quicquam ne magis habet in votis, quam vt per fanaticos Manichæorum, & his ſimilium Hæretiæorum errores, omne

Ex Caluini doctrina ſequitur vnã tantum proprietatem pro nobis fuiſſe cruci affixam.

res, omne Chriſti in cruce affixi tanti ignominiis, & cruciatibus partum meritum obliteretur, & in nihilum intereat? Vt hominum ſpes recuperatæ libertatis intercidat? Vt illa Chriſti Imperatoris noſtri vexilla, & arma, quibus confoſſus, deq; ſuo principatu Tyrannus ille depulſus eſt, obruta iaceant in ſempiternum? Quare veſtrum erit, miniſtri, iudicare ex his Caluini effatis, & iis quæ ſecum inuoluunt documentis, num ille fidem quam de auguſtiſſimo Trinitatis myſterio habent orthodoxi abrogarit, & euerſis Chriſtianæ Religionis fundamentis, & arcibus, multitudinem deorum in Chriſtianum orbem inuexerit. LIBRI III. CAP. 4.

Quod Beza Caluini æmulus plures Deos in S. Trinitate finxerit.

CAPVT IIII.

BEza ſimiliter, ſtudioſus Caluini Diſcipulus, ac ſcriptorum eius ſedulus interpres, multo quam Magiſter loquitur apertius, & ad eaſdem ſtabiliendas blaſphemias ſtylum diſtringit audacius. *Scriptura ſacra*, ait ille in ſua Confeſſione, *perſpicue nos docet hanc diuinam Eſſentiam in tres Perſonas vere realiterque eſſe diſtinctam, nempe, Patrem, Filium, ac Spiritum ſanctum.* Quam aſſertionem nemo non videt duplici nomine impudentem, planeque falſam, atque mendacem, nam ex diametro veritati, verboque Dei aduerſatur. Quid enim in ſacris literis nouæ, iſti Confeſſioni ſimile, quid non potius diſſimile, penituſque contrarium reperietur? Quod ſi ſcriptor hic audax, & impudens vllum in manu Scripturæ locum habebat, cur non

Aſtruit Beza ſecundũ Caluinum deorũ multitudinem.

Beza in ſua Confeſſione cap. 2.

Digitized by Google

promebat, vt nouam hanc, & in Eccleſia Dei nunquam auditā doctrinam aſſereret. Caluinus quidē, vt paulo ante diximus, verba illa Niceni Concilii *Deum de Deo,* arguerat, atque reiecerat; iſte vero illa penitus abraſit, vt eo impedimento ſublato, tueretur Filium nequaquam Eſſentiatum eſſe à Patre, ſed ſuam propriam ſeorſim Eſſentiam habere, perinde ac Patrem, & Spiritum ſanctum; itaque tres Eſſentias Diuinas eſſe concludit: ex quo ſequitur neceſſario plures ab illo Deos, vt à ſuo Magiſtro conſtitui. Hac fide Gallus Poeta veſtra Bartaſius imbutus, Diuinam Eſſentiam iuncto nomine *Triplevne*, triplicem vnam appellat, ac ſi Perſonis ſingulis ſua peculiaris eſſet eſſentia, qui vt male myſteriū intellexit, ita male impieq; deſcripſit: nam Eſſentia Dei nulla ratione dici poteſt triplex cum vnica ſit, quanquam ea in tribus diſtinctis Perſonis ſubſiſtere pie, vereque credatur. Facile tamen adducor, vt credam iſtam impiam huius Scriptoris locutionem, non tam ex Hæretica malitia, quam rerum Theologicarum ignoratione manaſſe: eique illud quod de Poetis antiquis Plato dicebat, accidiſſe, quod numerum iis de rebus frequenter ſcribant, quas neque intelligunt, neque ſciunt, moreque Pſittacorum loquantur, qui licet quæ vſurpant verba non percipiant, ab hominibus tamē intelliguntur. *Petrus Statorius, & Georgius Blandretta*, aliique Miniſtri Caluini, Bezæque Diſcipuli, audaciores multo ſuis Magiſtris in hoc argumento fuerunt: quandoquidē recens ex eorū ſchola in Poloniam & Transſyluaniā profecti, palam, deſerteq; docuerunt tres eſſe deos, non minus inter ſe quam ſint tres homines, diuerſos: ſuæq; doctrinæ teſtes, & autho-

Deleuit Beza in Symbolo Niceno *Deum de Deo.*

Bartaſii error in priori ſua Hebdomada.

Ea ſæpe dicunt Poetæ quæ nō intelligunt.

Petrus Statorius. Georgius Blandretta.

&authores laudabant Caluinum, Bezam, Bullingerum, Petrum Martyrem, & Muſculum nobiliſſimos nouæ Religionis Antiſtites. Quoniam vero illi ad Hæreticorum conſuetudinem, in denſiores errorum tenebras in dies prolabebantur, ac ſeipſis deteriores fiebāt, plurima ſiquidem abſurda prorſus, & impia, ad doctrinam ſibi primum in Schola Geneuenſi traditam adiungebant, quibus nimis euidenter Magiſtris, quos audierant, conflabatur infamia, Beza grauiter offenſus Statorium acerbe perſtrinxit, qua de re ipſe quoq; Statorius ad eundem conqueſtus eſt, vt conſtat ex Epiſtola XVI. Bezæ. Ex his facile quiuis intelliget, qua ratione Diabolus veſtros maiores excitarit, vt eorum veſtraque opera, atque miniſterio veterem Arrianiſmum, ac Sabellianiſmum renouaret: nouumq; ad multitudinem Deorum ſtabiliendam fundamentū iaceret: eis ſiquidem author extitit, eam vt doctrinam ſpargerent, qua fides de Trinitatis myſterio Catholica extingueretur: hinc vnitatem diuinę Eſſentiæ diſcindendo: hinc veram, & naturalem Filij Dei generationem, Spiritusq; S. proceſſionē negando, & confundendo Subſiſtentiā Perſonarum (q̄ duo ſunt firmamenta, quib. conuellendis Arriani, Sabellianiq; plurimū deſudarunt, vt iis conuulſis, Catholica de hoc auguſto myſterio fides corrueret) vt tandē in his ruinis in gratia veterum Idololatrarum Deorū multitudo ſtabiliretur. Nam ſi veterator ille per miniſterium veſtrum efficeret, hæc vt opinio paſſim ſparſa radices ageret, non eſt dubitandum, quin ſenſim confuſam falſorum turbam Deorum ſuperſtitioſæ antiquitatis, vt quondam inter Ethnicos, ita in orbem Chriſtianum induce-

LIBRI III. CAP. 4. Authores Idololatriç Hugonoticæ.

Beza in ſuis Epiſt. Epiſt. 16.

Vnitas Eſſentiæ diuinæ, & pluralitas perſonarū. Quæ ſunt columnæ fidei de Trinitate.

duceret. At vero certa bonis omnibus ſpes affulget, fore vt ſuis viribꝰ Hæreſi proſtrata, Dei veritas contra omnes dæmonum machinationes (De quo firmum ſtat Chriſti promiſſum) inuicta perſiſtat, & regnet. Supereſt vt totum illud, ac prodigioſum monſtrum, in diuinam Maieſtatem horrendum in modum contumelioſum penitus agnoſcamus, in eoque perſpecta malitia, ingenioque Sathanæ, vehementius cum tam immani hoſte confligamus.

Propoſita ſuperiori capite ſuperbiæ proles Idololatria, Scripturæ Sanctæ, Patrumque teſtimoniis refutatur.

CAPVT V.

SVperioris Hæreſis & Idololatriæ parens eſt ſuperbia, quam genuit humanum ingenium, naturæ tantum principiis, ac rationibus innixum, quod nollet infinitatem Dei mortalium hominum, beatorumque ſpirituum captum immenſo interuallo ſuperantis intueri. Hoc luce clarius patet ex ratiunculis, quibus contra fidem Catholicam Caluinus ſuam conatur ſtabilire doctrinam; quæ non aliæ ſunt, quam veterum Arrianorum, ac recentium Tritheitarum, omnesq; ex Philoſophię perperam intellectæ armamentario depromptæ. Contendit igitur probare Caluinus, Filium ex Patris Eſſentia non eſſe genitum, cuius hæc eſt ratiocinatio. *Quid iam reperiant, in quo eum diſtinguant?* (ſc. Patrem à Filio) *Si in Eſſentia eſt diſcretio, reſpondeāt an non cum Filio eam communicauerit? Hoc vero non potuit eſſe ex parte, quia dimidiū fabricare Deum nefas eſſet. Adde ꝙ hoc modo fœde lacerarēt Dei Eſſentiā. Reſtat vt tota & in*

Primum Caluini argumentū contra fidē Cath. ex natura petitum.

Cal. lib. 1. Inſtit. c. 13. §. 23.

& in ſolidum Patris & Filij ſit communis: quod ſi verum eſt, iam ſane quo ad ipſam nulla erit alterius ab altero diſcretio. Si excipiant Patrem eſſentiando, manere nihilominus vnicum Deum, penes quam ſit Eſſentia, Chriſtus ergo figuratus erit Deus, ac ſpecie tantum, vel nomine, non re ipſa. Ait ergo, ſi demus totam Eſſentiam eſſe in Patre, vel futurum illam eſſe partibilem, vel ereptum iri à Filio, atque ita ſpoliatum ſua Eſſentia Filium titularem ſolum fore Deum. Hoc illi argumentum ſuggeſſit Arrius, cui Sanctus Athanaſius iampridem ſatisfecit. *Facilis eſt*, inquit, *ſolutio: Pater neque diuiſioni vlli, neque perturbationi obnoxius eſt: non enim hic more humano Dei proles accipi debet, nec enim Deus eſt homini ſimilis.* Hæc ille ſimiliter ad Caluinum, qui cum ſit tam arrogans Phyſicus, tamque malus Chriſtianus quam Arrius, diuinam generationem humanæ mortalique perſimilem exiſtimauit: vt quemadmodum in hac, Pater ſubſtantiæ corporeæ particulam à ſeipſo diuulſam Filio genito impertit, ita in diuina, æternaque Filij Dei generatione fieri oportere, quam hic temerarius homuncio auſus eſt, anguſtiis ſui inſani cerebri metiri, nec præ animi cæcitate vidit Iſaiam Prophetam, cum de hac Filij generatione loqueretur, exclamando hanc vocem mittere, *Generationem eius quis enarrabit?* Qua interrogatione declarat generationem illã æternam ἄφατον, nec mortalis hominis oratione explicari, nec cuiuſquam ingenio poſſe comprehendi. Nos igitur cum S. Athanaſio reſpondemus Caluino, Patrem nequaquam ſuam laceraſſe ſubſtantiã, vt ex parte illius Filium gigneret: quemadmodũ fit in generatione corporea, ſed totã ei tribuit: eandẽq;, cũ ſit ſpiritalis, & oĩs diuiſionis

LIBRI III. CAP. 5.

S. Athan. in Epiſt. ad Synodum Arimin.

Generatio Filij nõ eſt modo Phyſico intelligenda.

Iſa. 53. 8.

Digitized by Google

ſionis expers, totam ſibi reſeruauit: ac Pater, & Filius eam totam Spiritui Sancto dederunt, quam nihilominus totam ſibi retinuerunt: tresque Perſonæ ſimul, & earum ſingulæ, eandem totam & in ſolidum habent. Quod ſi quærat, quo id fieri modo poſſit: audiat à diuino vate reſponſum: *Generationem eius quis enarrabit?* Quis illud, *quomodo*, valeat exponere? Nec vero neceſſe eſt: ſatis enim erit reconditum illud myſterium licet non intelligatur, credere. Etenim ſi talis tantum eſſe poſſet Deus, qualem homo cogitatione complecti, eius profecto natura, gloria, maieſtas, & amplitudo nimis anguſtis finibus circumſcripta tenerentur. Et vero ſi mens humana non adducitur, vt credat, præterea quæ ratione, & intelligentia comprehendit, fidei iacturam patiatur, atq; ſexcentis ſe difficultatibus inuoluat, neceſſe eſt. Quid enim certi poteſt de rebus diuinis cognoſcere, ſi fides ei ad videndum facem, non præferat? Hoc nimirum eſt, de quo Sancti Eccleſiæ Patres olim Chriſtianos admonebant, ne illi, vel in hoc, vel in cæteris fidei noſtræ capitibus naturæ leges requirerent: quod hoc myſterium ſit omni lege ſublimius, quodque ſola debebat Dei nobis illud reuelantis authoritate, atque immenſitate credi. Ita S. Baſilius contra Eunomium diſputans. *Palam eſt*, inquit, *diligenter conſideranti, non corporeæ paßionis primo ac proprie Patris ac Filij nomina, ſenſum facere ſolere. ſed ſolam ex ſeipſis cum dicantur, quam inter ſe habeant habitudinem oſtendere. Pater enim eſt, qui eſſendi principium alteri ſecundum ſimilem ſibi naturam præbuit. Filius vero, qui ab altero eſſendi principium per generationem habuit. Cum igitur hominem Patrem eſſe audimus, tum paßionis quoque*

Admonēt SS. Patres in fidei myſteriis minime tenēdas eſſe naturæ leges. *SS. Athanaſius, & Baſilius.*

Nomina Patris & Filij quomodo in Trinitate. *S. Baſil. l. 2. contra Eunom.*

quoque ſenſum accipimus: at cum Deum Patrem, ad impaſsibilem cauſam cogitatione accurrimus. Ait ergo Sanctus Doctor, vnum ac verum eſſe Patrem, & vnum atque verum eſſe Filium in Trinitate, non tales tamen, quales in corporea generatione, Patres Filiique dicuntur. Sanctus Hilarius pari ſtyli acumine ſtupidorum excitat tarditatem in huius conſideratione myſterij, cum ait: *Hoc Eccleſia intelligit, hoc Synagoga non credit, hoc Philoſophia non ſapit, vnum ex vno, & totum à toto, Deum, & Filium: neque per natiuitatem Patri ademiſſe quod totus eſt: neque hoc ipſum totum non ſecum naſcendo tenuiſſe. Et quiſquis* (addidit) *in hac infidelitatis ſtultitia detinebitur, aut Iudæorum Sectator, aut Gentilium eſt.* Hac tanti Doctoris ſententia impia Caluini arguitur opinio, eademque tanquam Iudæus, ac Sophiſta damnatur, quandoquidem non vult credere, quod Dei Filius totam è Patre Eſſentiam acceperit, eademque Eſſentia in Patre tota remanſerit. Nec Turcæ, nec Iudæi, nec prophani Philoſophi poſſunt ad hoc credendum induci: & omnes cum eodem Caluino infidelitatis crimine tenentur. Sapienter igitur Sancti Patres olim Chriſtianos admonuerunt, vt ſuæ diffidentes imbecillitati, & paruitati, fidei anchoram in altiſſimum Oceanum infinitatis diuinæ naturæ iacerent, certoque certius plurima in illa immenſitate ſubſtantiæ eſſe crederent, quæ in rebus creatis minime reperiantur: neque tentarent ea, quæ quomodo fieri potuerint, ob ingenij tenuitatem capere non poſſent, curioſius inueſtigare.

Libri III. Cap. 5.

S. Hilarius Caluiniſtas perſtringit.

l. 8. de Trinit. ſub finem.

Turcæ Caluino ſimiles, Caluinis Turcis.

Exim-

Digitized by Google

Exempla atque ſimilitudines, quibus ſunt vſi Patres ad fidem de Trinitate aſtruendam.

Capvt VI.

QVamquam ea quæ Chriſtianis credēda proponuntur, non rationibus, aut doctrinis hominum, ſed ſola fide, ac diuina authoritate nitantur: nihilominus Sancti Patres nonnulla exempla ex rerum creatarum natura deprompta, ad hoc diuinum myſterium facilius credendum attulerunt: quæ licet magnitudini illius minime reſpondeant, efficacia tamen ſunt, ad eorum infringendam arrogantiam, qui ſuo ſenſu metiuntur omnia, vt aliqua ratione conſtet, nihil incredibile in fide Eccleſiæ Catholicæ, nihil abſonum eſſe. Ad hoc igitur cogſcendum aliquo modo myſterium Patres, & Nicęni Concilij authores exemplum à lumine petitum adhibent: cui Saluator noſter aliquando ſimilē eſſe profeſſus eſt, & ex eodē ſibi nomen attribuit: vnde recte confitentur in Symbolo Patres ſe credere *In IESVM CHRISTVM Filium Dei vnigenitum. Et ex Patre natum ante omnia ſæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero.* Lumen autem ſe totum, ſine vlla ſui diminutione cō:municat, ipſumq; manens omnino integrum, aliud ſibi plane ſimile generat. Sanctus vero Baſilius ſimilitudine ſumpta è ſcientia idem illuſtrat, quam Magiſter, licet totam impertiat diſcipulo, eandem nihilominus totam ſibi retinet, nihil vt ex integritate eius quam habet, depereat. Sanctus Athanaſius vnam ducit à Sole, ex quo radij abſque vlla diuiſione funduntur. *Quapropter primum*, inquit, *ab hoſtili iſta in Chriſtum Hæreſi petendum eſt, vt in exemplis, quæ de rebus creatis addu-*

Symbolū Nicenum vtitur luminis exemplo. Saluator Sol & lumen. *Ioan. 8. 12. c. 9. 5. & 12. 46.* Chriſtus lux mundi *S. Baſil. lib. contra Eunom.*

S. Athan. Orat. 2. & 3 contra Arrianos.

adduximus, iſtiuſmodi diuiſionē oſtendant: vt dicant, erat aliquando Sol ſine ſplendore: aut ſplendorem, proprium quiddam ex ſubſtantia lucis non eſſe: aut eſſe quidem proprium quiddam, ſed vt partem lucis, diſiunctumq; ab eius natura. Ait ſplendorem à ſole ſui diuiſione atque paſſione manare, nec tamen illius eſſe partem, non magis quam verbum erumpens è pectore, aut imago, ſigilli vel exemplaris portio cenſeri debet. his itaque ſimilitudinibus adductis, infert: *Qui quæſo non inſaniant, qui de incorporali, & vero Deo ſciſſitantur, ſuſpicioſeq; cogitant partes ibi & paſſiones locum habere, atque diuiſiones attribuunt impaſſibili, & inuariabili Deo.* Hoc itaque modo, pietate, ac doctrina inſignes illi Doctores Catholicam fidem contra infidelitatem Hæreticorum illuſtrabant, muniebātq; docentes Deum Patrem ex tota ſua ſubſtantia gignere Filium, quam nihilominus totam ſibi retineat: Patremq; atq; Filium producere Spiritū Sanctum, totam ſuam ipſorum Eſſentiam illi communicando, nec ex ea quicquam deperdere. Non ergo diuinam laceramus Eſſentiam, vt vacuus fide Caluinus cauillatur: cum dicimus Patrem genuiſſe Filium: totam enim dedit, neque tamen Dei Filium, Deum quempiam dimidiatum, figuratum, aut titularem fabricamur: nam cum totam habeat Eſſentiam, verus eſt Deus: Caluinus autem vanus, ac falſus Propheta, & Phyſicus blaſphemusque Dei Filium gloria atque diuinitate ſpoliat, quam ei Pater impertiit: nihilq; credere velit, ea propter quæ poteſt viribus ingenij, naturæque cognoſcere, talemque Dei Filium effingat nihil, vt à Patre præter quandam ordinis relationem accipiat, qualem ad ſuum tribunum miles quidam gregarius haberet.

LIBRI III. CAP. 6.

Diuina Eſſentia non diſcerpitur

Calui. l. 3. Inſtit. c. 13. §. 23.

Ad ar-

LIBRI III. CAP. 7.

Ad argumentum Caluini probantis Filium à ſe ſuam Eſſentiam habere, reſponſio.

CAPVT VII.

VT probet Caluinus Filium à ſe, non aliunde ſuam Eſſentiam habere, aliud affert argumentum. *Fateri*, inquit, *neceſſe eſt, Filium Dei eum eſſe, cuius Deitas ſæpius apud Iſaiã probatur ex mundi creatione. Quomodo autem creator, qui omnibus eſſe dat, non erit ex ſe ipſo, ſed Eſſentiam aliunde mutuabitur? Nam quiſquis Eſſentiatum à Patre Filium eſſe dicit, à ſeipſo negat eſſe. Reclamat autem Spiritus Sanctus illum IEHOVAH nominans: quæ vox Hebræa eum qui ex ſe ſuaque virtute eſt, ſignificat.* Hoc maximum eſt, atq; firmiſſimum argumentũ, quod ab Arrianis antiquis nouus Hæreſiarcha mutuatus eſt: cui Sancti Patres conſentanee Scripturæ ſatisfecerunt, docentes Filium Dei, verum eſſe Deum, æternum, omnipotentẽ, Deum ex ſe, hoc eſt, ex propria virtute, & Eſſentia, ſed ipsã illam ſuam Eſſentiã accepiſſe à Patre, vt Scriptura docet; vbi Deus his verbis Filium ſuum alloquitur: *Ex vtero genui te*, i. ex mea ſubſtantia. Filius ait ſimiliter: *Exiui à Patre*, hoc eſt, meam Eſſentiam à Patre accepi. Nam vt S. Hilarius docet, *Non egreſſus eſt à Patre abſq; aliqua natura in ſua natiuitate.* Et alibi. *Omnia quæcunq; habet Pater, mea ſunt.* Habet igitur Eſſentiam à Patre ſuo: hæc n. Eſſentia eſt totum illud maximum, quod habet Pater. Si vero Caluinus hãc doctrinam vocet blaſphemiã, ipſemet blaſphemiæ in Spiritum S. ac Dei Filium, qui eam tradidit, coarguetur. Audite S. Gregor. Naz. hac de re ita diſſerẽtem. *Quid ergo, inquies, ſi Filius, & Spiritus S. Patri coæterni ſunt, quid afferri poteſt, quin principij quoq; quẽadmodum*

Secundum argumentum Caluini.

lib. 1. Inſtit. c. 13. §. 13.

Pſal. 109. 3.

S. Hilar. l. 6 de Trin.

Ioan. 16. 15.

S. Gregor. Naz. orat. 35. quæ eſt 3. de Theologia prope initium.

Filius & Spiritus S. æquales Patri.

modum & ille, ſint expertes? Iſta deinde poſitæ quæſtioni reſpondet. Quia ab ipſo ſunt, licet non poſt ipſum. Quod enim principio caret, æternum quoque eſt: quod autem æternum eſt, non protinus quoque principio vacat, quamdiu ad Patrem, velut ad principium, & originem refertur. Idem alio in loco: *Omnia enim*, inquit, *quæ habet Pater, ſunt Filij: quemadmodum rurſus omnia quæ Filius, Patris. Nihil ergo peculiare, quia communia omnia. Quandoquidem ipſum quoque eſſe, commune atq; æquale eſt ipſi cum Patre, licet alioqui hoc à Patre Filius habeat. Quo etiam ſenſu dictum eſt. Ego viuo propter Patrem: non quod ab illo ipſius vita atque Eſſentia ſuſtinentur, verum quod ex illo citra tempus vllum, atq; cauſam exiſtat.* Docet hac oratione Gregorius Filium eſſe æterno Patri æqualem, omnipotentem, verum Deum, ex ſuaque virtute, qui nihilominus ſuam Eſſentiam habeat à Patre, ex qua deinde cætera omnia deriuantur. Exiſtimauit autem Caluinus aliũde habere principium, omnino idem eſſe, atque principium habere. Item aliunde Eſſentiam accipere, & eſſe creaturam: ſed ſua ipſum oſcitantem fefellit ignorantia: quandoquidem fieri etiam naturaliter poteſt, vt res quæpiam aliunde ſine vllo temporis principio ſuam ducat originem, quemadmodum videre eſt in ſolis lumine, quod à ſole dimanat, & illi coæuum eſt; & ſi ſol eſſet æternus, lumen pariter eſſet ei coæternum. Eſt igitur abſque vllo principio temporis, Filii principium: rurſus Filius ſuam Eſſentiam, & originem abſque temporis initio habet à Patre, eſt enim illi coæternus, Deus de Deo, verus Deus, de Deo vero, hoc eſt, de Eſſentia Dei; neque poteſt, eam ob cauſam, Filius nominari creatura: cum enim res creata principium

LIBRI III. CAP. 7.
Idem orat. 36. qu. 4. de Theol. ante mediũ.

habeat temporis, non poteſt eſſe coæterna Creatori; nec ex illius Eſſentia gigni, ſed aliam diuerſam habet. ex nihilo productam. Idem reſponſum Arrianis dederunt Sancti Patres Athanaſius, Hilarius, Epiphanius; ac ſemper conſtanti animo aſſeruerunt, Filium à Patre ab omni æternitate generari: ex ſeque ipſo, ſuaque natura eſſe Deum, ſed eam naturam habere à Patre, ita nihilominus, vt nullum acceſſerit initium temporis, quippe quæ ſit ab æterno; nec ex vlla cauſa, quemamodum res creatæ, pendeat. Atque vt huius myſterii tanti ad beatitudinem obtinendam momenti fides amplius contra mendacium confirmetur, rurſus audite, Miniſtri, quid diuinæ Scripturæ oracula, quid ratio, quid Sancti Eccleſiæ Patres, atque Doctores contra veſtram Idololatriam loquuntur.

Quantopere ſuperior Idololatria Scripturæ, rationi Sanctorumque Patrum doctrinæ aduerſetur.

Capvt VIII.

Ex Scriptura Deus eſt ipſamet bonitas.

EXecrandum iſtud Idololatriæ genus; à Rege ſuperborum Lucifero manaſſe ex eo patet, quod id Scripturæ diuinæ, rationi, atque conſentienti Sanctorum Patrum, atque Doctorum Eccleſiæ doctrinæ repugnet. Ex diuinis perſpicuum eſt literis, quod & ipſa ratione confirmatur, Deum infinite bonum eſſe; atque adeo bonitatem ipſam nullis terminis circumſcriptam: in eoque boni rationem, naturamque conſiſtere, vt ſe

vt ſe cum aliis communicet, facileque diffundat: & ſi infinita ſit bonitas, ſe ſuo modo, hoc eſt infinite, & abſque modo menſuraque communicet. Cœlum, ſol, aſtra cum bona ſint natura ſua, ac bonis ſint qualitatibus ornata, prolixe ſuos orbi inferiori influxus, & lumen impertiunt: cuncta plantarum, animalium, ſaxorum, rerumque omnium creatarum genera; quicquid bonitatis habent, & fructus id copioſe largiuntur. Quibus exemplis fides illuſtratur, noſque fide illuſtrati facilius ad credendum inducimur, Deum cum ſit infinite bonus, ſe alicui ſimiliter infinite communicaſſe, ſeque ei totum, ſuam nimirum totam Eſſentiam tradidiſſe.

LIBRI III. CAP. 8.

Boni natura eſt in eo vt ſe communicet.

S. Dionyſ. de diuin. no. c. 1. & 4

Præterea eadem Scriptura docet, vſuſque confirmat, ab initio Deum omni ſtirpium generi ſemen, ac rebus à ſe creatis, perfectiſque facultatem ſimilia ſibi gignendi dediſſe: & cum quicquid eſt bonitatis, ac perfectionis in rebus creatis, multo eminentius, ac modo prorſus diuino ſint in totius bonitatis authore Deo, nemini dubium poteſt eſſe, quin in ſe alicuius Dei ſemen habuerit, vt Sanctus Hilarius loquitur, & poteſtatem ſimilem ſibi generandi. Cuius rei ipſum laudare teſtem poſſumus, ita apud Prophetam Iſaiam loquẽtem: *Nunquid ego qui alios parere facio, ipſe non pariam? ego qui generationem cæteris tribuo, ſterilis ero?* Hæc porro generandi ſimile ſibi ratio, non eſt ad mundi creationem referenda, cum factus ſit ex nihilo, non autem ex Deo genitus, nec ſit Deo ſimilis, denique creatura eſt. Deus ergo ex ſe genuit ſibi ſimilem, vnicum ſcilicet Filium, qui quemadmodum ipſe genitor, verus eſt Deus. Quã

Gen. 1. 23.

Poteſtatẽ habuit Patei generãdi ſui ſimilem Filium Deum, vt ipſe eſt.

S. Athan. or. 4. cont. Arrian.

S. Hilar. 2. de Trin.

Eſa. 66. 9.

Digitized by Google

LIBRI III. CAP. 8.

Pſal. 2. 7.

generationem profitetur, cum ait in Dauidis cantico: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Hoc eſt, in mea æternitate, quæ tota præſens, totaque ſimul eſt, & dies vnus à nullo initio incipiens, nullo fine concluſus, ſemper præſens, perenniterque conſiſtens. Item in alio eiuſdem Regis Pſalmo: *Ex vtero*, inquit, *ante Luciferum genui te.* Scilicet ante mundi creationem, in ambitu immenſæ æternitatis ex meipſo genui te, & vt loquitur Euſebius. Ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ θεοῦ πρὸ ἑωσφόρου μὲν τοῦτ᾽ ἔστι πρὸ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως ὑποστάμενον. de mea natura & Eſſentia Eſſentiatum; ac proinde te verum ac naturalem Filium meum agnoſco. Vndè ſanctus Hilarius, *Quod pater eſt*, inquit, *Patri adimunt* (ſcilicet Arriani) *dum volunt Filio aufferre, quòd filius eſt. Adimunt autem cum iis non de natura ſit filius. Non ex natura eſt, quando non eandem in ſe habent, ortus & generans. Neque enim filius eſt, cui alia, ac diſſimilis erit à Patre ſubſtantia. Pater autem quomodo erit, ſi non quod ſubſtantiæ, atque naturæ eſt, genuerit in filio?* Cum ſe Deus rebus creatis communicauit, & mundum initio, primoque temporis momento produxit, non illum ex vtero ſuo, vel Eſſentia, ſed ex nihilo quoddam opus ſua manu, arteque fecit, eique certum eſſe partiale, nonnullis finibus, terminiſque circumſcriptum impertiuit: at enim cum ex ſeipſo Filium ſuum generaret, ſeque ei totum daret, infinitum ſimul Eſſe ipſi largitus eſt, eo quòd Eſſentiæ ſuæ donum ſit infinitum. Pater nimirum ſummæ liberalitatis, & inexhauſtum diuitiarum pelagus ſe totum vnigenito Filio communicat; cui cum omnia ſua liberaliſſime tradiderit, ſemperq; tradat, ea nihilominus in largiente tota, in ſolidũq; reſident.

Pſal. 109.

Euſeb li. 2. hiſt. Eccle. c. 3.

S. Hil. lib. 2 de Trinit.

Mũdus eſt Dei filius arte factus Plato.

reſident. Sic ait ipſe Filius, noſterque Saluator *Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius.* Alio item loco: *Ego & Pater vnum ſumus.* Vna ſcilicet, & eadem Eſſentia, Poteſtas, Gloria, Maieſtas. Idem ſe dicit alibi ſimilem, & adeo viuam atq; perfectam Patris imaginem, vt in ipſo Filio expreſſe Patris imago, ipſiusque omnino Patris natura videatur. *Philippe*, dicebat etiam ipſe Filius, *qui videt me, videt & Patrem meum.* Sanctus Paulus diſerte idem expreſſit: *Qui eſt*, inquit, *imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ.* Primogenitus, ait, & nō quemadmodum creaturæ factus, verum genitus, & natus ante omnium ſeculorum initium. Huc & illa eiuſdem Apoſtoli ſpectant dicentis de Chriſto: *Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius.* In quæ verba Sanctus Gregorius Nazianzenus: *Imago*, inquit, *vt eiuſdem cum Patre ſubſtantiæ, & quia ex illo eſt, non autem ex hoc Pater. Hæc ſiquidem imaginis natura eſt, vt exemplar ſuum imitando referat.* De hac generatione diuina Sanctus quoque Hilarius diſputans: *Elementa*, inquit, *mundi ex nihilo ſubſtiterunt: ſed Chriſtus non de extantibus manat, neç cœpit ab origine; ſed originem ab origine ſumpſit æternam. Elementa enim mundi aut in anima ſunt, aut in animam profecerunt: ſed Chriſtus vita eſt, ex Deo viuente in viuentem Deum natus. Elementa mundi ex Deo ſunt inſtituta, non Deus ſunt: Chriſtus ex Deo Deus, hoc totum eſt ipſe, quod Deus eſt. Elementa mundi cum intra ſunt, non poſſunt à ſe extare, ne intra ſint. Deum ſub Sacramento in ſe habens Chriſtus, in Deo eſt. Elementa mundi cum ex ſe ſui generis generant ad vitam, per corporales quidem paßiones præbent ex ſe initia naſcendi, cæterum non inſunt viua ipſa naſcentibus,*

LIBRI III. CAP. 8.
Ioan. 3. 35.
Io. 10. 30.
Ioan. 14. 9.
Coloſ. 1. 15.
Heb. 1. 2.
S. Greg. Nazian. lib. 4 Theolog.
Filius Dei imago Patris quod eiuſdem naturæ ſit particeps.
S. Greg Nazian. ibid.
IESVS CHRISTVS Deus de Deo.
S. Hil. lib. 2 de Trinit.

Digitized by Google

omnis vero corporaliter plenitudo diuinitatis in Chriſto eſt. Qua in oratione ſæpe repetita videtis verba Concilii; Deus de Deo, quæ Caluinus dura cenſuit, quæque Beza deleuit. Eodem ſenſu ſcripſit Sanctus Athanaſius his verbis: *Cætera omnia condita tametſi ex Deo ſuum eſſe habeant, non tamen eodem modo, quo filius, ex Deo ſunt; non enim fœtus, ſed opera ſecundum naturam exiſtimanda ſunt.* Rurſus ait: *Ex Deo aliter de operibus, aliter de Filio intelligens, quum hic ſit proles, illa autem non niſi opera habeantur, ideoque Filius ſubſtantiæ eius fœtus eſt, illa vero voluntatis creaturæ.* Et paulo poſt: *Hæc cum Synodus* (ſcilicet Nicæna) *intueretur, ſciretque eiuſdem vocabuli diuerſas ſignificationes, ne quis ſuſpicaretur has voces* Ex Deo, *ita de Filio accipi, vt de creaturis accipiuntur, clarius rem expreſſit, ſcribens Filium ex ſubſtantia Dei eſſe: eo enim ingenuitas vere Filij erga Patrem indicatur.* Caluinus non recuſat in hac quæſtione Sanctum Athanaſium iudicem; ne igitur ab his verbis, aut ab illis quæ paulo ante retulimus prouocet; illa ſiquidem eum cum Arrio, aliiſque Phyſicis Atheis impietatis in Deum apertiſſime conuincunt.

S. Athan. in Epiſt. de Synod. Arim. & Seleuc.

Creaturæ non ſunt de eſſentia Dei.

Hic oſtenditur Spiritum Sanctum eſſe Deum, Sanctamque Trinitatem ab Eccleſia & Sanctis Patribus inuocari.

CAPVT IX.

DE Spiritu autem Sancto in ſacris docemur literis illum eſſe Deum, quemadmodum vos ore ſaltem fatemini; nec in ea re probanda nobis eſt inſiſtendum: ex iis præterea cognoſcimus, illum

lum ex Patre Filioque procedere, hoc eſt, à Patre & à Filio ſuam Eſſentiam habere, nec proinde *Filium*, ſed *Spiritum* nominari, eo quod non per generationis, ſed per ſpirationis modum ab vtroque procedat. Ita Sanctus Athanaſius in ſymbolo: *Spiritus à Patre & Filio non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens.* Quæ diuina proceſſio tam incomprehenſibilis, atque ineffabilis eſt, quam Filii generatio. Caluinus autem, vt ante dictum eſt, nihilominus aſſerit Spiritum ſanctum ſuam à ſeipſo habere Eſſentiam, tresque diuinas, ac diſtinctas facit Eſſentias; vnde conſequitur, totidem Deos ab illo conſtitui. Atqui vnum ſolum Deum fide Catholica credere docemur, ita vnicam Eſſentiam, & tres Perſonas diſtinctas, quarum vnaquæque totam habet Eſſentiam; credere vnitatem, atque ſingularitatem eiuſdem Eſſentiæ, & ſubſiſtentiarum ſeu Perſonarum Trinitatem. Vnde Sanctus Ioannes: *Tres ſunt*, inquit, *qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt.* Tres nimirum Perſonæ, & vna res, id eſt, vna diuina Eſſentia. Eſt illa ineffabilis Trinitas, quæ à Sancto Dionyſio, μονὰς καὶ ἑνὰς τρισυπόστατος, vnitas & ſingularitas trium ſuppoſitorum appellatur. Eſt illa ſanctiſſima *Trinitas*, quam credit, adorat, & inuocat Eccleſia Catholica modo generatim tribus Perſonis vna comprehenſis, nec iiſdem ſpeciatim explicitis; vt in hac precatione communi: *Sancta Trinitas vnus Deus miſerere nobis.* Ita Sanctiſſimi ab Eccleſia naſcente Patres inuocarunt. Sanctus ille Dionyſius his verbis, *Trinitas ſupereſſentialis dirige nos.* Ita Sanctus Gregorius Nazianzenus: *O ſancta, & adoranda, & longanimis Trinitas!* (Lon-

Libri III. Cap. 9. Spiritus S. à Patre, & Filio procedit.

Ioan. 15.26 & 16.14.15

S. Athan. in Symbol.

1. Ioan. 5.7.

S. Dionyſ. lib. de Diuin. nom. c. 1.

S. Dion. li. de myſt. Theol.

S. Greg Nazian. 2. Orat. de Pace prope finem.

Digitized by Google

ganimis enim es, quæ eos à quibus ſcinderis tandiu toleras? O Trinitas cuius ego vt cultor, ac minime fictus præco eſſem, iam pridem habitus ſum! O Trinitas omnibus aliquando, vel per illuminationem, vel per pœnam agnoſcenda, vtinam hos quoque, qui nunc contumelijs te afficiunt, adoratores accipias! &c. Sanctus item Auguſtinus in calce librorum de Trinitate, quos de hoc myſterio ſcripſerat, ita precatur: *Domine Deus, vnus Deus Trinitas, quæcunque dixi in his libris de tuo, agnoſcant & tui: ſi qua de meo, & tu ignoſce, & tui.* Idem in Meditationibus: *Inuocat te Trinitas beata vox clara, & ſpiritus amor fidei meæ: quam ab ipſis enutriens incunabilis illuminaſti ſemper per illuſtrationem gratiæ tuæ: & quam adiungens confirmaſti in me per documenta matris Eccleſiæ. Te inuoco beata, & benedicta, & glorioſa vna Trinitas Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, Dominus, &c. à quo, per quem, & in quo beata ſunt omnia, quæcunque beata ſunt. Et: Te inuoco o beata Trinitas, vt venias ad me, & templum me facias dignum gloriæ tuæ.* Solenne fuiſſe Chriſtianis in forenſi iudicio per Trinitatem iurare, diſcimus ex prima Seſſione Concilii Chalcedonenſis.

S. Aug. in fine libror. de Trin.

Et in Medit. c. 31. & 32.

Maurius Victorinus in 3. Hymno de Trin. Da peccatis veniam præſta æternam vitã, dona pacẽ & gloriã, ô beata Trinitas. Libera nos, ſalua nos, iuſtifica nos, ô beata Trinitas.

Perſonæ Sanctæ Trinitatis interdum ſpeciatim inuocantur. Saluator noſter, quatenus homo Patrem ſæpenumero rogauit: Paulus Apoſtolus Patrem, & Filium; cæteri Apoſtoli vtrumque ſeparatim, quemadmodum & Spiritum ſanctum. Idem hominum liberator, cum in cœlum aſſenſurus de promulgando per vniuerſum orbem Euangelio Apoſtolis, cæteriſque diſcipulis præciperet, tres perſonas cum nota æqualitatis, in Maieſtate, Diuinitate ac Poteſtate nominatim expreſſit, dicens:

cens: *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Eccleſia ſimiliter quotidie canit in auguſtiſſimo Miſſæ ſacrificio myſticum illud *Triſagion*, deſignans, & celebrans tres tribus iteratis vocibus in Trinitate perſonas SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS Dominus Deus Sabaoth: quod Canticum apud Iſaiã ab Angelis concinnitur, & per eoſdem illud Eccleſiam accepiſſe, Eccleſiaſtici teſtantur Annales. Supereſt vobis conſiderandum, Miniſtri, quãtum inter Catholicam doctrinam circa hunc fidei articulum, & eam quæ à Caluino, Beza, & eiuſdem Sectæ cæteris traditur, interſit; quamque longe diuerſa ſint mens, ſenſuſque Caluini, veſtræque Reformatæ Doctorum, à fide, atque Religione Eccleſiæ Dei.

LIBRI III. CAP. 10. *Mat.28.19*

Iſa.6. 3.

Socrates li. 6 c. 9. Epiph. in Ancor. S.Greg.Nazianz. in orat. de Paſch.

Ad Miniſtrorum vulgus fruſtra conantium Caluinum cum eius aſſeclis culpa eximere, quod attinet ad falſam eorum de Trinitate doctrinam.

CAPVT X.

VIdeor hic videre vos obſtupeſcere, mirari, atque adeo indignari, quod Caluinum vt Tritheitam ſuperiori capite depinxerim; contraque dicturos vnicum Deum ab illo prædicari, multiſque in locis ab eodem ſcriptum fuiſſe perſpicue, vnum duntaxat in tribus perſonis eſſe Deum; ac proinde neque ab illo deſtrui Trinitatem, neque Deorum multitudinem, Idola vero multo minus induci. Ad hæc mihi facilis eſt reſponſio. Ea quidem quæ modo proponitis, quæque ſupra retuli,

Digitized by Google

ſcripſit Caluinus; quamobrem? vt fallat. Nihil enim penſi habet, quod ſibi repugnet, contraq́ue dicat, dummodo in fraudem inducat: quemadmodum illi ſolent qui ſuos errores quocunque modo tueri cõſtituunt: quod nequaquam poſſunt vſque adeo ſolerter efficere, quin ſecum ſæpe collidant, cum varium ſit, inconſtansque mendacium, nec niſi ſtylo pari exponi, defendiq́ue poſſit, nec alio veſtiri modo, vel ornari, quam quo luna, vt eſt in fabulis, ceu neceſſe fuit varias, diuerſæq́ue formæ veſtes comparari, eo quod faciem ac formam ſubinde mutaret. Quamobrem recte mihi dicere videtur Romanus Orator, coarguens Epicuri in loquendo inconſtantiam, hoc modo: *Negat Epicurus quemquam, qui honeſte non viuat, iucunde poſſe viuere: quaſi vero id curem, quid ille aiat, aut neget: illud quæro, quid ei, qui in voluptate ſummum bonum putat, conſentaneum ſit dicere.* Significat hic author Epicurum diſiuncta atque contraria dicere, falſamque tueri opinionem, licet is interdum quædam vera, eidemque opinioni contraria loqueretur. Nec enim tam ſpectandum eſt, quidnam Doctor quiſque proferat, quam quid ſibi congruenter proferre debet, ne ſuis ipſe propoſitis ac pronũtiatis aduerſetur. Hæc nimirum ſunt pro reſponſo obiicienda Caluino: Cæterum illud diligenter obſeruandum, maxime propriam illius eſſe doctrinam, quam recẽs aduerſus Fidem Catholicam, quibuſdam verarum aſſertionum integumentis ad fallẽdos nimis credulos, & improuidos inuexit. Quamobrem quoties ille cunque aliquam Patrum decretis conſentientem profert veritatem, quæ doctrinæ prius à ſe traditæ repugnet, non hæc eſt ſua doctrina, ſed mendacii, atque

Luna. *Plutarch. de facie lunæ.*

Cicer. 2. de finibus.

Quomodo dignoſcenda propria Caluini doctrina.

Libri III. Cap. 10.

atque fraudis inuolucrum, quod veluti velum ad occultandam falſam, peſtiferamq́; doctrinam obtendit. Quid autem mirum, ſi dum aliis contendit imponere, ſeipſe in ſingulis fere paginis ſuis cõtradictionum laqueis implicet? Siquidem cum ſpiritu vertiginis ageretur, vel quæ promebat repugnantia non aduertit, vel ea malitioſè contexuit. Atque vt in cæteris quæſtionibus id euidenter verum appareat, certiſſimum eſt ab illo teneri atque diſerte doceri, quod Chriſti Domini corpus non ſit in Euchariſtia præſens, & ex eius fide nihil in ea ſit aliud, quam figura, vel ſymbolum agnoſcendum: quodq; Iesv Christi corpus tam longe abſit à pane, quantum ſupra terram cœlum attollitur. Nihilominus ſcribit interdum fideles in eo Sacramento realiter Ieſu Chriſti corpus edere, illudque realiter atque ſubſtantialiter ſumi; quod fieri nullo poteſt modo, niſi adſit, ſiquidem realis manducatio realem præſentiam neceſſario requirit. Denique fatetur Chriſtum ſe nobis proxime, intimeq́ue coniungere, non remote per viſum aut ſpeciem: itaque perſpicue de huius Sacramenti veritate diſſerit interdum, vt eum pro Doctore Sorbonico audiendum facile putares. Certa præterea fide tenet Caluinus Deum eſſe omnis peccati authorem, vt infra euidentiſſime demonſtrabo; ille nihilominus hanc tantam cœlo, terra Inferis execrandam blaſphemiam adeo artificioſe multis in locis vanitatis fuco, pigmentiſque mendacibus colorat, vt ſummus Catholicus, & aduerſus has ſceleratas Hæreſes vnicus veritatis aſſertor eſſe videatur. Ergo vt quænam eius ſit de hoc cæteriſque myſteriis fides intelligatur

Negat Caluinus corporis Chriſti præſentiam in Euchariſtia. *li. 4. Inſt. c. 17. §. 5 & 32. & in fine lib. de conſenſu cum Tigurinis.*

Idem ait nihilominus realiter, & ſubſtantialiter ſumi. *li. 4. Inſt c. 17. 6. 9 15. 24.*

Et alias frequenter ſibi contraria dicens.

LIBRI III. CAP. 10. telligatur, illius accurate ſunt examinanda effata recentia; & quodcunque bene vereque ſuis axiomatis contrarium dixiſſe reperietur, id demum pro fuco, ac fallacia teneatur. In hoc igitur Trinitatis myſterio hanc germanam eſſe docui fidem, doctrinamque Caluini; Filium & Spiritum ſanctum à ſeipſis ſuam non aliunde habere Eſſentiam, non minus quam ipſum Patrem; tres eſſe diuinas Eſſentias; Perſonas nihil aliud eſſe in Trinitate quam Reſidentias; ſolennem illam Eccleſiæ Trinitatem adorantis, & inuocantis comprecationem ab illo reiici: Quid plura? Non ille ſolum repudiat Sanctorum Patrum, & Conciliorum circa hoc myſterium iudicium, authoritatem, fidem, verumetiam (quod eſt diligenter obſeruandum) loca veteris nouique Teſtamenti, quibus hoc Myſterium illuſtratur, elidit; & à veterum Doctorum expoſitione Scripturæ ſacræ, rectæque fidei congruentia præfractè, ſuperbeque diſcedit. Ita primo Geneſeos capite vbi ſcriptum eſt; *In principio* Gen. 1. 1. *creauit Deus cœlum & terram.* Iuxta contextum Hebræum: *Dij creauit*, &c. Et capite decimonono, Gen. 19. 24 *Dij pluit ignem*: nomine multitudinis verbo ſingulari iuncto, ad ſignificandam in vno Deo pluralitatem perſonarum. Item apud Iſaiam, *Sanctus, Sanctus, Sanctus* nomen tertio repetitum, nomini ſingulari ſimiliter copulatum, *Dominus Deus exercitu-* 1. Ioan. 5. 7. *um.* Et illud in ſancto Ioanne, *Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt*: quibus ex locis Sancti Patres fidem de ſanctiſſima Trinitate confirmabant, in iis eos Caluinus hallucinatos fuiſſe contendit. Pſal. 2. 7. Locum illum Pſalmographi: *Filius meus es tu, ego hodie*

hodie genui te: Et alium in Pſalmo quadrageſimo-quarto: *Sedes tua Deus in ſeculum ſeculi*; quæ duo vniuerſa cum Sancto Paulo Antiquitas, de hac æterna generatione, ac Filii Dei Diuinitate interpretatur, alio detorquet Caluinus, aitque cæteras expoſitiones plus nimio ſubtiles, & vanas: nimirum vt ſua illis melior præferatur. Eleuat illum etiam Sancti Ioannis locum: *Ego & Pater vnum ſumus*: quo Sancti Patres Athanaſius, Gregorius Nazianzenus, Auguſtinus, & alii ad aſſerendum contra Arrianos Filium eiuſdem eſſe cum Patre Eſſentiæ, vt argumento firmiſſimo ſunt vſi. Item illum Epiſtolæ ad Coloſſenſes, in quo IESVS CHRISTVS ab Apoſtolo *Imago Patris* nominatur, quem antiqui Patres, vt eiuſdem probarent ſempiternam Diuinitatem, vſurparunt. Illum denique Pſalmi trigeſimitertii: *Verbo Domini cœli firmati ſunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum*: ad confirmandam Spiritus ſancti Diuinitatem, idoneum contra Sabellianam Hæreſim, Caluinus more ſuo eneruans & eludens, & non tanti eſſe apud ſe, vt ex eo vellet vrgere Sabellium.

LIBRI III. CAP. 10. *Pſal. 44. 7.* *S. Paulus* *Act. 13. 33.* *Heb. 1. 5.* *Ioan. 10. 30* *Coloſſ. 1. 15.* *Pſal. 32. 6.*

Cum ergo tales opiniones, & axiomata tueatur Caluinus, præterque Sanctorum Patrum authoritatem, ſummamq; conſenſionem, adeo perverſe Dei verbum exponat, nõne declarat aperte, ſe nihilo magis quam Turcas, Ethnicos, ac Iudæos Sanctam credere Trinitatem? Cupere ſe vehementer in ea generationem æternam, perſonas, ipſumque nomen, atque adeo totum myſterium extinguere? Cumque obſtinata voluntate contendat, quod ſingulæ perſonæ ſuum Eſſe, ſuamq; à ſeipſis Eſſentiam habeant, ſine origine, ſine mutua connexione

Quicunq; dicit ſingu-

Digitized by Google

Libri III. Cap. 10.

nexione, vt nulla ratione alia ab aliis pendeat; eaſque aliter omnino quam re ipſa ſint, fanatica mente, calamoque errante deſcribat; nonne pro vera Trinitate Ternarium Deorum, & conſequenter tres falſos Deos, tuaque Idola falſæ Deitatis inducit? Nec vero quemquam mouere debet: quod is more Catholicorum interdum loquatur; facit ea ſcilicet mente, vt hoc veluti conſenſu ſuaui in ſimplicium & credulorum aures Hæreſis venenum latenter inſtillet; ſuaque Idola in auro, gemmiſque adoranda proponat. Eſt igitur Caluini fides, vt iam præmonui, ad ſuæ nouæ doctrinæ calculos reuocanda; quo planius quænam illa ſit, intelligatur; cæterum fateatur ipſe ſuam inconſtantiam, hypocriſin, contradictiones & fraudes agnoſcere. Veſtra hæc erit altera excuſatio: ac dicetis non paucos è veſtris hanc doctrinam abieciſſe: excuſationem accipio, proboque reiectionem eiuſmodi propudii, quæ mihi inſtar firmiſſimi erit argumenti, Hæreſis, atque Idololatriæ iſtius hominis, quem omnes in capitibus fidei, & plerique veſtrum in hoc de quo diſputamus, velut de cęlo miſſum Apoſtolum, & inſtauratorem Religionis aſſectantur. Eamobrem fatendum vobis eſt, Miniſtri, principem veſtræ Reformationis authorem tanti apud vos nominis, quanti poſt Chriſti Apoſtolos nullus vnquam Doctor fuit, inſignem in Sanctiſſimam Trinitatem eſſe blaſphemiam, & deteſtabilem falſorum Deorum architectum.

Las Trinitatis Perſonas propriam Eſſentiā habere à ſe, tres Deos conſtituit.

Caluinus interdum Catholice loquitur, vt fallat.

Altera Miniſtrorum excuſatio.

De tri-

De triplici Ioue antiquo, tribuſue illius falſi Dei idolis ex illa Caluini Hæreſi conſlatis.

CAPVT XI.

CVm in ſuperioribus capitibus Idola Caluini ex Hæreſibus, quas in auguſtiſſimum Trinitatis myſterium excitat, conflata videritis; conuertite nunc oculorum mentis aciem ad contuenda triũ falſorum numinum veteris idololatriæ veſtigia; quam vaferrimus mendaciorum, omniſque maleficii machinator Diabolus admodũ callide in hoc trium Pſeudotheon veſtræ doctrinæ Ternario, innouauit, vobiſq; adorandos propoſuit, quemadmodum olim in Ethnicorum delubris tres Ioues ceu Deos quoſdam colendos inſtituit. Quid inter hos ſimile interſit, agnoſcite. Nomen illis erat vnũ commune, nam eorum quiſque Iupiter, aut vt Ennius loquitur, Iouis appellabatur, nomine fortaſſe à Iehoua Hebræo veri Dei maxime proprio, vafricie Diaboli diuinos titulos æmulãtis ad ſua falſa numina indigitanda deriuato; eorũ quilibet cœlo prę-ſidere credebatur, quilibet abſque generationis habitudine, abſq; proceſſione naturæ, aut communicatione Diuinitatis Deus putabatur, ſua cuilibet erat Eſſentia, ſuumque ſuppoſitum, quæ ſunt lineamenta ex Perſonis S. Trinitatis penicillo Caluinianæ impietatis expreſſa. Quemadmodum igitur veterator ille Diabolus Deorum cœleſtium bonorũ & infernorum malorum, in Hæreſi Simonis Magi, Manichæorum, & his ſimilium errantiũ, qui duo ſtatuebãt mundi principia, totidemq; Deos, alterũ rerũ bonarum creatorem, malarũ alterum memoriã redintegrauit, ita in veſtrę idololatriæ ꝓpudio trium

Simon Magus & Manichæi duo conſtituebant rerum principia bonarum vnũ, alterum malarum. *Auguſt. de Hære.*

Digitized by Google

Libri III. Cap. 10.

nexione, vt nulla ratione alia ab aliis pendeat; eaſque aliter omnino quam re ipſa ſint, fanatica mente, calamoque errante deſcribat; nonne pro vera Trinitate Ternarium Deorum, & conſequenter tres falſos Deos, tuaque Idola falſæ Deitatis inducit? Nec vero quemquam mouere debet: quod is more Catholicorum interdum loquatur; facit ea ſcilicet mente, vt hoc veluti conſenſu ſuaui in ſimplicium & credulorum aures Hæreſis venenum latenter inſtillet; ſuaque Idola in auro, gemmiſque adoranda proponat. Eſt igitur Caluini fides, vt iam præmonui, ad ſuæ nouæ doctrinæ calculos reuocanda; quo planius quænam illa ſit, intelligatur; cæterum fateatur ipſe ſuam inconſtantiam, hypocriſin, contradictiones & fraudes agnoſcere. Veſtra hæc erit altera excuſatio: ac dicetis non paucos è veſtris hanc doctrinam abieciſſe: excuſationem accipio, proboque reiectionem eiuſmodi propudii, quæ mihi inſtar firmiſſimi erit argumenti, Hæreſis, atque Idololatriæ iſtius hominis, quem omnes in capitibus fidei, & plerique veſtrum in hoc de quo diſputamus, velut de cęlo miſſum Apoſtolum, & inſtauratorem Religionis allectantur. Eamobrem fatendum vobis eſt, Miniſtri, principem veſtræ Reformationis authorem tanti apud vos nominis, quanti poſt Chriſti Apoſtolos nullus vnquam Doctor fuit, inſignem in Sanctiſſimam Trinitatem eſſe blaſphemiam, & deteſtabilem falſorum Deorum architectum.

Caluinus las Trinitatis Perſonas propriam Eſſentiā habere à ſe, tres Deos conſtituit.

Caluinus interdum Catholice loquitur, vt fallat.

Altera Miniſtrorum excuſatio.

De tri-

De triplici Ioue antiquo, tribuſue illius falſi Dei idolis ex illa Caluini Hæreſi conflatis.

CAPVT XI.

CVm in ſuperioribus capitibus Idola Caluini ex Hæreſibus, quas in auguſtiſſimum Trinitatis myſterium excitat, conflata videritis; conuertite nunc oculorum mentis aciem ad contuenda triũ falſorum numinum veteris idololatriæ veſtigia; quam vaferrimus mendaciorum, omniſque maleficii machinator Diabolus admodũ callide in hoc trium Pſeudotheon veſtræ doctrinæ Ternario, innouauit, vobisq; adorandos propoſuit, quemadmodum olim in Ethnicorum delubris tres Ioues ceu Deos quoſdam colendos inſtituit. Quid inter hos ſimile interſit, agnoſcite. Nomen illis erat vnũ commune, nam eorum quiſque Iupiter, aut vt Ennius loquitur, Iouis appellabatur, nomine fortaſſe à Iehoua Hebræo veri Dei maxime proprio, vafricie Diaboli diuinos titulos æmulãtis ad ſua falſa numina indigitanda deriuato; eorũ quilibet cœlo pręſidere credebatur, quilibet abſque generationis habitudine, abſq; proceſſione naturæ, aut communicatione Diuinitatis Deus putabatur, ſua cuilibet erat Eſſentia, ſuumque ſuppoſitum, quæ ſunt lineamenta ex Perſonis S. Trinitatis penicillo Caluinianæ impietatis expreſſa. Quemadmodum igitur veterator ille Diabolus Deorum cœleſtium bonorũ & infernorum malorum, in Hæreſi Simonis Magi, Manichæorum, & his ſimilium errantiũ, qui duo ſtatuebãt mundi principia, totidemq; Deos, alterũ rerũ bonarum creatorem, malarũ alterum memoriã redintegrauit, ita in veſtrę idololatriæ ꝓpudio trium

Simon Magus & Manichæi duo conſtituebant rerum principia bonarum vnũ, alterum malarum. *Auguſt. de de Hære.*

Libri III. Cap. II.

trium Iouium olim adeo celebrium Idola renouauit: Et in veſtra Reformata ſtabiliuit Idololatriam, artificio profectò ſubtiliorem, in Deum ſuis effatis contumelioſiorem, Eccleſiæ Dei effectis pernitioſiorem, quam vnquam vetus extiterit. Nam illa adeo craſſa erat, vt non modo videri, verumetiam tangi, tractarique poſſet? vtpote in iis fundata mortalibus, quos viri cordati Deos eſſe minime crederent: ſed quod talis duntaxat ſtultæ plebis feciſſet opinio. Illa vagiens in cunis cernebatur; in craſſis idolis conſpicua omnium patebat oculis; Deique honorem eminus tantum oppugnabat, nullumque Eccleſiæ Myſterium acie directa conuellebat. Idololatria vero hæc Caluiniana gracilis eſt admodum, pertenuis, minime corporata, eſt inquam ſpiritalis, per Chriſtianum orbem volitans, immo vbicunque poteſt gradum figens: nomine gloriantur Chriſtiano, Scripturæ ſacræ oraculis, vt maximum Reformatæ Religionis caput ambitioſe prædicatur, eiuſdemque Scripturæ ornamentis illuſtratur; eius autem Idola non ſuper aris ex ligno, lapideue cõſtructis, ſed in ſumma animarum arce collocata conſiſtunt; adeo vt non modo eam internoſcere, ſed ad primum occurſum non adorare, difficillimum ſit. Adhæc illa Diuinam Eſſentiam generatim inuadit; ſiquidem ex vna tres facit omnino diſtinctas, propriam cuique perſonæ tribuens Eſſentiam, & per conſequens tres, vt oſtenſum eſt, falſas aſtruit Diuinitates. Nam aliter Deum facere, aut mente concipere quam ſit; quidnam eſt aliud, quam Diuinitatem falſam, atque Idolum Diuinitatis effingere? Denique illa eſt fidei Chriſtianæ perniciosior quam Turcarum

Hæreſis Caluiniana fidei

rum

rum Alchoranus, prophanaque Mahometis doctrina. Etenim Mahometes non aliter quam negando, ac reiiciendo conuellit Trinitatem: nulla ratione, nullo Scripturæ loco ſuam confirmat opinionem: ſed etiam ſilentio duntaxat, ſtultis, ac ſtupidis ingeniis proponit, perſuadetque: at Caluinus validioribus armis, ex Scripturæ à ſe corruptæ armamentario depromptis: & efficacibus ad perſuadendum effatis, hoc nobiliſſimum noſtræ Religionis Myſterium aggreditur, & quantum in ſe eſt, funditus euertit: Myſterium inquam auguſtiſſimum & ineffabile, cuius ipſemet Dei Filius omnium primus nuncius, & in mundo publicus veluti Doctor eſſe voluit: cum prioribus ante ipſius in terras aduentum ſæculis Abrahamo, Moyſi, Dauidi, & aliis admodum paucis antiquæ legis, egregiæ virtutis ergo, ſuæ maieſtati gratioſis, & charis, ſingulari priuilegio fuerit indicatum. Ex his conſtat Idololatriam Caluini triplicis illius Iouis Idololatria longe deteſtabiliorem eſſe.

Pernitioſior quam Alcorani doctrina.

Saluator omnium primus aperte docuit Myſteriū Trinitatis.

In veteri lege myſteriū Trinitatis paucis innotuit.

Iupiter fictitius, & maximus Ethnicorum Deus cum ſuo Idolo in Religione Caluiniana renouatus.

Capvt XII.

Ternarium illum Iouium numerum in doctrina Caluini redintegratum oſtendi: nunc Idola ſingulorum, falſamque Diuinitatem eiuſdem Caluini arte conflatam intueamur. Primus in medium veniat cum ſuo Idolo Iupiter: tum conſequenter ad ea, quæ ſuperiori capite generatim

diſputata ſunt: cum etiam quia primas inter Ethnicorum Deos tenuit: vt ex Poetarum, & Hiſtoricorum veterum monumentis conſtat: qui Iouẽ illum magnopere celebrarunt: licet quemnam è tribus potiſſimũ minime deſignarint: ſed ſub eo nomine vnum coluerunt veluti Deorũ & hominum parentem: quo eũ titulo Homerus, Virgilius, aliiq; fabularum authores, & ſcriptores appellant. Vt autem quanta ſit cum antiquo Ioue Caluiniani Iouis ſimilitudo intelligatur: aduertendum eſt, Diabolum Poetarum, ac Gentilium ſacrificulorum opera magnificos titulos, cuiuſmodi ſunt *Omnipotẽs, Optimus, Maximus, Sapientiſſimus, Hominum ac Deorum Pater, Mundi Rector*, aliaque plurima veri, ſoliusq; Dei propria cognomina ſurripuiſſe, quibus falſum iſtũ Deum *Iouem* ornaret: in eoque ipſe vt ſummus cœli, ac terræ Deus coleretur. At quoniã non eo tantum ſpectabat, vt homines hac arte deluſi, pro vero Deo commentitium adorarẽt: ſed vt præterea ad omne flagitiorum genus, qui præcipuus eſt finis & effectus Idololatriæ, eoſdem induceret, ſuæque tyrannidi ſerio mancipatos haberet: author fuit Poetis, vt verſibus, & libris in lucem editis, vt ſacrificuli in templis, Magiſtratus in theatris, libidines, ſtupra, raptus, adulteria, inceſtus, omniaque obſcœnitatis genera, quibus ille ſe Iupiter inquinauerat, exponerẽt: vt cæci mortales non dubitarent, illius, quem optimum, maximumq; Deorum credebant, exemplo, ſe in oĩm cupiditatum, atq; flagitiorum cœnum immergere, & eũ hac impura imitatione venerari. S. Auguſt. hoc fuſe, ac diſerte perſequitur, exponens inſignem Diaboli malitiã, atq; miſerandam Ethnicorũ cæcitatem, quibus Deorũ ſuorum falla-

Iupiter ab Homero, Virgilio, & aliis Pater hominum Deorumq; nominatur.

Dei cognomina falſo attributa Ioui.

Finis Idololatriæ eſt homines ad peccandum inducere.

Cur Diabolus Iouis & aliorum falſorũ Numinum flagitia vulgarit.

S. Aug. l. 2. de ciu. c. 7. & l. 1. Cõf. c. 16.

fallaciam, ac turpitudinem graui oratione exaggerando obiicit, vt ſalutari verecundia ipſorũ animis ingenita, tam impiã Religionem agnoſcerẽt, agnitãq; reiicerent: quippe q̃ in fide fictæ Deitatis fundatã viderent, nec Deitatẽ nuncupandã, ſed rerum omniũ viliſſimam, infraq; infimã mortalium ſortẽ depreſſã, tantoq; interuallo à natura, maieſtateq; Diuina, quanto terrã à cœlo diſtare. Sed cũ nec vellet, nec valeret verſutus impoſtor Iouem ſuum antiqua forma, cultuq; reponere: nec illius Idola eadẽ ſpecie craſſa, aſpectabilia, vt prius ex ligno, marmore, ære, auroue conflata in eius aris collocare: præſertim inter Chriſtianos ſpirituales vnius Dei cultores, vanæq; diuinitatis, & omniũ Idolorũ hoſtes acerrimos: alterum nouum ad inſtar illius antiqui, tenuiori penicillo, ac fallaciori colorum varietate adumbratũ configurauit. Quemnam tandẽ? Caluini inquam Idolũ, ac Deum quem in illius, & Symmiſtarum mente conflauit: hinc illi ſuggerendo, vt Deum vnum Potentiſſimum, Sapientiſſimum, Optimum, omniumq; titulorum apparatu excultũ, quibus Iouem ſuum Ethnici, & Scripturæ diuinæ verum exornant Deum, voce, calamoq; prædicaret: inde ſuadendo vt illum eundem peccati authorem aſſerereret, & hiſce qualitatib. vitioſis iuxta ac honeſtis veterẽ, certũ veluti obſcœnitatis patronũ exhiberet, ac propoſitum omnib. vitiorũ ad imitãtandum exẽplar. Quis hic nõ videt maximã impoſtoris malitiã, multoq; ſubtiliorem aſtutiã ea, quæ quondã ferebat antiquum Iouẽ per totum orbem infamare. Siquidẽ craſſa nimis erat, & iam tũ apud ipſos Ethnicos infamis amentia, docere Diuinam maieſtatẽ eo ſe more mortaliũ ad ea patranda flagi-

LIBRI III. CAP. 12.

Impudens aſtutia Diaboli.

S. Aug. l. 2. de ciuit. c. 7. & lib. 1. Conf. c 16.

Veri adoratores Patrẽ adorant in Spiritu & veritate. Ioan. 4. 23.

Iupiter operã Dæmonis in doctrina errantium reformatus.

Caluinus cum Symmiſtis facit Deum authorẽ peccati.

LIBRI III. CAP. 12.

tia abiicere, quibus ille Deus Ethnicus inſertus fuiſſe ferebatur. At vero profiteri, palam docere, literisque conſignare Deum eſſe authorem peccati, homines autem atque Dæmones Dei eſſe duntaxat inſtrumenta ad peccandum, nec in illis veram peccati cauſam reſidere: quis eiuſmodi doctrinam non cenſeat ad concipiendam animo difficilem: ab ænigmate omnique ratione prorſus alienam, pernitioſam, ac fallacem? Error eſt ad perdendos mortales efficacior, ac blaſphemia in maieſtatem Diuinam longe contumelioſior illa fide, quã veteres Ethnici Idololatriæ Iouis adhibebant. Ac primum ille ſuo tantum exemplo poterat homines ad peccandum allicere; at Iupiter Caluinianus eos ad id efficaciter impellit: cum omnem eis pudorem, & metum adimat, armet audacia, neceſſitatem imponat quæcunq; ſcelerũ genera patrandi, patratisque gloriandi, quod ea in re ſupremi omnium Domini voluntatẽ exequi ſe putẽt. Deinde hac impia blaſphemaq; doctrina Deus Opt. Max. maiore afficitur dedecore & infamia, quam priſcus Iupiter: qui quamquã fuerit omni genere flagitiorum infamis, non erat tamen author, & cauſa libidinum, furtorum, cædium, aliorumq; ſcelerum, in quæ prolabũtur improbi: Ad hæc Caluini doctrina facit Deum omnium, quæ committi poſſunt criminum authorem: omnemq; in eum culpam, vt in principem cauſam cõtumelioſiſſime deriuat. Præterea illa de Ioue perſuaſio, & inanis opinio à Poetis dũtaxat, & aliis Ethnicis celebrabatur, quorum non erat authoritas tanta, vt eorum nugæ ſapientibus probarẽtur. Ad hoc effatum edidit Caluinus, qui ſe pro Chriſtiano, atq; adeo Reformato gerit:

Hæreſis Caluiniana pernitioſior Idololatria Iouis.

Cal. lib. 1. Inſt. c. 17. §. 5. 8. 11. & c. 18. §. 1. c. 2. & c 23. §. 3. 9.

Ad peccãdum reddit audaces.

Deum dedecorat.

gerit: qui diuinas tabulas, Deiq; Teſtamentum ad ſuam doctrinam confirmandam profert: qui ſe veritatis Doctorem, & Chriſtianæ Religionis vindicem, ac reformatorem prædicat: cuius ſane tanto eſt pernicioſior authoritas, quanto ad perſuadendum errorem efficacior. Adhæc illa Iouis ſcelera infamiam fictitio tantum Deo pariebant, qui mortalis homo fuerat, & fortaſſe multo plura iis, quibus onerabatur facinora patrarat: hæc vero blaſphemia ad dedecorandum veri Dei honorem effunditur: contra Deum Chriſtianorum vibratur, quem viri doctrina, & ſanctitate præſtantes adorarunt, & etiamnum pij omnes in Eccleſia religioſe adorant: Deum inquam cœli terræq; creatorem, & eorum omnium, quæ in his continentur effectorem, cuius nimirum vim & eſſentiam inuadit, ac funditus euertit. Nam ſtatuere Deum peccati authorem, quid aliud eſt, quam eundem ſua Poteſtate, Bonitate, Sapientia, ac nobiliſſimis quibusq; titulis ſpoliare? Vnde quæſo peccata niſi ex infirmitate, malitiaue, aut ſtultitia, aut ex his tribus emanant? Quare qui Deo veram peccatorum cauſam adſcribit, & eorundē authorem prædicat, eundem profecto ſummum ac principem omnium peccantium aſtruit, & conſequenter oſtendit illum eſſe infirmiſſimum, malitioſiſſimum, & inſipientiſſimū, & ex diametro eius ſummæ Poteſtati, Sapientiæ atque Bonitati aduerſatur: diuinam conuellit Eſſentiam, & aditū patefecit ad Atheiſmum, quod vel ex hoc vno patebit exemplo. Godefridus à Valle cum libellum quendam de arte nihil credendi compoſuiſſet, nihil in eo verum præter hoc dixit, oportere prius Caluiniſtam fieri, qui Atheus eſſe volet.

Godefridus à Valle è Caluiniſta factus Atheus, Lutetiæ combuſtus anno 1574.

volet. Fuerat ille antea Caluiniſta: fuit poſtea Atheus:& vnicuique in ſua arte credendum eſt. Eius veriſſima eſt ſententia: omnis enim Caluiniſta, ſi ea, quam ingreſſus eſt, incredulitatis via ire pergat, ad nihil credendum perueniat, neceſſe eſt: quare aſſerebat ille, legendos ei eſſe Caluini libros, qui ad eam, ad quam peruenerat libertatem, aſpiraret, indeq; eum facillime ad Atheiſmi faſtigium aſcenſurum. Hoc illius impij bipedis veriſſimum dictũ inter innumerabiles eius errores, atque blaſphemias obſeruauit Ioannes Maldonatus, aliique Doctores, qui librum eiuſdem execrandum percurrerunt. Enimuero quiſquis ea quæ de Deo Caluinus tenet axiomata, & hoc maxime diligenter excutiet, nec ab eius errore ſtatuet deſciſcere Catholicam vt veritatem amplectatur, cogetur eiuſmodi eo impietates prolabi, nullum vt Deum eſſe malit dicere, quam credere talem, qualis à Caluino deſcribitur. Is inquam in Diodori, aliorumque Atheorum numerum cogetur aggregari, vt animum atq; conſcientiam aliquo modo tranquillet: cum abſque horrore nequeat Deum authorem peccati concipere: & ſummam illam bonitatem omnium ſcelerum fateri ſentinam: animoque pacatiori conſiſtet omnia pernegando, quam ſi doctrinæ adeo peſtiferæ aſſentiatur. Vt autem intelligant omnes, nihil nos temere, falſumue Doctoribus veſtris, aut vobis imponere, quod aſſeramus ab illis Deum peccati authorẽ deſignari, per vos mihi liceat intimos eorum receſſus adire, ſinusque mentis reconditos perſcrutari, vt planum ipſi faciam quã præclarũ ſuę impietati defenſionem adhibeãt, & ex friuolis eorum defenſionib. pateat, nũ ſe propoſitæ blaſphemiæ reos plane eſſe confirment.

Futiles

Futiles Caluini, & gregalium eius obſtinationes, quibus ſui Iouis Idolum exornant.

CAPVT XIII.

CVm ſupra expoſitum Hæreſis Caluinianæ Idolum, non modo corã Deo, verum etiam in hominum oculis (modo ſint naturalis luminis ſcintillula illuſtrati) omnino abominandum ſit, vafer Dæmõ ſuppeditauit modos ſuis familiares præconibus, tum ad obtegendam Idoli turpitudinem, tum ad authoritatem eidem conciliãdam, qui putabãtur idonei: horum vnus fuit, vt inducta exquiſitæ orationis larua Idolum quo ad poſſent, obtegerent: alter vero, vt q̃ cõtra illud obiicerentur, refellerẽt, ipſumq; omni crimine teſtimoniis Scripturæ S. perperã expoſitis, purgarẽt. Ab illo ſic inſtituti: primo maximum ſtudiũ Diuini honoris, zelũq; verbis præ ſe ferre: Dei Bonitatẽ, Sapientiã, Maieſtatem extollere: illũ ab omni iniquitate alieniſſimũ eſſe oratione artificioſe polita prædicare: eoq; apparatu execrãdi Atheiſmi in ea doctrina latitãtis turpitudinẽ occultare contenderunt. Ita Caluinus, Beza, cæteriq; de Deo cum libet, tã pie ac religioſe ſcribunt, & loquuntur, quotieſcunq; opportunum argumentũ occurrit, q̃ id poſſet Ambroſius vel Auguſt. efficere: quos ſi loquẽtes quis audiat, à delitiis ſupremæ Maieſt. eius gloriæ ꝓpugnatores, ſacriq; teſtamẽti ſedulos, fidosq; curatores putabit, queád modũ in iis q̃ ſcripſerũt obſeruare potuiſtis. Deinde in hac ꝑcipue quæſt. ille maleficiorũ author eos ſolerter inſtituit, vt offẽſioni, q̃ ex hac doctrina poſſet oriri, fucatis obteſtõib. occurrerẽt: ꝙ illi ſubdole iuxta, atq; impie effecerũt. cũ n. nefarias in Deum

Fucata oratio ad tegendam blaſphemiam.

Caluini, Bezæ & aliorum ſermo fuco illitus.

LIBRI III. CAP. 13. blaſphemias iactare vellent, aut re ipſa iactaſſent, ſolenne his fuit dicere, ſe nullo modo Deum impietatis arguere velle: ſcire ſe Deum, licet ordinet, efficiatq; peccatum, ſemper nihilominus iuſtũ exiſtere, hominem aũt qui peccatum conſciſcit exiſtimandum peccatorẽ. Maligna oratio, blandæ ad fallendum ſirenum voces, meraq; hypocriſis crimina adiuncta blaſphemiæ. Quas vero Libertini eadem Hæreſi infecti non fuerint ſoliti modo ſimili anteuertere, & eadem obteſtari: quos tñ Caluinus & Beza nihilominus eiuſdẽ impietatis, q̃ Deum conſtituant authorem peccati, accerſunt. Idẽ prorſus de his Libertinorum æmulis dicendũ: & eos tanto maioris criminis reos & hypocriſis, quãto fraudulentius ſe iſtã in aliis impietatẽ damnare ſingunt, q̃ ipſimet per ſummã malitiam & aſtutiã, in hominũ mentes ſatagũt inſtillare. Quare non eſt eorũ ſimulationi inſiſtendũ, ſed ex eorum effatis fraus latitãs in apertum efferenda: & quemadmodum ſupra de Epicuro afferebã, videndum, nõ quid ipſi ſpecioſe dicant, ſed quid potius efficere cogitent: quidue ex eorum antecedentibus neceſſario ſequatur. Verus aũt illorum antecedentiũ eſt ſenſus, quo Deus perſpicue peccati author enunciatur: ex quo ſequitur atrociſſima in Diuinam Maieſtatẽ iniuria; fruſtraq; illud verbis fucare nituntur, quod eſt re ipſa eorum aſſertioni connexum. Illos tandẽ ſua promẽtes effata ſi vultis, attendite: Caluinum inprimis ita in Inſtitut. dicentem. *Nam quia ex ea* (ſc. prouidentia) *pendẽt quæcunq; contingũt: ergo nec furta, nec adulteria, nec homicidia perpetratur, quin Dei volũtas intercedat.* Quibus verbis aſſerit Dei ꝓuidentiã, eiusq; voluntatẽ eſſe oĩm, quæ cõmittuntur peccatorũ cauſam.

Caluini & gregalium eius fraus in impietate occultanda.

Sirenum voces.

Deus peccati author in Schola Libertinorum.

Supra c. 10

Cal lib 1. Inſt. c. 17. § 5.

Ea ſi-

Ea ſiquidem eſt, quam poſtea infert concluſio, hoc modo. *Ergo Chriſtianum pectus, cum certo certius perſuaſum, ſit omnia Dei diſpenſatione euenire, nihil fortuito cõtingere, ad illum velut præcipuam rerum cauſam oculos ſemper referet.* Num ſatis aperte declarat, Deum eſſe omnium, quæ fiunt principem cauſam, nec minus peccatorum, quam rerum cæterarũ? Qua vero ratione Deus licet peccatum ſua voluntate, atq; prouidentia fieri permittat; non ſit tamen cauſa illius, paulo poſt explicabo. Idem Calui. in ſuo de æterna prædeſtinatione libro: *Hinc certe iã colligere promptũ eſt,* inquit *quam inane, & fluxum ſit, illud diuinæ iuſtitiæ patrociniũ, quæ mala ſunt, non eius volũtate, ſed permiſſu duntaxat fieri, equidem quatenus mala ſunt, quæ male animo perpetrant homines, vt ſtatim planius exponã, Deo minime placere fateor, ſed quod otioſum ea permittere fingunt, quæ Scriptura non tantũ eo volente, ſed authore fieri pronuntiat, nimis friuolum eſt effugium.* Quod eſt dicere: non modo permittit Deus peccatum, vt tenent Catholici Doctores, ſed etiam vult illud fieri, atque adeo eſt author, & cauſa, vt fiat. Vbi eſt obſeruandũ, Sanctos Patres cum de malis pœnæ loquuntur, eiuſmodi ſunt eluuiones aquarum, conflagrationes vel ignes ex æthere, morbi, agrorum ſterilitas, fames, ſiccitas, vaſtitates, aliaque ſimilia, fatentur cum Scriptura ſacra Deum ea velle, & veluti ſuæ inſtrumenta, telaque iuſtitiæ, ad puniendos improbos, & probos exercendos immittere: at vero cum de peccato, maloue culpæ agitur, quod & credunt, & certe ſciunt à Deo fonte ſummæ bonitatis emanare non poſſe, docent Deum illa quidem nolle, permittere tamen; non quod poſſit ne fiant obſiſtere, ſed partim quod liberam eſſe velit ho-

Libri III. Cap. 13. *Calu. lib 1. Inſt. ca. 16. §. 6.*

Calu. libr. de æterna prædeſtin. pag. 944.

Ex Caluini ſententia peccata Deo ſimul placent & diſplicent.

Ex eodem Deus prohibet peccatum, & illius author eſt.

Mala pœnæ.

Mala culpæ.

mini ex vi ſui arbitrii liberi facultatem, bene, vel male operandi; partim quod infinita ſua poteſtate ex malo, quod patrari permittit, valeat vtilitatem elicere: & ita veritatem fideliter aſſerunt Patres, & vt par eſt, diuinam Maieſtatem tuentur. Hoc in loco Caluinus, & alias ſæpe tradit eam diſtinctionem ab illis tradi ſolitam, friuolum eſſe diuinæ iuſtitiæ patrocinium; tenetque mordicus, non modo velle Deum mala, quæ malo animo fiunt, ſed quod eorum omnium ſit ſuaſor, & effector: & huic deteſtandæ blaſphemiæ apertam contradictionem, & alteram æque falſam ac blaſphemam aſſertionem adiungit. Quis non vidit in eo ſibi è diametro repugnare, cum dicat peccata diſplicere Deo, & nihilominus eadem illius voluntate fieri contendat? Nonne hoc eſt manifeſte dicere, quod peccata probet Deus, & improbet? quod ea velit, & nolit, qui ſunt actus ex aduerſo poſiti, planeque repugnantes? Illud præterea falſiſſime ab illo dicitur, Scripturæ ſanctæ oraculis Deũ peccati authorem enunciari; quod eſt impudentiſſimum cum blaſphemia prolatum mendacium; cum è contrario paſſim Scriptura teſtetur omnis boni fontem eſſe Deum, cunctique ſceleris, & culpæ inimicum, & vltorem. Quod autem colligens ait eſſe fluxum effugium putare Deum otioſum ſi mala duntaxat fieri permittat, nec eadem ipſe admota veluti manu operetur; conſecutio eſt animi vertigine laborantis, ſuaque ipſius malitia excæcati. Indene Deum fore otioſum ſequetur, ſi nullam culpam conſciſcat, nullumque peccatum admittat? Alioquin ex hac opinione Caluini dicendum erit, Deum ab omni æternitate Mundo nondum à ſe

Odiſſe peccata & eadem velle cõtradictio

condito,

conditio,nulloque adhuc crimine patrare fuiſſe feriatum, eundemq; poſt iudicium extremum mundiq; vaſtitatem otioſum omni æuo futurum. Quænam iſtæc tandem abſurditas? Deus itaque omnia bona operando, neceſſario inſuper ad malum exequendum, contraq; ſe pugnandum adigetur? ne videlicet otioſus ab Auſtarcho Caluino Bezaq; pronuntietur? Hanc illi conſequutionem veluti firmiſſimum ad ſuam aſſertionem probandam argumentum inculcant: vt hinc omnes eorum ſtupiditatem impudentemq; malitiam agnoſcant.

LIBRI III. CAP. 14. Caluinus & Beza Deum putant otioſum niſi peccatũ operetur.

Alius ex locis Caluini eiuſdem blaſphemia declaratur.

CAPVT XIV.

SCribit idem in ſua Inſtitutione, vbi hanc de peccati cauſa quæſtionem agitat, hoc modo: Dicitur etiam idem Sathan excæcare infidelium mentes: ſed vnde hoc niſi, quod à Deo ipſo manat efficacia erroris. Tenet vbique, clareq; profitetur Deum priora quam ipſum Diabolum homines excæcãdo efficere; eiuſdemque primam ac principem erroris atq; cæcitatis infidelium cauſam exiſtere; Dæmonẽ vero eſſe duntaxat Dei mala operantis inſtrumentum. Ita paſſim ſcripſit peccatum opus eſſe magis Dei, quam peccantium: & hos ab illo ad peccandum excitari, atque impelli. Nihil affingo, audiatur ipſe. *Summa autem huc redit. Quamuis homines, vt indomitæ beſtiæ, nulliſq; vinculis coercitæ laſciuiant: arcano tamen fræno, gubernari vt ne digitum quidam moueri queant, niſi ad exequendum Dei magis quam ſuum opus.* Si Deus ducit, & inflectit ad malum perficiendum im-

Calu. lib. 1. Inſtit. cap. 18. §. 2.

Calu. libr. de æterna prædeſtin. Geneuæ impreſſo 1576. in poſteriori parte vbi de prouidentia agit, pagina 1000

Libri III. Cap. 14.

dum improbos, quemadmodum eques ducit, cogitq; iumentum cui inſidet, eſt igitur ſcelerum quę perpetrant præcipuus author: cumque peccatum ſit opus improborum, ſi eiuſmodi opus ſit Dei potius quam illorum, ex Caluini ſententia peccatum erit potius Deo veluti agenti præcipuo, quam improbis adſcribendum; eo quod illi duntaxat, vt inſtrumenta à Deo moueantur. Et hinc ſequitur Iudę proditionem magis eſſe Dei opus, quã ipſius Iudæ: Ethnicorum, Idololatriam, Infidelium Atheiſmũ, ſtupra, flagitia, cædes, Hęreſes quæcunq; deniq; facinoroſorum hominum, dæmonumq; ſcelera Dei eſſe potius opera, quam eorum à quibus patrantur. O ſcelus! O monſtrum inauditum! O Idolum omni execratione, omnibuſq; diris inſectandum! Quicquamne deteſtabilius potuit vnquam è Sathanæ officinis erumpere? Poſſetne ille maleficiorum architectus cum exitiali iuriarum caterua pernicioſius dogma ad Dei immortalis contumeliam ingenii ſagacitate concipere? Non poſſet. Ille autem tenebrarũ princeps, tartarei dæmones cunctiq; facinoroſi mortales magnã gratiam debent habere Caluino, q̃ tam ſtudioſe eorum cauſæ patrocinetur. At quæſo vos hic ſceleratus ſcriptor, imo titio iam inferorum mancipatus incendiis, nonne ſupra quam dici poteſt impudẽtiſſime blaſphemat, cum diabolum diabolique mancipia libera voce excuſet, vt in Deum omniũ bonorũ autorem, eorum impietatẽ omnem, culpaſq; transferat? Multis præterea in locis docet idẽ peccata non niſi volente, & ordinante Deo patrari, Adamumq; peccaſſe, q̃ Deus ita decreuiſſet. *Diſertis*, inquit, *verbis hoc extare negant, Decretũ fuiſſe à Deo, vt ſua defectione periret Adã, quaſi vero idem ille*

Peccatũ ex opinione Caluini eſt magis opus Dei, quam improborum.

Caluinus dęmonum & improborum omnium patronus.

Docet Caluin⁹ à Deo peccatum ordinari. *Inſtit lib 3. cap. 23. §. 7.*

ille Deus, quem Scriptura prædicat, facere quæcunq; vult, ambiguo ſine condiderit nobiliſſimã ex ſuis creaturis. Et paulo poſt. *Decretũ quidem*, inquit, *horribile fateor: inficiari tamen nemo poteſt, quin præſciuerit Deus, quẽ exitũ habiturus homo, antequã ipſum cõderet, & ideo præſciuerit, quia decreto ſuo ſic ordinauerat.* In libro etiam de ęterna prædeſtinatione Dei: *Non niſi ſciente*, inquit, *atq; ita ordinante Deo cecidit Adam, ſeque & poſteros perdidit.* Execranda blaſphemia: præuidet quidem Deus peccatum propterea que futurum ſit: eſt autem futurum non ex Dei ordinatione, ſed ex mala dęmonum, atque hominum voluntate, & actione, qui illud contra Dei illud tantummodo permittentis voluntatẽ admittunt. In eodẽ inſuper libro vbi multas effutiuit nugas, ac mẽdacia, vlterius progrediens aſſerit Deum tam malarum affectionum quã actionum eſſe cauſam. *Vnde perſpicuum ſit, quod iam attigeram, non minus interiores affectus regere Dei manum, quã externis actibus præeſſe: neq; Deus quæ decreuit hominũ manu perficere, niſi in ipſorum cordibus operaretur ipſum velle quod quis effectu præcedit.* Ergo ex Caluini ſententia Deus decernit, ordinatque peccatum, ſuggerit peccatori illud patrandi voluntatem, efficitque, vt eam exequatur. Satiſne diſerte declarat, confirmatq; Caluinus Deum modis omnibus eſſe peccati authorem.

LIBRI III. CAP. 14.

Caluin. in lib. de æter. prædeſt. pag 926. edito anno 1552.

Idem ibidẽ pag. 1001. ſequẽti circa medium paginæ.

Non eſt Beza prætermittendus, qui eadẽ omnino conſcientia, ac fronte in 2. & 20. Aphoriſmo eorum quæ hac de re tenet Caluinus, & ipſe cum Magiſtro ſummam collegit his verbis: *Sic autem Deus agit per illa inſtrumenta, vt non tantum ſinat illa agere, nec tantum moderetur eruentiũ, ſed etiã excitet, impellat, mo-*

Beza æquo blaſphemus atque Caluinus.

Beza Aphorſ. 22.

Deus ex opinione Bezæ creat improbos, vt damnet.

lit, moueat, regat, atque adeo, quod omnium eſt maximum etiam creat, vt per illa agat, quod conſtituit. Quæ omnia recte agit Deus, & ſine vlla iniuſtitia. Auſuſne fuiſſet, imo potuiſſetne vnquam Diabolus atrociores euomere blaſphemias? Num Beza impudentiſſimus irriſor, infamiſque blaſphemus, cum ait Deum recte agere omnia, & ſine vlla iniuſtitia, poſtquam diſerte docuit ipſum opera mala, & iniuſta omnium improborum, atque adeo peruerſas eorum cogitationes efficere? Sexcenta poſſent eiuſmodi ex iſtorũ ſcriptis loca proferri, in quibus docent euidentiſſime Deum eſſe peccati authorem non eſt tamen neceſſe execrandis hiſce blaſphemiis Chriſtianas aures percellere, cum abominandas horum crocitantium coruorum voces è tartareis ſpeluncis emiſſas exhorreſcant. Hæc pauca ſatis oſtendunt, eos non poſſe ſuorum antecedentiũ iniquitatẽ quibuſcunq; obteſtationibus, phaleriſq; verborum obtegere; quantumcunq; ſe Dei gloriam tueri iactitent; poſtquam videlicet illum omnium malorum authorem fecerunt; nullumque crimen ei teſtentur affingere, cum tamen in eundem omnia criminum genera paſſim reiiciant. Num iſthæc eſt contradictionum, irriſionum, ac fallaciarum plena garrulitas? Sit non nemo inſignis Sycophanta, is calumniis hominem quempiam vexet, adulterii, cædis, veneficiorum, & ſacrilegiorum inſimulet, deinde aperte dicat, & obteſtetur, ea ſe non eſſe mente, vt vllam eius honori criminis notam velit inurere: quiſquamne iſtiuſmodi obteſtationem probaret? Num eum potius omnes pro verſutiſſimo hypocrita, & impudentiſſimo nugatore habendum putarent? Caluinus ipſe

in quendam apoſtatam eiuſdem blaſphemiæ ſeminatorem, eademq; ſimulatione vtentem dicebat: Conteſtatur ſibi longe aliam eſſe mentem, ſeq; Deum mali authorem facere nolle affirmat: *Sed quid prodeſt eiuſmodi ſubterfugium in re tam aperta? Si cuius malam percuſſero, an excuſabor, ſi obteſtor id me offendendi hominis cauſa non egiſſe*

Libri III. Cap. 15.

Caluinus ſeipſe condemnat. *in epiſt ad Rothomag. Anno 1547*

Idem eſt Caluino, Bezæque obiiciendum; qui cum tam tam ſæpe ſcripſerint Deum ordinare peccatum, eius primariam eſſe cauſam, Diabolum autem & homines duntaxat inſtrumenta; nonne blaſphemando proditorie ludificantur, inſigniterque derident Numen æternum, cum aſſerunt poſtea non ea eſſe mente, vt velint iniuriam vllam eius inferre Maieſtati? Cumque aperte docuerint, Deum vt principem cauſam ſingulis interuenire ſceleribus, illa vt fiant ordinare, decernereque, interiore motione diabolum, & homines ad ea perficienda cogere, eoſdem hoc fine creaſſe, vt ad peccandum impelleret, atq; damnaret; ab eodẽ efficaciam erroris manare; inficiarine poſſunt, quin peccatorum omniũ quæ hactenus facta ſunt, fiunt, & vnquam fient à diabolo, & malis hominibus Deum proprie ac maxime faciant authorem? Et cum iſtoc audent vſurpare, non ſe atrociſſimæ, in ſupremam Dei Maieſtatem emiſſæ blaſphemiæ, reos eſſe conuincant? Quamobrem iſtine falſo inſimulentur à Catholicis, quod Deum peccati faciant authorem; an eæ præterea quas afferunt excuſationes, comptæque Rhetorum floſculis obteſtationes videantur idoneæ ad impietatẽ omnibus manifeſtam, quam publice profitentur diſſimulandam, & Idoli ab iis fabricati, quouis Iouis Ethnici Ido-

Caluini blaſphemia. *libr 1. Inſt c 18. §. 2. & lib. 2. ca 14. §. 2. Beza in reſponſ. ad Sebaſt. Caſtil. Aphor. 22.*

nici Idolo deteſtabilioris deformitatem obtegendam, Miniſtri, iudicate.

Futiles alii ſuperioris blaſphemiæ prætextus refutantur.

CAPVT XV.

Caluiniana ſimilitudo. *libro. 1. Inſt. c. 17. §. 5. in inſtitutione cõtra Libertinos. ca. 4. & in epiſtolis cõtra quendã Libertinũ.* Paulo poſtea refutabitur.

QVod autem ſubtiliori prætextu ſuæ execrandæ blaſphemiæ fœditatem circumueſtiunt, dicentes: Deum, licet velit, ordinet, iubeatq; peccatum, iuſtum nihilominus ſemper, hominem vero ac diabolum iniquum, & peccatorem futurũ; quod hac ſimilitudine vult declarare Caluinus: *Vnde quæſo,* inquit, *fœtor in cadauere, quod calore Solis, tum putrefactum, tum reſeratum fuerit? radiis Solis excitari omnes vident, nemo tamen illo fœtore ideo dicit.* Hoc nimirum ſiparium eſt ineptius, quam vt eo tanta impietatis hypotheſis, adeoque manifeſti mendacii repugnantia poſſit obduci. Profana iſtæc eſt aſſentatoris Anaxarchi commentatio; qui cum Alexandrum ob cædem intimi ſui Cliti ab eodem factam mœrentem, immodiceque lamentantem vellet conſolari: An tu Alexander ſapientes, inquit, veteres ignoras, ideo aſſiſtentem Ioui iuſtitiam feciſſe, vt quidquid à Ioue ſancitum, decretumue foret, id iure factum videretur? Ita magni acta, & geſta regis primum quidem ab ipſo rege, deinde ab aliis iuſta cenſenda ſunt. Nouatores iſti, vt certum ponunt, à Deo ordinari, præcipique peccatum: At ſanctiſſimæ veteris, nouique teſtamenti tabulæ apertiſſime teſtantur Deum illud abominari, prohibere, punire. Aiunt deinde Deum, cum vult, ordinat, iubetque peccatum, iuſtum, nullaque peccati labe pollutum manere: at quis hæc adeo

Athei conſolatio. *Plut. in Alexandro.*

Atheorum cauillatio.

hæc adeo repugnantia planeque contraria conciliabit effata? Etenim ſi ideo ſcelere ſe aſtringit homo, quod legẽ diuinam infringat, qui fieri poteſt, vt Deus volens, ordinans, hominique præcipiens, vt eam legem violet, iuſtus exiſtat? Reſpondent iſti eam eſſe cauſam, quod Dei voluntas iuſta ſit: vult enim peccatum, aiunt, & ad illud patrandũ hominem impellit, vt illum deinde puniendo, ſuæ iuſtitiæ magnitudinem oſtendat: hominis autem malã ideo eſſe voluntatem, quod malum ob finem peccet, nihilq; aliud ſpectet, niſi vt ſuam cupiditatem, auaritiam, libidinem expleat, non vt diuinæ volũtati, gloriæque ſeruiat. Integumentum eſt fraudis atque malitiæ patefaciendæ potius, quam obtegẽdæ idoneum: quo nec ſe ipſos impietatis, nec Deũ iniquitatis abſoluunt. Primum enim conſtat ex eorum axiomatis, quod æque ſit author Deus malæ voluntatis, prauæque intentionis qua mouetur ad peccandum homo, atque ipſius vitioſæ actionis, atque peccati: cumque hunc ad peccatum impellit, ſic etiam ad malam intentionem: quandoquidẽ homo, vt iſti opinantur, tum, actionis, tum etiam malæ animi affectionis eſt agentis, & monentis Dei duntaxat inſtrumentum: ex quo fit neceſſario Deum ſemper authorem eſſe peccati, cũ tam malæ intẽtionis, quam malæ actionis author exiſtat. Deinde Scripturæ ſacræ monemur oraculis, non eſſe facienda mala, vt veniant bona: hoc eſt, ſuſcipiendã non eſſe culpam, licet recta videatur intentio: hæc enim non poteſt efficere iuſtam, quæ ex ſe mala ſit, actionem: alioqui minime peccaret, qui furatur, vt benigne faciat egenti: nec qui ſtuprum infert cauſa ſuſcipiendæ, & ad virtutem inſtituendæ prolis:

LIBRI III. CAP. 25.

Ad Rom. c. 3. 8.

Digitized by Google

Libri III. Cap. 15.

neque ille qui priuatus exiſtẽs, nulla fultus authoritate, communis boni cauſa facinoroſum ciuem interficit. Ergo ſi certa intentio neque prauam voluntatem, neque malam actionem, eximit à culpa, negare nõ poſſunt, quin Deum ſemper authorem peccati conſtituant: tametſi dicant eum non niſi æquiſſima intẽtione, velle, ac iubere peccatum. Hic mihi queſo, reſpõdeant: quomodo poteſt Deus optimꝰ velle, ordinare, atq; ꝓcipere recta intẽtione, & bonum ad finem Idololatriã, Hęreſim, odiũ Dei, Atheiſmũ & alia ſcelera q̃ diuinis ſuis legib. decretiſq; plane aduerſantur? Quæ criminum genera ex ſe, adeo ſunt abominãda, vt malitia illis naturaliter ingenita, nulla poſſit rectæ intentionis circumſtãtia, aut alia externa qualitate mutari? Fierine pōt, vt Deus velit, decernat, & præcipiat cuiquam, ſuam vt dignitatem violet? nomini ignominiæ labem aſpergat? blaſphemis vocibus proſcindat? Maieſtatẽ infamet? ſuis altaribus, altaria Baalis opponat? quęcunque deniq; ipſe prohibet, ac deteſtatur contra ipſum ſcelerati concipiant, & exequantur: vt inde demonſtrandæ, exercendęq; rationem. & cauſam eliciat? Num poteſt ipſe niſi iniuſtitiã admittat, æquum ſe, atq; iuſtum oſtendere? Quid? bonitatem vt ſuam perdat, ſeque ipſum deſtruat, dum ea ſtudioſe curat, & præcipit quæ ipſe non vult, & vnde nihil præter dedecus & probrum cõſequatur? Sibine Deus eadem volens, & nolens, probans, & improbans aduerſabitur? Suumq; dabit proterendum honorem, vt eum deinde recipiat? Ac regnũ euertendum, vt reſtauret? Idne facturꝰ eſt, ꝙ nullus vnquã mortalium principũ inconſultiſſimus faceret, vel cogitaret? Quod ſi vult, decernit, imperat peccata,

Peccata q̃ ob intẽtionem bonã, naturam nequeunt immutare.

Digitized by Google

cata, quo pacto iuſtus haberi poteſt, æternis vindicando ſuppliciis eos, qui ſuapte voluntate, ordinatione, ac iuſſu in omnem culpam prolabuntur? Bipedum nequiſſimi, vſtulata, & in æternum vſtulāda fornacis infernæ rutabula, nunquid ipſis Dæmonibus peiores euaſiſtis, cum è pectorib. Idololatriæ veneno infectis adeo execrandarum Hæreſeon & blaſphemiarum fumum, ac fœtorem exhalatis?

LIBRI III. CAP. 15.

Illa vero ex radiis ſolarib. ducta ſimilitudo (quā ille tenebrio, filiuſque tenebrarum tantopere vt maxime idoneam probat, & eam paſſim ſuis in ſcriptis cum hanc deteſtabilem vult impietatem obtegere, ad nauſeam repetit, & inculcat) illius prodit inſcitiam, animique malitiam, contraq; ipſum pugnat, ipſique illi, quibus vtitur, radii mentis eius aciem obtundunt. Etenim ea perſpicue declarat (contra id quod ab iſto ponitur) Deum non operari peccatum: quin etiam facit, ne ſibi conſtet nugator iſte, cum ſuis axiomatis Deum peccati authorem eſſe tradit, hac autem ſimilitudine omni culpa eundem eximit: & ſi Deus peccatum operaretur, vt iſte contendit, propoſita ſimilitudo nullo modo monſtraret, eum labe peccati vacare. In primis radij ſolis ex ſe corpus nequaquam putrefaciunt, ſed tantum illuminant, & calefaciūt: quod ſi corporis inde corruptio ſequatur, vt fiat cadauer, fit ex eo quod ſit anima deſtitutum, & ad putrefactionem affectum. Lumen enim, & calor ſolis ex ſe nequeunt in cadauer illud putrefactionē inducere, quandoquidem fouent, augent, illuſtrant alia corpora: lapillis autem, vnionibus, auro, argento, plantis, arboribus, animalibus, cæteriſque rebus

Allata paulo ante Caluini ſimilitudo diluitur. *Cal. l. 1 Inſt. c. 17. § 5. & in Inſt. contra libert. & ep. cont. quendam libertin.*

ex materia, formaque concretis ad qualitates recipiendas aptis, quicquid habent pulchritudinis, ac vigoris impertiunt: quo fit, vt intima corruptionis cauſa ad ſubiecti, ſic iam affecti, qualitatem referẽda ſit. Quare vt logice, apteque hac ſimilitudine vtamur, ſenſum plane Caluiniano contrarium ex eadem eliciamus neceſſe eſt, & hoc modo inferam⁹: Quemadmodum Sol lumine ſuo illuminat, nec ex ſe corpora minime corrumpit: ita Deus liberalitatis ſuæ, bonorum, atque munerum gratiarumque radios lucere facit, ſicuti ſolem corporeum ſuper bonos, ac malos oriri: largitur corpus, animam, opes: & alia innumerabilia dona ita prolixe ſuppeditat, vt nec peccet ipſe, nec vllam det occaſionem, cauſamue peccandi. Quod ſi tot, ac tantis illius bonis abutantur improbi, ſi inde putreſcant, & in fœtida cadauera elephantiacorum inſtar diſſoluãtur: cauſa ſubeſt in intimis peruerſæ eorum animæ viſceribus, ſua voluntate ad huiuſmodi putrefactionem affectæ. Tales quippe reddit ipſorum ſuperbia, ingratique vitium animi, non autem munifica Dei bonitas, cum ea ſit cauſa multis improbis vt boni: multis ſimiliter bonis, vt in dies meliores euadant. Falſum eſt igitur quod ponit Caluinus, ſolem ex ſe, ſuiſque radiis putrefacere corpora: Cumque velit ex Sole demonſtrare quod ſua voluntate ac decreto Deus hominem in peccatorem, & quoddam ſpirituale cadauer efficiat, perſpicue oſtendit Deum nullo modo eſſe cauſam, atque ſecum ſua ſimilitudine pugnat: cuius hæc eſt vis & ſponſus: Quemadmodum Sol non efficit cadauer, ita nec Deus peccatorem. Secundo licet verum eſſet, quod imperitus iſte ponit, Solis radios putrefactionis

factionis

ſactionis eſſe cauſam, nullumq; inde inquinamentum contrahere: hac tamē ſimilitudine Dei honor non aſſeritur, ſiquidem, vt placet Caluino, vult, decernitque peccatum, tanta cum ſit inter agens vtrumque differentia: Nam Sol eſt cauſa vniuerſalis, naturalis, ſenſum non habens, neceſſitate non certa voluntate agens: quique ex ſua actione neq; laudem conſequitur, neque vituperationem ſubit aut dedecus. Deus autem, vt opinatur Caluinus, non ſolum eſt generalis cauſa peccati, auxilia communia, & naturalia ſuppeditans, verum etiam agens, & cauſa particularis, ſpeciali concurſu, certoque conſilio, ac voluntate peccatum operans: vnde ſequitur neceſſario eum ex tali contagione fœdari: quandoquidem fieri nequit, vt is qui vult, ordinat, imperatque peccatum, & ad illud patrandum quēpiam impellit, malæ non ſit, deprauatæque voluntatis. Quocirca nihil eorum quæ intendebat hac ſimilitudine Caluinus aſſequitur, culpę videlicet immunem Deum probare: imo hinc potius malitia iſtius impoſtoris pateſcit: qui tam eſt impius in diuina Maieſtate per has blaſphemias infamanda, quam vafer in prætextibus concinnandis, quibus horrendæ ſuæ impietatis obtegat fœditatem. Sed quāto eam magis diſſimulare, & occultare nititur, tanto diligentius eſt, è latebris extrahenda: quod facturus aggredior, alteram detegendo fraudem concinnatam ex Scripturæ locis, quæ idem Caluinus, Beza, Zuinglius & alii, eodem conſilio, ac fine, quo ſuperiora modo refutata, deprauant.

Libri III. Cap. 15.

Sol agens vniuerſale & inuolūtarium.

Digitized by Google

LIBRI III. CAP. 16.

Scripturæ loci quibus Caluinus, & eius aſſectatores ad obducendum propoſitum ante Hæreſis Idolum abutuntur.

CAPVT XVI.

ALteram blaſphemis hiſce Nouatoribus, ad ſtabiliendum & ornandum impietatis Idolū ſuggeſſit rationem Diabolus è Scripturæ ſacræ penu depromptam: vnde certos locos ſelegit, ad ſuam mentem expoſitos, eoſque præconib. iſtis ad inſignem Chriſtiani nominis ignominiā buccinandos propoſuit: vt more proditorum, Chriſtianorum armis Chriſtianam Eccleſiam oppugnarent. Communis ſiquidem hic eſt in omni Hæreſi Hæreticorum agendi mos, & aſtutia, ſed in hac recenti deteſtabile ſacrilegium, & intolerabilis prorſus iſtorum inſolentia, quod Sacroſancta Numinis oracula audeant ad aſſerēdam vſurpare blaſphemiam: qua nulla magis vnquam impia, neque in ſupremam Dei Maieſtatem contumelioſior potius excogitari. Igitur è cæteris Scripturæ locis, quibus Hæreſim ſuam fulcire conantur, illum ex Geneſi proferunt, vbi Ioſeph aiebat fratribus: *Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc* (ſcilic. in Aegyptum) *miſſus ſum.* Et illud: *Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati?* Quibus ex verbis colligunt, peccatum filiorum Patriarchæ Iacob, qui fratrem ſuum Ioſeph Iſmaelitis vendiderant, fuiſſe diuina voluntate perpetratum: nec eos aliud quicquam, niſi quod Deus volebat, effeciſſe. Malitioſa prorſus interpretatio: dixiſſe potius debuerant, eam Dei fuiſſe voluntatem, vt Ioſeph in Aegyptum proficiſceretur,

Gen. 45. 8.

Ibid. 50. 19.

tur, ſuæ vt illic patientiæ & caſtitatis documenta præberet: ſuo deinde tempore fratribus, paternæque familiæ opitularetur? multaque alia egregia, laudeq; digna gereret: Cæterum minime gratã fuiſſe Deo venditionem illam, p̃uidiſſe tamen, & bonorum intuitu, quæ ex ea promeret, pro ſua prouidentia vt fieret, permiſiſſe. Atq; vt de volũtate Dei proprie loquamur, in hoc ſimilibuſq; locis ſtatuẽdum illud eſt, quod Sancti Patres docuerunt: nimirum quod vẽditorum actionem malam permiſerit Deus, voluerit nihilominus, vt venditus pateretur, & cætera q̃ cum virtute coniuncta ſunt, efficeret. Nam in malis operib. frequenter vſu venit, vt mala, vitioſaq; ſit actio, perpeſſio tamen, & tolerãtia laudabilis. Malum eſt, verbi gratia, iniuriam cuiquam inferre: eam vero diuini honoris gratia pati, laude, præmioque dignum. Ita paricidium in Saluatoris perſona patratum fuit tam graue Iudęorum ſcelus, vt eorũ in ſcelere, omnia fuerint ſcelera: Ieſu vero Chriſti reſpectu, qui crucis ignominiam, & cruciatuum acerbitates pertulit, inſignis patientiæ, ſummæq; miſericordiæ opus fuit: quare volebat Deus vt filius ſuus cruentas Iudæorum manus ſubiret, & illud eximium ſuæ diuinæ bonitatis facin⁹ exequeretur: at vero Iudæorum actionem ex iniqua ipſorum voluntate manantem, neque voluit Deus, neque decreuit: præuidit eam tamen, atque fieri permiſit: & in hanc ſententiam Sanct. Petrus his verbis Iudæos eſt alloquutus. *Hunc* (ſ. Ieſum) *definito conſilio, & præſcientia Dei traditũ per manus iniquorum, affigentes interemiſtis.* Alio itẽ in loco Diſcipuli, nouiq; Chriſtiani dicebãt. *Cõuenerunt. n. v. in ciuitate*

LIBRI III. CAP. 16.

Act. 2. 23.

Act. 4. 27.

Digitized by Google

iſta aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum, quem vnxiſti, Herodes, & Pontius Pilatus, cum Gētibus, & populis Iſrael facere quæ manus tua, & conſilium tuū decreuerunt fieri. Quibus verbis oſtenditur æternum Patrem voluiſſe quidem, vt filius ſuus in Iudæorum manus veniret, extrema pateretur, ac mundum ſua morte redimeret: noluiſſe tamen illum à perfido Iuda prodi, nec à Pilato condemnari, nec à militibus in crucem tolli, & occidi: quæ tamen omnia futura præſciuerat, cum conſtet ita permiſiſſe, voluiſſeque & in ęterno conſilio decreuiſſe illa permittere. hæc nimirum eſt diſtinctio, quam in ſimilibus operibus vt dixi, Sancti Patres attulerunt. *Nunquid iniquitas,* inquit S. Leo, *perſequentium Chriſtum ex Dei eſt orto cōſilio? Et illud facinus, quod omni maius eſt crimine, manus diuinæ præparationis armauit? Non hoc plane de ſumma iuſtitia ſentiendum eſt: quia multum diuerſum, multumque contrarium eſt, id quod in malignitate Iudæorum eſt præcognitum, & quod in Chriſti paſſione eſt diſpoſitum. Non inde praceſſit voluntas interficiendi, vnde moriendi: nec de vno extitit ſpiritu atrocitas ſceleris, & tolerantia Redemptoris. Non enim impias furentium manus immiſit in ſe Dominus, ſed admiſit: nec præſciendo, quod faciendum eſſet, coegit vt fieret, cum tamen ad hoc carnem ſuſcepiſſet, vt fieret.* Ait igitur S. Leo Ieſum Chriſtum voluiſſe tradi, & manu improborum occidi, itaque futurū preuidiſſe, eo quod illud eſſet permiſſurus: non tamen ſceleratos ad id patrandum induxiſſe, neque coegiſſe. Ad eum modum voluit, permiſitq; Deus ab initio mundi vt Abel, aliique viri iuſti ab improbis vexarētur: & poſt eius in cœlo aſſenſum vt Martyres, cæterique Sancti grauiſſima quæque tolerarent, præſciuitque, ac fore prædixit, vt eos crudelitate

S. Leo Ser. 10. de Paſſ. Do.

Nō impulit Deus Iudæos ad malum.

Abel. *Gen. 4. 8.*

tate armati Tyranni exquiſitis ſuppliciis mactarēt, idque permiſit, nec tamen voluit, quandoquidem ſua lege vetat malum, iubetque charitatem. Hoc reſponſo ſuperior Geneſis locus, & alii ſimiles exponuntur, quos veſtri Hæreſiarchæ ad ſuũ miſcendum venenum vſurpant. Illud præterea adferunt quod Deus internuncio Moſe dixit Pharaoni: *Idcirco autem poſui te, vt oſtendam in te fortitudinem meam.* Item quod eſt ſcriptum à Paulo: *Annon habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam?* Ex his locis inferunt à Deo excitari peccatores, & tales ad ſuę voluntatis propoſitum fieri, quos deinde dãnet. Huic ego logicæ blaſphemanti cum ſanctis Eccleſiæ Catholicæ Doctoribus, ſanctoque præſertim Auguſtino reſpondeo, improbos non creari à Deo, niſi tãtum (vt in ſcholis loquũtur) materialiter: hoc eſt creat Deus improbos, quos præſcit ſua ipſorũ praua voluntate fore malos, ſed non ſua ipſius voluntate, quæ ſemper bona eſt, efficit malos: creator eſt omnium bonorum iuxta, ac malorum hominum, non tamen improborum peccata committit, quãuis illa præuideat. hoc modo creauit Adamum, & Euam, quos in culpam lapſuros præſciebat: ſimiliter Cainum, alioſque peccatores, qui ſuorum fuerunt ſcelerum authores, nequaquam vero Deus. Quærat aliquis: cur igitur vos creare voluit, quos malos futuros præuidebat? Reſpondet Scriptura, Deum velle ſua priori volũtate omnes fieri ſaluos: ac perire neminem: prętereа factum ab eodem hominem rectum, ipſum tamen ſe infinitis quæſtionibus,

LIBRI III. CAP. 16.

Vult quidẽ Deus Sanctos Pati, quod ſit ipſis vtile, ſed non vult vt eos excrucient Tyrãni: tamen permittit.

Pharao. *Exod 9. 16*

Rõ. 9. 17. 21.

Non facit Deus hĩcs malos, licet eos creet.

S. Aug. Ep. 105 & 106. ad Sixtum & Paulin.

1. Tim 2. 4

2. Petr. 3. 9.

Eccl. 7. 30.

Deus creat quos præuidet malos futuros

vt ſuam in iis tolerandis patientiam, & in puniendis iuſtitiam oſtendat. *Prou. 16. 14.*

LIBRI III. CAP. 16.

nibus, atque adeo peccatis immiſcuiſſe: quæ cum debitis vlciſcetur pœnis, aut meritis præmiis probos afficiet, ſuam vniuerſo mundo iuſtitiam, poteſtatem, & gloriam oſtendet. Hinc illud Salomonis: *Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus, impium quoq; ad diem malum.* Non dicit impium ideo fuiſſe creatum, vt malus exiſteret, neq; Deum eiuſmodi produxiſſe, vt inde puniret, ſuamq; puniendo poteſtatem declararet, vt nugatur Caluinus: ſed quod illum Deus hoc in mundo procreare voluerit, quamuis talem præuideret futurum, æternæque morti adiudicandum, quod contra ſuam volūtatē, atq; præcepta, talis, hoc eſt malus exiſtat. Hoc nimirum eſt quod Pharaoni dicebat: *Idcirco poſui te, vt oſtendam in te fortitudinem meam.* Id eſt in hoc mūdo creaui te, regemq; conſtitui, tametſi præfracti animi tui malitiam & præuiderem, & impedire poſſem, ne aut naſcerere, aut adoleſceres, aut deniq; ne ad regiam dignitatē eueheeris: nihilominus excitaui & creaui te, & iſto ſublimi ſolio collocaui, quo cum inſolenter abutaris, iuſta mihi cauſa ſubeſt poteſtas in ea quanta ſit declarandi, cū tuam attriuero ſuperbiam, quanta æquitas, in tui vltione peccati. Pro imbecillitate duciſne patientiam, qua diu ꝑtuli, te, atq; permiſi vt tyrannico ſeruitutis iugo meū populū opprimeres? Mene idcirco credis infirmū? faciam tandem, vt intelligas, quanto ſim te potentior, cum te tuumq; exercitum in mediis pelagi fluctibus obruero: meque tandiu tuam toleraſſe contumaciam, mea vt gloria illuſtrior appareat, totoque orbe celebretur. Ita S. Auguſtinus hunc Exodi locum παραφραστικῶς interpretatur. Et propter hoc ipſum, inquit, *conſeruatus es, vt oſtendam in te*

Exod. 9. 16. Rom. 6. 17.

virtu-

virtutem meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuerſa terra. Hæc Scripturæ verba & Apoſtolus poſuit, cum in eodem loco perdifficili verſaretur. *Ibi autem & hoc ait: Si autem Deus volens oſtendere iram, & demonſtrare patientiam ſuam, attulit in multa patientia vaſa iræ: parcendo vtique iis, quos malos futuros eſſe præſciuerat: quæ vaſa dicit perfecta in perditionem: & vt notas, inquit faceret diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ.* Addit paulo poſt. *Nouit ergo Deus bene vti malis, in quibus tamen humanam naturam non ad malitiam creat, ſed eos perfert patienter: quouſque ſcit oportere: non inaniter, ſed vtendo eis ad admonitionem, vel exercitationem bonorum. Ecce enim vt annunciaretur nomen Dei in vniuerſa terra, vaſis miſericordiæ vtique prodeſt ad eorum itaque vtilitatem Pharao ſeruatus eſt.* Hic intueri poteſtis quo pacto S. hic Doctor iuxta Scripturæ ſenſum, à peccante peccatum, & perſonam ab actione diſtinguat: recteq; doceat, quod Deus homines quidem procreet, non tamen eorum peccata conſciſcat, licet ea priuſquam fiant, præuideat, atq; adeo fieri permittat, eo quod Sapientiſſimus, Potentiſſimus, Optimuſq; ſit, vt ex iis gloriæ ſuæ cumulum, & maximum ſuis electis fructum eliciat.

Lib. III. Cap. 16. Deus homines creat, & malos eſſe permittit, vt gloriã ſuã oſtendat. *S. Aug. q. 32. in Exo.*

Expoſitio locorum Ieremiæ, & Epiſtolæ ad Romanos, in quibus dicitur poſſe figulum honoris, & contumeliæ vaſa fingere.

Capvt XVII.

QVod autem attinet ad ea verba Ieremiæ, Apoſtoliq; Pauli ad Rõ. ſcribentis de figulo, honoris, & ignomin. vaſa fingente, nõ cum habẽt ſenſũ, *Iere. 18. 16.* *Rom. 9. 19.*

quem

LIBRI III. CAP. 17.

quem iſti blaſphemi ſcriptores opinãtur: quod videlicet Deus homines bonos, ac malos faciat, & eoſdem procreet, vt deinde pro arbitrio damnet, & perdat: cum ſcriptis teſtetur idem Apoſtol. ipſum *velle omnes homines ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire.* Sed enim his verbis modo ſignificatur, poſſe Deũ cum in homines, ſicut in res cæteras à ſe creatas ſummam obtineat poteſtatem, alios quidem ad gloriam admittere, alios vero ignominiæ tradere ſempiternæ; eaq; cum facit, iuſtiſſime facere: adeo vt nemo de illo poſſit magis conqueri, quam figulinum opus de figulo: imo minus multo, proptereaque figulus cauſa eſt infinite minorem habens in opus ſuum poteſtatem, quam Deus in rem à ſe procreatam, Quare vt illorum ſuperbiam reprimeret Apoſtolus qui obmurmurantes de eo querebantur quod eos in mundum produxiſſet, quos tamen perpetuo cruciandos præſciret, ipſorum querelas exponit: *Dicis itaque mihi: Quid adhuc quæritur? Voluntati enim eius quis reſiſtit?* Ac ſi dicerent: ſi velit Deus damnare nos, quis valeat illius obſiſtere voluntati? Tum reſpondet: *O homo tu quis es, qui reſpondeas Deo? Nunquid dicit figmẽtum ei qui ſe finxit: quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam?* Huius loci ſenſus eſt: Quemadmodũ vas ex vili materia, & ad vilem vſum effictum non debet cum ſuo expoſtulare fictore, licet hic ex eadem materia honoris vaſa confingat: ita reprobus cauſam habet nullam, factoris ſui iuſtitiam criminandi, quod cum ſe ex maſſa vili, naturaque corrupta extraxerit, ita congruenter ſuæ origini tractetur: tamerſi miſericordia ſingulari quoſdam ex eadem

Vult Deus oẽs homines ſaluari
1. Tim. 2. 4

Rom. 9. 19.
Iere. 18. 6.

dem materia extractos, cœleſtibus ſuæ gratiæ donis cumulet, vt ſalutem conſequantur. Hæc eſt S. Auguſtini ad Sixtum ſcribentis expoſitio, vbi ſic loquitur: *An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maßa, vtique merito, recteq; damnata, facere aliud vas in honorem indebitum, propter miſericordiæ gratiam, aliud in contumeliam debitam propter iræ iuſtitiam?* Ex his itaque verbis, & Apoſtoli reſponſo ſane perquam idoneo ad frœnandam reproborum admurmurātium linguam, diſcimus Deū minime efficere peccatores, quatenus tales ſunt: quamquam abſoluta penes eum ſit poteſtas, de hominibus pro arbitrio ſtatuendi, vt eos magnos aut paruos, glorioſos, vel inglorios, beatos vel miſeros efficiat: vt eos deniq; vel in cœlum euehat, aut in barathrum protrudat: quod cum ſine cuiuſquam fiat iniuria, nemini reſtat occaſio, de illo iure conquerendi: quin imo per magnam ei gratiam habere debent reprobi, quod cum iræ ſint vaſa, eorum improbitatem patientiſſime tulerit, nec eos niſi ob peccata quæ pœnitendo expiare noluerint, & ad finem vſque vitæ ſceleribus ſcelera cumularint, incendiis adiudicarit Inferni. Hoc idem his verbis exponit Apoſtolus. *Quod ſi Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum: vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam.* Vbi ſubintelligēdum eſt illud: Quid adhuc quærendum? Quo ergo modo poteritis cum Deo ipſius expoſtulare iuſtitiam, ſi tantæ fuit benignitatis, vt non tam cito quā poterat, impios perdiderit: imo in ſceleribus obſtinatis animis perſiſtentes diutiſſime tolerarit, in interitum quidem ipſorum culpa non Dei voluntate

LIBRI III. CAP. 17.

S. Aug. epi. 105. & S. Thomas in c. 9. epiſ. ad Rom.

Rom. 9. 22.

Digitized by Google

LIBER III. CAP. 17. apparatos? Si illos inquam patienter tulit, vt ſuam in eis puniendis poteſtatem, ſuæque bonitatis diuitias in illis quos gratiæ beneficio ad gloriam deſtinauit, Quid dicetis? Et quamnam habebitis cauſam de Deo veluti de mali veſtri authore conquerendi? Num vobis potius illius erit extollenda patientia, iuſtitia, miſericordia, vt è contrario cordis veſtri obfirmati in ſcelere contumaciam damnetis, quam ſolam interitus veſtri cauſam debetis agnoſcere? Quod autem hic verus ſit Apoſtoli ſenſus facile ex illis colligitur locis Scripturæ, vnde à figulo duxit ſimilitudinem, & cuius orationis argumẽtum. Dictum eſt à Salomone: *Figulus mollem terram* Sap. 15. 7. *premens laborioſe fingit ad vſus noſtros vnumquodque vos, & de eodem luto fingit quæ munda ſunt in vſum vaſa, & ſimiliter quæ his ſunt contraria: horum autem vaſorum quis ſit vſus, iudex figulus.* Poſt Salomonem Iſa. 45. 9. et 29. 16. Iſaias: *Væ* inquit, *qui contradicit fictori ſuo teſta de Samiis terra: nunquid dicet lutum figulo ſuo: Quid facis? & opus tuum abſque manibus eſt? Væ qui dicit patri, Quid generas? Et mulieri quid parturis?* Ieremias ſimiliter: *Nunquid ſicut figulus iſte, non potero vobis facere, domus Iſ-* Ier. 18. 5. *rael, ait Dominus? Ecce ſunt lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea Domus Iſrael.* His omnibus locis ſignificatur poſſe Deum immenſa virtute ſua honore, vel ignominia homines afficere, ex eadem corrupta maſſa, quouis figuli luto abiectiori extractos, quod cum facit, nihil iniuſtũ facere: illumq; maledictioni eſſe obnoxium, qui ipſius iudiciis, ac ſi iniqua forent, refragatur, quodq; ſit ab eo creatus arguit, vt is qui excuſandi peccati ſui cauſa, ait patri? Quid generas? Et matri: Quid parturis? Cæterũ vbi Ieremias immenſam Dei poteſtatẽ expoſuit, ſtatim intu-

Digitized by Google

intulit non vti ſolere Deum tanta ſecuritate, atque celeritate quanta poſſet, ſed diutiſſime patienter vt plurimum cunctari, antequam ad puniendum obſtinatos aut reſipiſcentib. ignoſcendũ accedat. Sed (addit ſuperiorib. verbis) *ſi pœnitentiam egerit gens illa, à malo ſuo quod locutus ſum aduerſus eam: agã & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui, vt facerẽ ei.* Haud ſane poteſt vas teſtaceum figuli volũtatem immutare: at enim integrum eſt, ac liberũ homini peccatorum nexib. irretito, Deum ſibi iratũ placare, eũq; ad lenitatem, miſericordiamq; reuocare: ac ꝓinde omnis in eo culpa reſidet; ſi fiat vas cõtumeliæ: nec Deus eſt ei⁹ author peccati, licet iudex, & vltor exiſtat. In eum ſenſum loquitur S. Paulus: poſſe quidẽ Deum ſtatim improbos perdere, cum vt ſupremus oĩm Dominus, mortis (vt ipſe teſtatur) clauẽ obtineat: ſed deinde id ſe non continuo facere declarat: ſed potius multa patiẽtia iræ vaſa toleraſſe, vt Cainos, Pharaones, Dathanos, Hieroboanos, Antiochos, Nerones, & alios eiuſmodi mortaliũ ſceleſtiſſimos: vt cũ in illa vitiorũ mõſtra deinceps animaduerteret, teſtata cũctis eſſet, iuſtitię ſuę vis, & gloria poteſtatis. Ita hũc locũ Cath. Doctores exponunt: Caluini aũt eiuſque gregalium interpretatio tanto eſt impudentior, quãto peruicacius cõmuni dudũque receptæ interpretũ Bibliorum doctrinæ repugnat. Nam ex omni numero Rabbinorũ qui ſupiora veteris Teſtam. loca enuclearunt: & ex Patrib. q̃ tum eadem, tum etiam D. Pauli textum propoſitũ à nullo & quingentis annis expoſuerunt, vix ac ne vix quidem inuẽtus eſt vllus, qui ſit auſus vel mente cõcipere, ea quæ infames iſti circulatores, & voce declamarunt, & execrãdo ſtylo memorię ꝓdiderunt,

LIBRI III. CAP. 17.

Pœnitentia placatur Deus.

Iere. 18. 8.

Rom. 9. 22.

Apoc. 1. 18.

Stupenda Caluini impudẽtia

Digitized by Google

runt, cum Deum peccati authorem facerent, deteſtabilemque blaſphemiam Scripturæ ſanctæ authoritate circumtegere conarentur. Eorum eſt etiamnum in promptu ponenda malignitas, ſuiſque phaleris nudandum Idolum propoſitis aliis Scripturæ locis quæ iſti ſuo more deprauant.

Alij Scripturæ loci eundem ad finem quo ſuperiores à Nouatoribus, vt Iouem ſuum flagitioſum amicirent, corrupti.

Capvt XVIII.

HAe viperinę linguæ ex aliis ſacræ paginæ textibus ſua venena colligunt, quos exponere neceſſe eſt. Illud enim aſſumunt quod in hiſtoria Regum habetur: *Dominum Semei præcepiſſe, vt malediceret Dauid*: quæ mala fuit actio. Et illa verba Iob. *Dominus dedit, Dominus abſtulit.* Quibus aiunt ſignificari Deum omnium malorum patientiſſimi viri Iob fuiſſe authorem: Diabolum vero & homines à quibus vexatus eſt, Dei tantum inſtrumenta. Afferunt illud præterea, quod eſt in Iſaia: vbi Deus cum mala Iudęis interminaretur: *Ecce*, aiebat, *ego ſuſcitabo ſuper eos Medos*, ac ſi Gentiles ad inuadendos Hebræos inſtigaret. His & aliis eiuſmodi locis inſtructi tenent iſti, audacterque docent Deum vt cauſam efficientem, & efficacem hominum voluntates mouere, eiſque peccata quibus ſe aſtringunt, imperare. Ecquis hic nõ videt doctrinam omni ex parte abominandam animi à Furiis Tartareis agitati argumentum? Enimuero ſi ille primus execrandæ huius blaſphemiæ inuentor cum ſuis aſſeclis peſtilentiſ-

Semei. 2. Reg. 16. 10.

Iob. 1. 21.

Eſa. 13. 17.

Calu. l. 4. Inſt. c. 18. § 2. & 2.

Caluini Bezæ & cæterorum malitia.

ſimo malitiæ veneno non habuiſſent pectus infe- Libri III. Cap. 18.
ctum commodiorem illi diuinoque honori magis
conſentaneum horum locorum enodationem ex-
quiſiuiſſent:aut certe quas Sancti Patres interpre-
tationes adhibuerunt, minime repugnanter admi-
ſiſſent:ac potius ſe perpetuo ſilentio, morteq; dam-
naſſent, quam vt adeo impias, & in immenſam Dei
bonitatem contumelioſas concluſiones expuriſſi-
mis Scripturæ fontibus elicerent. Catholici vero
Doctores mente ſpirituque plane contrario acti,
vno ore docuerunt, nequaquam illis Scripturæ lo-
cis ſignificari homines à Deo ad peccãdum impel-
li, eiuſue imperio ad illud excitari: quod ſi faceret,
in ſe ipſe manifeſte peccaret (hoc vero quis abſque
impietatis nota cogitarit?) ſed quod eis permittat
peruerſam vt voluntatem expleant, & quodcunq;
eis libuerit malum conſciſcant, vt deinde ex eorũ
ſceleribus, vtilitatem, & è malo bonum colligat: ꝙ
ſane maius erit, quam ſi, malum ne fieret, obſtitiſ-
ſet. Ita Scriptura tradit, *Deum præcepiſſe Semei, vt ma-* Semei. *2. Re.16.10.*
lediceret Dauidi: hoc eſt illi poteſtatem fecit, iracun-
diam in optimum Regem effundendi: ipſique regi
virtutis exercendæ facultatem. Idcirco Dauid con-
ceſſum huiuſmodi, præcepti nomine nuncupauit:
tum vt ſe magis, magiſque abiiceret, ac palam teſta-
retur æquo ſibi animo immiſſam à Deo ſuo ſcelere
grauiter offenſo calamitatem eſſe perferendam:
quandoquidem is permiſiſſet ſe à ſuo rebelli ſubdi-
to impeti contumeliis, qui ante iam conceſſerat,
vt filius ſuus Abſalon coniuratione facta, impia in
ſe arma conuerteret. Hunc eſſe verum huius loci Semei.
ſenſum inter cæteros Doctores ita docet S. Augu- *S. Aug. l. de*
ſtinus: *Quomodo,* inquit, *dixerit Dominus huic homini* *Gratia & lib. ar. c. 20*

V *maledi-*

Digitized by Google

Præcepit Dauid Salomoni ne Semei multum eſſe pateretur.

maledicere Dauid, quis ſapiens & intelliget? Non enim iubendo dixit, vbi obedientia laudaretur, ſed quod eius volũtatem proprio vitio ſuo malam, in hoc peccatum iudicio ſuo iuſto, & occulto inclinauit, ideo non dictum eſt, dixit ei Dominus. Nam ſi iubenti obtemperaſſet Deo, laudãdus potius, quam puniendus eſſet, ſicut ex hoc peccato poſtea nouimus eſſe punitũ. Ait ergo illud non fuiſſe præceptum, ſed Dei permiſſum laxantis habenas ſceleſto nebuloni ad conuiciandum ſuo Principi, vt illatam iniuriam in bonum ſerui ſui Dauidis deinde conuerteret. Ita Iob aiebat: *Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſit nomen Domini benedictum*: agnoſcens nimirum illud de manu Dei veniſſe, quod eo permittẽte acciderat: cum certo conſtet eam fuiſſe datam ab eo facultatem, meramq; permiſſionem, quam Sathan popoſcerat dicens: *Sed extende paululum manum tuã, & tange cuncta quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi.* Cum ergo vellet Deus ſerui ſui Iob probare, atq; omnib. teſtatam facere virtutem, ampliſſima eidem ſegete gloriæ ſuppeditata, ad ſummam hoſtis ignominiam, eius annuens poſtulatis: *Ecce,* inquit, *vniuerſa quæ habet in manu tua ſunt, tantum in eum, ne extendas manum tuam.* En permiſſionem, atque licentiam in cunctas optimi viri facultates Sathanæ conceſſam, hoc vno duntaxat excepto ne eius corpori violentas manus afferret. Deus igitur ait Sanct. Auguſtinus non dedit Sathanæ malam voluntatem, quam ſatis ſuperque malignam, & ex ſeſe nimis ad odiendum & diuexãdum Iob, omneſq; prob os paratam, habebat: ſed ei tantummodo facultatem, certis finib. circũſcriptam in Iob ſuam exercendi malitiam: qui viri Sanctus hanc Dei permiſſionem cõſiderans, ſibiq; perſuadens ad ſuam vtilitatem accidiſſe, eam totam tragicam actionem ad eum retulit, dicens: *Dominus*

3. Reg. 2. 8.
Iob 1. 21.
Iob 1. 12.
S. Aug. l. 1. ad ſimplic. q. 2.

dedit, Dominus abſtulit. Quin etiam Deus ea de cauſa eam ſibi actionem attribuit, cum ita Sathanā alloqueretur: *Tu autem commouiſti me aduerſus eum, vt affligerem eum fruſtra.* Ait affligerem, h. e. permitterē, vt eum ſine cauſa affligeres. Hic vero ꝓdigioſa cernitur Caluini malitia, qui ſit ex hoc loco ſuā impietatē ſtabilire conatus: ac ſi Deus author, atq; principalis hui⁹ malæ actionis effector extitiſſet, Diabol. aūt, & Chaldæi tantū inſtrumenta Dei, qui illum ad perpetrandum malū impuliſſet: cum luce clari⁹ ſit primā, ac pcipuam cauſam fuiſſe Diabolū, fuit inq̄ ſceleſtus ille malorum architectus, q armatus malitia eius exercēdæ licētiam à Deo petiturus acceſſit: ille Chaldęos ad diripiēdas Iob facultates excitauit: ille ignem ex ęthere ad domos vniuerſamq; illius familiam pdendam immiſit: ad ſummam, hui⁹ tantæ calamitatis, & malorū quib. fuit Iob affectus, & ſceleris, ꝙ in hoc facto cernitur, nulla fuit alia efficiens veraq; cā, q̄ puerſa Diaboli, hominūq; volūtas: nam ex parte Dei, nihil ad id præter eius permiſſionem, ac prouidentiam acceſſit: nec ſine malitia modo, verum etiam eo propoſito, vt maiori fauore ſeruum ſuum omnib. his cladib. ſuperiorem cumulatiori fauore, deinceps proſequeretur, omniūq; rerū affluentib. copiis ditaret, ob eamq; malorum ppeſſionem toto orbe illuſtriorem redderet. Ad eundē modum exponendus eſt hic locus in Regum hiſtoria: *Et addidit furor Domini iraſci contra Iſrael cōmouitque Dauid in eis dicentem, vade numera Iſrael & Iudam.* h. e. à Deo factam ſathanæ excitādi Dauidis poteſtatē, vt populi ſui numerum iniret: quemadmodum ex alio Scripturę loco, vbi eadem narratur hiſtoria, patet his verbis: *Conſurrexit autem Sathan contra Iſrael:*

Libri III. Cap. 18.

Caluini peruerſitas *l. Inſt. c. 4. §. 2.*

Chaldæi à Diabolo commoti.

2. Re. 24. 1.

1. Paral. 21
2. Re. 24. 1.

Digitized by Google

perfecit: non quidẽ ꝙ Abſalomũ ad thorũ patris cõ taminandum impulerit, ſuaſerit vel iuſſerit, ſed illud tantummodo permiſerit: quod nihilominus impedire potuiſſet, (ſiue frænum eius nefariæ cupiditati iniiciendo: ſiue ad alia patranda ſcelera eidem habens laxando, ne iſtius culpam cõtraheret) niſi commeruiſſet Dauid, vt Deus filio perdito q̃dlibet agendi facultatem concederet, patrem vexaret, eaque vexatione admiſſum adulterii, cædiſque factæ peccatum expiaretur. Quin etiam ipſa Dei comminantis oratio ſatis indicat, ſuam in hac reactionem, ſuæ opus fuiſſe iuſtitiæ: *Tu feciſti,* inquit, *abſcondite, ego autem faciam verbum iſtud, in conſpectu omnis Iſrael, & in conſpectu ſolis.* Ac ſi diceret: Tu adulterium occulte perpetraſti, tanto ſceleri debitam mercedem publice, & Sole ipſo vidente perſoluã. Opus igitur Dei nequaquam eſt Abſalomi peccatum, ſed Diuina iuſtitia: quandoquidem inceſtam libidinem adoleſcentis ad vlciſcendũ Dauidis peccatum permiſit. Hanc autem permiſſionem, opus Dei nominari ex iis patet, quæ in expoſitione loci illius Iob attulimus: cuius viri afflictiones Dei appellantur actiones, eo quod permittente Deo effector earum Dæmon extitiſſet. Huiuſmodi vero pmiſſionis nomen Caluinus, Beza cæterique Pſeudoreformatę pręcones ne ad aures quidem admittunt, eam identidem exſibilant, aiuntque friuolum eſſe Sophiſtarum effugium: vnde nobis emergat neſcio quis Epicuri Deus, otioſus nimirum Deus, nulliuſque poteſtatis, qui nihil agat, nihil poſſit, & ea quæ nolit ipſe, fieri patiatur. Adeo vt ex iſtorum Reformatæ procerum ſententia, viri illi ſanctitate,

LIBRI III. CAP. 18.

2Reg. 12. 12

Beza in ſuo Sycophanta Patres voce permiſſionis vtentes Sophiſtas nominat: & eandem ſępe reiicit

Caluinus. *Inſt. l. 1. c. 18. §. 1. & lib. de æter. prædeſt.*

Digitized by Google

hominem atq; peccata fieri permittat, ſecluſa omni ſua mala cooperatione: neq; vt cauſa efficiens peccati cōcurrendo cum creatura quæ illud perpetrat: alioquin fatendum eſſet: ꝙ ſupra dicebam, eũ multis, atq; adeo infinitis antequam mundum crearet ſeculis, otioſum, & impotētem extitiſſe: cum in illa æternitate, nec homo eſſet, nec Angelus, qui bene, vel male operaretur. Vt ergo iſtorum ora frænentur: impiis eorum ſermonib. eadem reſpondeo, q̃ antiqui Patres olim Hæreticis, atque Gentilib. eodem, quo iſti modo inſanientib. ac ſermocinantib. reſponderunt: Deum videlicet malum nullo mõ facere, ſed illud duntaxat ꝑmittere: non quod ne fiat, impedire non poſſit, ſed tum ſuã vt inde clementiã oſtendat, ſine qua nõ eſſet Deꝰ: tum vt integram ſinat homini libertatẽ, quaſi careret, non homo, ſed beſtia dicẽdus eſſet. Neq; tamen ob hanc ꝑmiſſionẽ, otioſus, vel impotẽs exiſtimãdus eſt Deus, quãdoquidẽ modis iñumeris vt Sapientiſſimꝰ, vt Optimus vt Potentiſſim. Domin. operatur. Primũ quidẽ in eo quod efficit, vt creatura ſua cõſilii ac rationis cõpos libertatis, q̃ ei largitus eſt, priuilegio ad agẽdum moueatur, libereq; operetur. Deinde ꝙ mala q̃ fieri permittit in bonum finem ordinet, & ad ſuã gloriam, ſuorumq; vtilitatem conuertat, vt ex innumeris conſtat malis, & peccatis ipſo concedente patratis, vnde multo maiora bona collegit, quam ſi omnino ne fierẽt, obſtitiſſet. Noñe paricidiũ in filii ſui Ieſu Chriſti perſona iniquiſſime patratum, oĩm q̃ fieri poſſunt ſcelerum maximũ fuit? Illud nihilominus in ſummã q̃ potuiſſent mortales flagitare, vel optare fœlicitatẽ Sapientia, & Poteſtas Diuina conuertit. Tertio deniq; in eo, quod quemadmo-

LIBRI III. CAP. 19.

Hęreticor. & Gentiliũ obiectio.

Tert. l. 2. cõt. Marc.

Libri III. Cap. 19.

dum rerum naturalium actionibus, vt elementorum, plantarum, ſtirpium, mutarum animantium, actionibus ſuo concurſu adeſt, prout cuiuſque gradus, naturæque ratio exigit; ita cũ operantibus Angelis, & hominibus concurrit, eorum actiones adiuuat, cum is corpus, animam, naturales ſenſus & facultates, ad eorum maxime exequenda munia largiatur, iisq; cooperetur; excepta dũtaxat deprauatione voluntatis, actibusq; vitioſis, & peccatis, quę ipſe quidem deteſtatur, prohibet, punitque, quamuis ob rationes expoſitas, ea fieri permittat. Hæc eſt veterum Patrum Sancti præſertim Auguſtini, quem tanti putat, cum eundem vult deprauare Caluinus. Quid ille quodam in loco dicat, attendite: *Modus iſte quo traditus eſt homo in Diaboli poteſtatem, non ita debet intelligi, tanquam hoc Deus fecerit aut fieri iuſſerit: ſed quod tantum permiſerit, iuſte tamen. Illo enim deſerente peccantem peccati author illico inuaſit. Nec ita ſane Deus deſeruit creaturam ſuam, vt non ſe illi exhiberet. Deum creantem, & viuificantem, & inter pœnalia mala etiã bona malis multa præſtantem. Non enim contẽnit in via ſua miſericordias ſuas, nec hominem à lege ſuæ poteſtatis amiſit, quãdo in diaboli poteſtate eſſe permiſit; quia nec ipſe Diabolus à poteſtate omnipotentis alienus eſt, ſicut neque à bonitate. Nam & maligni Angeli vnde qualicunque ſubſiſterent vita, niſi per eũ qui viuificat omnia?* Hæc ille, & alibi clarius: *Sicut omnium naturarum creator eſt, ita omnium poteſtatum dator, non voluntatum. Malæ quippe voluntates ab illo non ſunt, quoniam contra naturam ſunt, quæ ab illo eſt.* Item alio in loco: *Nuſquã legimus in S. Script. nõ eſt volũtas niſi à Deo. Et recte nõ ſcriptũ eſt, quia verũ nõ eſt: alioqn etiã peccatorũ, ꝙ abſit, author eſt Deus, ſi non eſt voluntas niſi ab illo, quoniam mala volũtas iam*

Aug. 13. Trini. c. 12.

Aug. lib. 5. Ciu. c. 9.

Idem li. de Spirit. & lit. c. 31.

tas iam ſola peccatum eſt,etiamſi deſit effectus,i.ſi non habeat poteſtatem. His omnibus in locis oſtendit S.Auguſt.Deum non efficere peccatum , nulloq; modo illud eſſe opus ipſius,licet fieri permittat,non defectu bonitatis,tanquam volens,neque ſapientiæ tãquam non præuidens,neque poteſtatis, quaſi non valens obſiſtere;ſed propter ſuam bonitatem, quã vult,vt ſua creatura libertatis compos liberè operetur:propter ſapientiam ſuam , qua nouit malum ordinare:propter poteſtatem, qua poteſt ex malo, quod ſinit patrari,bonum ad gloriæ ſuæ illuſtrationem,& electorũ ſuorum vtilitatẽ extrahere. Quare cum malum permittit,nec impotens, nec otioſ⁹ eſt,ſed ſemper Deus Sapientiſſimus, Omnipotens, Optimus:Caluinus aũt abominandi fabricator Idoli,cum tradit Deum inſtar illi⁹ eſſe,quẽ fingebat Epicurus,capite,brachiisq; trũcatum,ac prorſus indignum,qui Deus appelletur , niſi peccatũ admittat,niſi Idololatriã,& Atheiſmum efficiat, niſi furtis,cædib⁹,adulteriis,atq; vniuerſis quæ toto in orbe fiunt ſceleribus ſe aſtringat. Adeone deteſtabilis fuit ille ab Ethnicis olim celebratus Iuppiter?vt enim multis fuerit flagitiis cõtaminatus, nemo tñ Gentiliũ, cum omnium quæ vbiq; fiunt ſcelerum fecit authorem. Atenim Deum talẽ inuexit Caluin⁹;cui niſi malitia mentis oculos excæcaſſet, aut ad diſſimulãdam impie veritatem impuliſſet, non poterat eũ latere Patres Antiquos,cum voce Permiſſionis vtuntur,firmiſſimo initi S.Scripturæ fundamento:docet.n. Scriptura frequẽter,multa Deum ſinere fieri,quæ tñ ipſi nequaquã probẽtur: eadẽq; Scriptura plurima tradit vocabula actionẽ ſignificãtia, quæ tñ permiſſionem tm̃ proprie deſignant.

LIBRI III. CAP. 19.

Conſectaria Caluinianæ blaſpemiæ.

Permiſſionis vox in Scriptura fundatur.

Digitized by Google

Libri III. Cap. 19.

De Abrahamo prædixit gen⁹ ſuum ab Aegyptiis affligendū

Ilia docet Deum ꝑnunciaſſe Abrahamo eius poſteros in Aegypto vexandos: tandem vero ſe ab iis qui eoſdem oppreſſiſſent pœnas exacturum. Decreuerat igitur Deus permittere, vt cōtra ſuam voluntatem Aegyptij populum ſuum affligerent, grauiſſimiſq; vexationib. opprimerent. Sic ille apud Ezechielē populum Iſraeliticum alloquitur. *Et requieſcet indignatio mea in te: & auferetur zelus meus à te, & quieſcam, nec iraſcar amplius.* Ait ergo permiſſurum ſe, vt populus ſuus, qui ex animaduerſionib. & pœnis quibus in eum fuerat vſus, fructum nullum colligere voluiſſet, ad ipſius interitum cæca, effrænataque cupiditate rapiatur. *Propter ſcelus populi mei percuſſi eum.* Sunt hæc Dei verba apud Iſaiam de morte filii ſui loquentis. Quod autē pater æternus filium ſuum nec cruci affixerit, nec morte affecerit certiſſimum eſt: his vero indicat verbis ſe vt pœna mortis afficeretur, permiſiſſe. Pater item familias in S. Luca bonorum partem minori natu filio largitus eſt, vt ad arbitrium ac libidinem ea frueretur, atque ꝓfunderet. Alius item permiſſit vt zizania quæ famuli euellere cupiebant, vna cum tritico ad meſſem vſq; propagarentur. His aliiſq; ſimilib. locis oſtenditur mala à Deo ꝑmitti plurima, nō quidem ꝙ eorum ſit inſcius, aut inops poteſtatis ac prouidētiæ, ſed ꝑ ſuam immenſam bonitatem, vt maiora inde bona deꝓmat. Quare cum re ipſa ea ꝑmittat, quid obſtat quo minus etiā verbo dicamus eadē ab illo ꝑmitti? Sunt igitur antiqui Patres in Scriptura fundatiſſimi, cum voce Permiſſionis vtuntur, vt negāt Deum velle, decernere, ac patrare imꝓborum peccata, eaq; doceāt ab eo tātum permitti, vt ſemꝑ ex iis maius bonum colligat: quemadmodum iam ſæpe dictum eſt.

Eze. 16. 42

Iſa. 53. 8.

Prodigus Iuuenis.

Luc. 15. 12.

Mat. 13. 30

Permiſſio.

Cur nemine Actionis Permiſſionem ſignificante Scriptura v.atur. Nonnullæ eiuſdem Scripturæ locutiones.

CAPVT XX.

EX his quæ ſuperiori capite diſputata ſunt, pôt afferri dubitatio, hic neceſſario tollēda, vt omnibus armis quibus ſe munit impietas ſpolietur: ſimulq; nonnullæ Scripturæ locutiones explicandę, quib. mala quædam opera Deo videntur attribui. Dubium eſt huiuſmodi. Quādoquidem Deus peccatum non perpetrat, ſed illud tātummodo ꝑmittit, quare Scriptura voces vſurpat quib. actio deſignatur? Cur non dixit aperte, Deum verbi gratia, permiſiſſe Medos cōtra Babylonios inſurrecturos, pro qua voce dixit, *Suſcitabo*, ꝙ verbum vim habet *actionis*, non *permiſſionis*? hæc eſt ratio dubitandi. Illi autem modi Scripturæ loquendi quibus mala opera Deo tribui videntur, in eo ſunt, quod identidem ait Deum indurare, excæcare, in ſenſum reprobum tradere: quib. ſignificari videtur obdurationis, excæcationis, reprobi ſenſus, & aliorum eiuſmodi malorū operum Deum effectorē eſſe. Ad hunc nodum expediendum: Dico primum Scripturā his vti actionis vocib. licet iiſdē *Permiſſio* debeat intelligi, vt oſtendat, Deū, eſſe Deum, h.e. cauſam vniuerſalē ſummumq; Dominum, nihilq; in rerū natura fieri, quin ad illud (ſolo excepto peccato) ei⁹ immēſa vis, & poteſtas infinita concurrat: cūq; peccata ꝑmittit, nihilominus operatur, nō quidē imꝓborum volūtatē deprauando aut eam ad malum inclinando, ꝙ aſſerit Caluiniana impietas: ſed in rectum ordinem diri-

Cur Scriptura permiſſionem vocet actionis nomīe *Iſa.13. 17.*

Operatur Deus permittendo malum.

LIBRI III. CAP. 20.

dirigendo,& ex malis actionibus bonum colligẽdo,vt patet ex allatis ſupra exemplis, aliiſque plurimis quæ poſſent adduci. Deinde reſpondeo Scripturam ita loqui,propterea quod eo loquẽdi modo Dei Maieſtas planius deſignatur, quam ſi vox *Permiſſionis* adhiberetur. Nam ſi ita dixiſſet Deus, *Permittam ſuper eos Medos*,ea non tantæ fuiſſet maieſtatis oratio:nec tam efficaciter ſummam illã vim, ac poteſtatem infinitam declaraſſet, quam cum ſuſcitabo,dixit. Præterea viſus fuiſſet Deus tantum permittere, nihil etiam agere: at enim cum dixit ſuſcitabo,declarat ſe peruerſis voluntatibus præſidere,licet eas nõ efficiat malas, ſed in bonum quẽpiam finem, ad maiorem ſui nominis gloriam, & commodum Eccleſiæ,ordinet,atque perducat.Dico tertio Scripturam S. Dei librum eſſe, qui à Doctoribus per ſuam prouidentiam inſtitutis tractari, euoluique debeat:illi ſiquidem tum à Spiritu Sancto informati, tum ex plurimis eiuſdem libri locis edocti cum probe intelligant Deum nihil æque deteſtari,ac peccatum, illud ſuis legib. prohibere, æterniſque ſuppliciis vindicare, ab eo plurimum abſunt, quam vt velint obſcuros Scripturæ locos in ignominiam diuinæ bonitatis interpretari, aut quacunque ratione Deum mali cooperatorem aſſerere.Quod ſi locus ad intelligendum obſcurior, ſupra vim eorum ingenii interdum occurrerit,immenſam Scripturæ altitudinem admirantes exclamant cum Apoſtolo,O altitudo diuitiarum, ſapiẽtiæ & ſcientiæ Dei! Malunt quippe ignorantiam fateri ſuam, quam non ſarto tecto Dei honore aliquem Scripturæ ſenſum affingere. Quo in Doctorum numero ſi cum ſuis aſſeclis Caluin⁹ fuiſſet adſcriptus,

Illud in bonum conuertit.

Quo pacto Deus malis voluntatibus præſideat.

Scriptura debet à Dei Doctorib. tractari.

Rom.11,13.

ſcriptus, quoduis vtique mortis genus potius ſubire maluiſſet, quam impiis gloſſematis diuina oracula corrumpere: ſeque potius æterno damnaſſet ſilentio, quam Scripturę locos ab eius intelligentia captuque longiſſime diſiunctos adeo peruerſe interpretari, vt ex iis Deum authorem eſſe peccati colligeret: & ex auro, lapillis, gemmis, omnique pretioſo domus Dei inſtrumento Idolum deteſtabile conflaret. LIBER III. CAP. 21.

Quo ſenſu dicat Scriptura Deum excæcare, indurare, in ſenſum reprobum tradere &c.

CAPVT XXI.

AD eos autem loquendi modos, quos iſti mẽtibus excæcatis ex Scriptura ſuam vt impietatem aſtruant, obiiciunt: vt cum in Iſaia dicitur, *Excæca cor populi huius.* Et alibi *Ego indurabo cor Pharaonis* & quæ dicendi ratio videtur Deo tribuere peccati cooperationem: reſpondeo loca huiuſmodi ſemper eodem ſenſu, ſaluoque Dei honore intelligi debere. Illa ſiquidem effecta ſunt peccato & Dæmoni, nõ autem Deo, vt impie docet Caluinus adſcribenda. Ita S. Auguſtinus: *Non obdurat Deus,* inq̃t, *impartiendo malitiam, ſed non impartiendo miſericordiã.* Et hoc quidem merito: *quibus enim non impertitur nec digni ſunt, nec merentur: at potius vt non impertiatur, hoc digni ſunt, hoc merentur.* Idem alias ſæpe confirmat, vt cum ait in illud Dauidis *Obſcurentur oculi eorum ne videant:* *Ecce miſericordiam,* ait, *& iudicium: miſericordia in electione quæ conſecuta eſt iuſtitiam Dei: iudicium vero in cæteros qui excæcati ſunt. & tamen illi quia volue-*

Iſa. 6.10. *Exo. 4.21.* *S. Aug. epi. 105. ad Six.* *Pſal. 68. de prædeſt. SS. l. 1. c. 6.* *S. Aug. in Pſ. 77. To. 8*

Digitized by Google

LIBRI III. CAP. 21.

voluerunt, crediderunt: illi quia noluerunt, nõ crediderũt. Miſericordia igitur & iudicium in ipſis voluntatib. facta ſunt. Alibi præterea de hac obduratione diſſerens, ait. *Hanc iniquiſſimam, & maligniſſimam obſtinationem Deus cum facere dicitur non inſtigando, & inſpirando, ſed deſerendo facit: vt illi* (ſc. mali Angeli) *operentur in filijs diffidentiæ, quod Deus debite, iuſteq; permittit.* Et. *Sic excæcat, ſic obdurat Deus deſerendo, non adiuuãdo: quod occulto iudicio facere poteſt, iniquo non poteſt.* Atq; eadem eſt Sãct. Chryſoſtom, Gregorij, Damaſceni, aliorumq; Patrum doctrina: quę vt planius intelligatur: obſeruãdum eſt hanc excæcationem & indurationem (quę apud Auguſtinum & Scripturam S. idem ſignificãt) nõ ſolum eſſe diuini luminis priuationem, aut ſimplicem ſtatum hominis peccato lethifero aſtricti, ſed deprauatam animi affectionem, malamq; qualitatem: qua fit, vt anima ſic affecta Spiritus S. motiones, ac cœleſtes ĩſpirationes reiiciat, ſe aduerſus Dei monitiones obfirmet, & ſemp in deteriora plabatur. Quæ volũtatis deprauatio, grauiſſimumq; peccatum eſt multorum pcedentium peccatorum pœna iuſtiſſima, ſimiliter multorum conſequentiũ cauſa. Docet hoc S. Auguſtin. *Cæcitas cordis*, inquit, *quam ſolus remouet illuminator Deus, & peccatum eſt, quo in Deũ nõ creditur,* (en pverſa affectio) *& pœna peccati, qua cor ſuperbum digna animaduerſione punitur* (en punitio) *& cauſa peccati cum mali aliquid cæci cordis errore cõmittitur.* h. e. maledictionis conſectarium. Vnde habemus Dei permiſſionẽ, qua ſiuit Adamũ peccare, ſępeq; iuſtos homines in culpã plabi, nec pprie, nec recte poſſe obdurationẽ, aut cęcitatẽ appellari: ppterea quod huiuſmodi qualitas cũ iam cõtracti peccati ſit pœna, peccatũ eẽ neqt, quod primo cõmittitur:

Tract. 3. in Ioan.

Cæcitas mentis. *S. Aug. l. 5. cõt. Iul. c. 3.*

Lapſus in aliquod peccatum non eſt cæcitas.

titur: nec in iuſtorũ q in peccatis obfirmati minime ſunt, animis reſidere, ſed improborum qui iampridem in fæcibus iniquitatum obfirmata voluntate inhæſerunt, diuturnaq; peccandi cõſuetudine obduruerunt: his ſolis ſuapte culpa in eam cæcitatem, cordiſq; duriciem incidere permittitur. Et ob eam cauſam de his ait Apoſtolus: *Qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium: & coluerunt, & ſeruierunt creaturæ potius quam Creatori. Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ.* Quare Deum abieciſſe, & creaturas adoraſſe fuit eorum cauſa deprauationis. Id ſequentibus etiam verbis indicatur. *Et ſicut non probauerunt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea quæ non conueniunt.* De illis autem diſſerens, quos peruertet Antichriſtus, cauſam in eorundem malitiam refert: *Eo quod,* inq̃t, *charitatem veritatis non receperunt, vt ſalui fierent: ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mẽdacio:* h. e. ita illos deſeret, vt Antichriſtum falſum fallacẽque Meſſiam omnino. & efficaciter ſint recepturi, propterea quod Ieſu Chriſto, qui via, veritas, & vita eſt, noluerint adhærere. Huius tantæ calamitatis cauſa erit eorũ infidelitas, & ſcelera quæ antea patrarint grauiſſima: ad quorum vltionem iuſte à Deo derelicti cæcitatem illam, & miſerabilem indurationem incurrent. S. Chryſoſtomus hoc declarat appoſita ſimilitudine: *Quemadmodum enim,* inquit, *ſi quis exercitus Præfectus prælio ingraueſcente retrocedẽs abſceſſerit, hoſtibus milites tradidit, haudquaquam ipſos impellens, verum ſuo ipſius auxilio nudans: ſic & Deus eos dimiſit, qui admittere ipſius præcepta noluerunt, ſed ſtatim inter primos ab eo defecerunt, cum ipſe partes ſuas omnes expleuiſſet.* Nec vero ita deſerit obſtinatos Deus,

LIBRI III. CAP. 21.

Rõ. 1. 25. 26

Rom. 1. 28.

2. Theſ. 11. 11.

Ioa. 14. 6.

S. I. Chryſ. *Hom. 3. in epiſ. ad Rõ.*

adeo permittendo, vt in errorem efficaciter inducantur: quandoquidem illud in priorum ſcelerum vindictam, cordiſq; duriciem meruerũt. Vnde æcitatis huius, & obſtinationis propria cauſa eſt ipſorum malitia, qua fit vt Dei patientia abutantur, vt eius diuina gratia, cœleſtibuſque donis ſe indignos exhibeant; vt hic viui ſint ludibrio cacodæmonibus, mortuiq; tandem fiant, cum iiſdem incendii pabulum inferorum. Quamobrẽ Deus ſemper ſapiens exiſtit, cum hominem ſinat cum ea qua donatus eſt libertate agere; ſemper Iuſtus, cum malitiã vlciſcatur; ſemper bonus, cum peccantes etiam obſtinatiſſimos, donec eos ſcelerum admiſſorũ pœniteat, patiẽter expeteret, reſipiſcentes clemẽter excipiat. Caluinus autem cum nouæ Sectæ proceribus ſe vbique excæcatum, & induratum hominem probat, cum adeo aperte docuerit, Deum efficientem eſſe cauſam peccatorum, diuiniſq; Scripturis furore ſacrilego fuerit abuſus, vt doctrinæ falſitatem confirmaret, & execrandum ſuarum blaſphemiarum Idolum fabricaretur.

Quod ea Caluini, & aſſectatorum eius doctrina cum Scriptura ſancta ex diametro pugnet.

CAPVT XXII.

QVisquis allatam paulo ante Caluini doctrinam diligenter expenderit, tanta deteſtabiliorem pronuntiabit, quanto apertius diſerto Dei verbo, quo eã auſu ſacrilego contegebat, aduerſari videbit. Hoc ipſum Dei verbũ clare intonat, *vidiſſe Deum cuncta quæ fecerat, & eſſe valde bona.* Quo igitur pacto eſſe poſſet author peccati, cum illud omni

Omnia Dei opera ſunt bona. *Geneſ. 1. 3.*

LIBRI III. CAP. 22.

Deut. 32. 4. Supr. 14. 19. Rom. 3. 5. & 6.

ex parte bonitati aduerſetur? *Deus fidelis eſt*, ait idem verbum, *& abſque vlla iniquitate.* Item, *Odio ſunt Deo impius, & impietas eius.* Qui poteſt ergo omnis iniquitatis, & maleficiorum author exiſtere? Quærit Apoſtolus: *Nunquid iniquus eſt Deus?* Tum ſibi reſpondens, *Abſit*, inquit, & continuo negationem ratione confirmat, dicens: *Alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundum?* Agite dum, itaque cum S. Paulo ratiocinemur: Si Deus iuſte iudicaturus eſt homines ſecundum opera eorum: bonos videlicet, remuneraturus, ac damnaturus improbos, quomodo poteſt eſſe iniuſtus? Et ſi hac in actione iniuſtus eſſe non poteſt, quanto minus omnis iniuſtitiæ author exiſtet?

Pſalm. 5. 5. Pſal. 72. 27. Ezec. 18. 23. 2. Petr. 3. 9.

Eadem diuina Scriptura impias horum Atheorum aſſertiones planiſſime confutat. Aiunt iſti Deum velle peccatum. Contra ait Scriptura: *Non Deus volens iniquitatem tu es.* Imo, *Perdidiſti*, dicit, *omnes qui fornicantur abs te.* Ipſe vero fons totius bonitatis, apud Ezechielem, interrogans, ait: *Nunquid voluntatis meæ eſt mors impii?* Si non vult ipſe mortem, quæ in peccati vindictam inflicta eſt, quanto minus volet peccatum? Idem Sanctus Petrus inculcans: *Patienter*, inquit, *agit* (Deus) *nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.* Fierine igitur poteſt, vt peccatum, quæ ſola eſt hominum pereuntium cauſa, velit, & gratum habeat? Ad hoc Caluinus, Beza cum Petro cognomine Martyr reſpondent, his & aliis huiuſmodi locis Dei voluntatẽ, qua dicitur nolle peccatum diſerte quidem declarari; ſed aliam quandam in eo occultam eſſe, qua velit homines peccare; quoniam alioquin finem ſibi propoſitum nunquã aſſequeretur; nimirum vt

Calu. Beza in locis ſupra citatis, & Petrus Martyr in epiſtol. ad Rom. cap. 1.

rum vt gloriam ſuam vindicando peccatum oſtendat. O gentem impiam, exitialeſq; peſtes orbis vniuerſi! Iſti ad cognoſcendam veritatem, nec magiſtrum, nec ducem vllum pręter ſolā Scripturam requirūt, cum autem in Scriptura eam auidentiſſime patefactam intuentur, aliam omnino contrariam fanaticis, mentibus comminiſcuntur, & clariſſimum Scripturæ lumen recuſant. Vnde vero iſtam Dei voluntatem, de qua mirum in Scriptura ſilentium, expiſcantur? Cumque nullum de hac voluntate verbum in Scriptura reperiant, ecquis eam iſtis patefecit? Quando & quomodo eam adepti ſunt? Cæterum nunquid animaduertūt hac impia reſponſione contradictionem apertiſſimam inuolui? Etenim ſi ſit vna Dei voluntas in Scripturis euidenter expreſſa, quæ peccatum reiiciat; altera vero occulta, quæ illud approbet, duæ igitur erunt in Deo circa rem eandem, & eadem ratione oppoſitæ, planeq; contrarię voluntates, vna peccatum deteſtans, altera approbās, altera prohibēs iniquitatē, altera eandem imperans. Ecquis vnquam rerum vſq; adeo oppoſitarū concurſum, non quidē ipſi Deo, qui totius perfectionis fons eſt, ſed vel infimæ notæ homuncioni ratione prædito fuit auſus affingere? Quid porro neceſſe, vt Deus peccatores, & ſceleſtos homines efficiat, quos deinde puniat, & puniendo iuſtitiæ ſuæ gloriam oſtendat? Num tam manifeſte gloriam ſuam teſtatam facturus eſt, iis pœnas irrogans; qui contra voluntatem ſuam peccarint, quam ſi eoſdem ad peccandum impellat, & improbos efficiat? Imo vero quænā eſſet iuris æquitas, quæ iuſtitiæ ratio, ſi quos ad ſcelus faciendum ipſe induxiſſet, ſuppliciis afficeret? Æquane cenſeretur animaduerſio? Num potius ini-

qua crudelitas? An vero peccator, omnique ſcelere contaminatus homo erit ad Dei gloriam demonſtrandam neceſſarius. Nonne altera hæc etiã eſt aduerſus S. Scripturam aſſertio, dicentem; *quod Impii non ſunt neceſſarii Deo*?

Eccl. 15. 12.

Deus vetat peccatum.

Aiunt iſti à Deo peccatum imperari; aut contrarium plane Scriptura teſtatur. *Nemini mandauit* (ſcilicet Deus) *impie agere.* Item. *Aedificauerunt excelſa Baalim ad comburendos filios ſuos igni in holocauſtũ Baalim, quæ non præcepi, nec locutus ſum, nec aſcenderunt in cor meum.* Imo vero in eadẽ Scriptura teſte certo certius tenemus peccatũ à Deo omni ratione vbique prohiberi; ſiue leges ad domus, familiæq; ſuæ gubernationẽ ſanciat; ſiue gloriæ præmiis ſe remuneraturũ iuſtos promittat; ſiue impie viuentibus damnationis æternæ pœnas cõminetur; ſiue vindicatorum à ſe criminũ, ſuæq; ſeueræ iuſtitiæ exempla pponat. Cur quęſo decalogi pręcepta ſanciuit? Cur vetus ac nouũ teſtamentum literis voluit, iuſſitque conſignari? Aut quare probis cęlũ, improbis infernum propoſuit? Nõne vt manifeſte ſe peccatũ nolle, maximeq; deteſtari doceret? Vt virtutẽ cõmendaret, & pręmiis ad eam exercendam alliceret, vitiũ autem omni ratione prohiberet? Dicunt iſti homines à Deo ad peccandũ excitari, cogique; è contrario teſtatur Scriptura Deum ad peccandum tentare neminem, quod ſane multo minus eſt, quã incitare, aut cogere. *Nemo cum tentatur dicat, quoniã à Deo tentatur*: (Sunt hæc verba S. Iacobi) *Deus enim intentator malorum eſt. Ipſe autem neminem tentat.* Malorum, ait, nimirum, vt peccare faciat, & perdat: nam alicuius boni cauſa, (ait Sanctus Auguſtinus) ſæpenumero homines tentare, ac probare conſueuit.

Eccl. 15. 21.
Ierem. 19. 5.

Deus modis omnibus prohibet peccatum.

Deus ad virtutem incitat.

Iacobi. 1. 13.

S. Aug. lib. 2. de conſenſu Euang. capi. 30.

Ad eum

Ad eum modum Abrahamum, Iobum, Tobiam, & alios excellenti virtute viros tentauit. Amplius hoc etiam ſcripſit Apoſtolus: *Fidelis Deus eſt qui non patietur vos tentari, ſupra id quod poteſtis.* Si non patitur Deus hominem vltra vires eius tentari, qua fronte audent iſti ore blaſphemo dicere, Deum potenter, & efficaciter homines ad peccandum excitare, monere & ſupra vires eorum cogere? Et ſi non permittit Deus nos ſupra id quod poſſumus tentari, propterea quod fidelis eſt; quis negare poterit iſtos contra eſſe infideliſſimos, cum eum faciant infideliſſimum, docentes non modo hominem à Deo ſupra vires tentari, verum etiã ab eo peccandi neceſſitatem imponi? Si iſtos audiamus, peccatum, & hominis ruina à Deo promanant; at Deus eos mendacii conuincit, cum ait Oſea interprete: *Perditio ex te Iſrael, tantummodo in me auxilium tuum* Si deniq; Deus ad bene viuendũ, mortales hortatur; ſi tam ſerio illud apud Dauidem inculcat: *Nolitę obdurare corda veſtra.* Et apud Ioannem: *Ecce ſto ad oſtium, & pulſo, ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum.* Qui fieri poteſt, vt operatione interna hominum corda, ac mentes excœcet? vt eorum voluntates peruertat, & obduret? Vt ipſe animos circũuallet, & ne ingredi poſſit, oẽm ad eos aditus intercludat? Vt enim vnũ dixerit, aliud penitus illi contrariũ exequatur? An de quopiam mente, & omni rationis vſu deſtituto, deq; ipſo maleficiorum omniũ architecto cacodęmone ea dici, cogitariue poſſunt, quæ iſti Eccleſiæ ſi ſuperis placet reformatores, diuinæque gloriæ adeo officioſi vindices, de Deo æterna ſapientia, ſummaq; bonitate hucuſq; commenti ſunt, literis prodiderunt, ac per omniũ ora ſparſerunt?

Libri III. Cap. 22.

1. Cor. 10. 13

Oſe. 13. 9.

Pſal. 94. 8.

Apoc. 3. 20.

Digitized by Google

Quod hæc Caluini doctrina naturæ Diuinæ, ac rationi omnino repugnet, ſintque Miniſtri qui eam diſſeminant magis impii quam Gigantes qui Deo bellum indixerunt.

CAPVT XXIII.

Deus eſt potentiſſimus peccatum, infirmitas.

SEd nonne inſanabili inſania laborant Orcique Furiis agitantur, cum Deum peccati faciant authorem, ſi Diuinæ eius naturæ præſtantia conſideretur? Deus enim ſumme potens eſt, peccatum parit imbecillitas: ſiquidem adulter, fur, mendax, ſicarius, homicida, idcirco peccat, quod ſe à furioſo carnis, cupiditatiſque ſuæ, iracundiæ, vel aliarum perturbationum impetu, abripi ſinat. Deus eſt ſapientiſſimus: peccatum ſtultitiæ, atque ignorationis effectus; quod ipſi etiam Philoſophi ſolo naturalis rationis lumine cognouerunt. Omnis peccans ignorat, aiebat Platonem ſequutus Ariſtoteles. Deus eſt incircumſcripta, infinitaq; lux; peccatum opus tenebrarũ. Quis animo ac mente concipiat hos effectus ex tam diſpari cauſa emanare? Ex ſumma vi, infinitaque poteſtate infirmitatem, E ſumma bonitate, malitiam: ex incircumſcripta ſapientia, ſtultiam: ex immenſa luce, tenebras: è ſummo denique bono, malum, & quod ſoli bono aduerſatur peccatum, oriri, quis intelliget? Ergone Deus author erit peccati, qui capitaliorem hoſtem quam peccatũ habet neminem? Qui illud in primo Angelo, ac turba coniuratorum, vix dum facta rebellione puniuit? Qui peccatum ſtatim atq; patratum fuit in primis parentibus vindicauit? Qui omnibus deinde temporibus mõſtrum illud igne ſulphureo,

Sapientiſſimus peccatum ſtultitia.

Omnis peccans ignorat. Plato.

Deus lux & peccatum tenebræ.

Peccatum ſolum hoſtis Dei.

Deus peccati vltor.

phureo, aquarũ, diluuio, fulmine, fame, gladio, feris, aliiſq; in hoc mundo ſuppliciis inſectatus eſt, & in altero ſeculo perpetua morte, & ſempiternis cruciatibus vlciſcitur? Qui ad debellandũ, extinguendum, penituſq; delendum peccatũ, vnicum in terras filium deſtinauit? Quænã porro adeo exitiales religionis peſtes, vt has execrandas, cunctiſq; retro ſeculis inauditas blaſphemias, euomant? Num eis in mentem venit Dei filiũ, cum inter mortales, factus pro homine mortalis, verſaretur ac Iudæos ſibi infeſtiſſimos prouocando, dixiſſe: Quis ex vobis arguet me de peccato? Illumne audent authorem peccati dicere, qui ne vllius quidem vitii conuinci potuit, licet Dæmones, Dæmonumq; miniſtri Iudæi ſexcentas calumnias, & fraudes excogitarẽt, & in eius doctrinam, mores, miracula, omniaq; facta, dictaq; curioſiſſime inquirerent? Illumne peccati authorẽ audent impudẽter aſſerere: Qui, Scriptura teſtante, peccatũ non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius? Ehodum non reformati Doctores, ſed teterrimæ inferorum Furiæ, num procliuius vobis erat, ac promptius, diabolũ potius authorem peccati buccinare, cum tot, & tã clara ſuppeterent Scripturæ, ſanctorumq; Patrũ teſtimonia, quibus illum terrã, cęlumq; perturbaſſe demonſtratur; quã eum quem Scriptura, Natura, Cœlum, Terra, totaq; rerum vniuerſitas vno conſenſu omnis boni authorẽ atteſtãtur? Adeone deprauato eſtis ingenio, vt ſummam bonitatem velitis in extrẽmæ malitiæ naturã ac diabolicam plane malignitatem transfundere? Ecquis dubitabit vos magis impios ac monſtroſiores Gigantibus, Enceladis, Ephialtis, Cottis, Typhœis, quos fabulati ſunt Poetæ aduerſus Deũ bellum mo-

LIBRI IIII. CAP. 23.

Ieſus Chriſtus è cœlo venit peccatum debellaturus.

Ioan. 8. 46.

1. Petr. 2. 21
Eſai 53. 9.
1. Ioan. 3. 15.

Digitized by Google

lum mouiſſe, vt eum è ſupremo regni ſolio deturbarent? Nec enim eo tantum conſilia, molitioneſque veſtræ ſpectant, vt impietatis armis Deũ è cœli ſede exturbetis; ſed vt ipſius numen æternum funditus extinguatis, vt in eius locum deteſtabilius, ac magis abominandum ſubſtituatur Idolum, quam malitioſi quiq; dæmones valeant cogitatione fabricari, Idolum inquam ex omnium vitiorũ, & ſcelerũ, quæ hactenus ab improbis patrata ſunt, ac imposterum patrabũtur, colluuione ac deformitate conflatum. O ſumme Cœli, terræq; procreator, atque Dominator Deus, te iure ac merito eſſe credimus id quod reuera es, rectaque fide confitemur ſummam nimirum bonitatem: quandoquidẽ adeo patienter hęc blaſphemantia tandiu ora ſuſtineas; qui tam ſedate horrendas iſtorum audias cõtumelias, quas vaſa hæc iræ, & iniquitatis in tuam Maieſtatem effundunt. Curculiones iſti, execrandique vermiculi ad interitum deſtinati, quos nutu ſolo dudum poteras cõterere, & ad ima barathri pręcipites adigere, adhuc tamẽ tua patientia impudenter abutuntur, vt nullum linguis petulantibus modum imponant. Vides quid agant, quid moliantur, & tolerãter diſſimulas; audis quales, & quantas in tuam bonitatẽ contumelias congerant, & tamen ſiles. Deus miſericordiarũ, paterq; luminum eorũ obſecro mentes, quos faſcinarunt tuę fulgore lucis illuſtra, vt impiam, quam hauſerunt in cathedra peſtilentiæ doctrinam tandem agnoſcant, agnitamq; deteſtentur; aut ſi in eadem cum magiſtris errorum pergere, conſtitutum illis eſt, linguas eorum procaces palatis confige, conatuſque nefarios tuæ potentiæ

Maxima Dei patientia in tolerandis improbis.

tentiæ

tentiæ dextera comprime, ne tuá vlterius pergant blaſphemiis impetere Maieſtatem.

Dæmonem à mundi primordiis hanc Idololatriam inueniſſe, vt ſidem de Deo, rebusque in altera vita futuris, ex hominum mentibus euelleret, leges omnes, morumque diſciplinam penitus deleret.

CAPVT XXIV.

VT autẽ abominandæ huius Idololatriæ quis fuerit ortus, quæ incrementa, quis progreſſus, ſtatus, finisue fuerit, penitus inſpiciamus: in eaque ſerenda, atque propaganda furialem Diaboli malitiam quiſque poſſit agnoſcere: obſeruandum eſt, hunc maleficiorum opificem primũ hoc impietatis ſemen, poſtquã è cœlo præceps in Tartarum deiectus eſt, ad exitium humani generis in orbem diſſeminaſſe. Cum enim primos humanæ naturę progenitores, vixdum in hanc lucem ab orbis conditore procreatos fuiſſet aggreſſus, & contra ea, quæ ab Eua de interdicto arboris ſciẽtiæ boni ac mali fructu, pœnaq; mortis contemptoribus interdicti propoſita referebantur, diceret, aſſeruit nequaquam eos eſſe morituros: illius autem interdicti authorem probe intelligere: fore vt ipſi, ſi de fructu fœlicis illius arboris vetito guſtarent, Diuinæ conſortes naturæ, atque adeo in Deos euaderent. Quibus impoſtor ille verbis, Deum, vt patet, mendacij, & inuidiæ inſimulabat: itaque duplici nomine peccatis aſſerebat obnoxium: & duo illa in aures, nimirum credulorum parentum eo maxime conſilio inſtillauit, vt ijs tanquam primo fonte corruptis, ea labes tabifica in poſteros, vniuer- *Gen. 3. 3. 4. 5.*

Digitized by Google

LIBRI III. CAP. 23. ſamque naturam humanam effunderetur. Quod haud obſcure declarauit Adamus: quando exigenti violati præcepti rationem Deo audacter reſpondit, ſe à muliere, quam ſibi dederat ſociam, ad peccandum fuiſſe inductum: quo ſane reſponſo tacite culpam omnem in Deum transferebat. Ex qua prima actione, blaſphemaque calumnia ſceleratus, ac deſertor Angelus, vt eiuſdem factionis coniurati, Diabolus, id eſt, Calumniator eſt appellatus: quo deinde nomine ſemper indigitatus fuit: & pro appellationis ratione, nullum vnquam finem facit Deum, Deique ſeruos calumniandi, & improbos inſtituendi, vt idem ſimiliter pergant cum inſtitutore ſuo factitare. Poſtea vero diuerſis inter Ethnicos diſſeminatis falſorum Deorum narrationibus effecit, vt hæc Idololatria lõge, lateq; propagaretur: ſiquidem varia facinorum genera tum ab illis, tum ab hominibus eorum ſuaſu, & occulto inſtinctu, & poteſtate ad peccandũ inductis, & quodammodo coactio perpetrata in vulgus efferebat: quo videlicet modo Iupiter, Mars, Apollo, Bachus, Mercurius, Venus, aliaq; ficta Ethnicorum numina ad furandum, prædandum, ſcortandum, & alia id genus conſciſcenda crimina mortales inſtigaſſe ferebantur. Sed enim fictis hiſce Diis per IESV CHRISTI in terras aduentum, perque Euangelij prædicationem, & Apoſtolorũ labores, vbiq; profligatis, multos è cœtu Chriſtianorũ excitauit Hæreticos, eodẽ veneno imbutos, eadẽque loquendi, ac fallendi arte inſtructos, quorum opera atq; miniſterio ad veterem Idololatriam inſtaurandã vteretur. Quo de numero *Blaſtus*, & *Florinus* altero poſt Saluatorem ſæculo cum paucis æmulis extite-

Diabolus idem quod calumniator.

Ethnicorũ Dij multorum ſcelerum rei.

Cerdomani & Manichæi.

Blaſtus & Florinus.

extiterũt. Noſtra vero memoria Zuinglius, Caluinus, Beza, eorumq; gregales, maiori impudentia, atq; blaſphemia q̃ Ethnici, aut quam *Blaſtus*, & *Florinus* Ethnicis peiores eandem Idololatriã iampridem ſepultam excitarunt, latiſſimeq; propagarũt.

Libri III. Cap. 23. *S. Hilar. l. 6 de Trin.* *S. Iren. l. 1. c. 18.* *Euſeb. l. 5. c. 20.*

Hac autem in re mens, atq; propoſitum Dæmonis eſt, omnem de Deo notionem atq; cogitationẽ ex hominum mentibus penitus euellere, fidei lumen extinguere, certam ſpem ſalutis, ac beatæ immortalitatis fiduciam iuſtis adimere: quicquid deniq; vel ſolo naturæ inſtinctu de Deo mortalibus eſt perſuaſum, ꝙ videlicet vnus credẽdus ſit Deus, qui huic rerũ vniuerſitati pręſideat: ꝙ ſit Omnipotẽs, Sapiẽtiſſimus, Optim⁹, & alia q̃ de eius numine prædicantur, deprimat, & obliteret. Maxime vero animum intendit lubricus ille ſerpens hominibus ſui ipſorũ amantiſſimis ſuppeditare excuſationes, ſceleribus occultandis idoneas, ipſisque perſuadere, quicquid cogitent, agant, & moliantur, nulla eos in re peccare, cum à potenti Domino excitentur, impellantur, itaq; cogantur, vt ei nullo modo valeant obſiſtere: nullam idcirco eis pertimeſcendã eſſe pœnam, omnia in tuto collocata, nihil ei de cętero penſi habere: adhæc leges, ciuiliaq; iura, conſtitutiones Eccleſiaſticas, Pœnitentiæ Sacramenta, & alia eiuſmodi ad mores corrigẽdos inſtituta, ad politiam duntaxat, vel externum Religionis ornatum pertinere, nihil cuiuſquã intereſſe iis vti, niſi vt ſpecie pietatis vulgo commendari velit, aut pœnas ad coercẽdos publice peccãtes cõſtitutas effugere. his vaferrim⁹ draco capitib. ad pſuadẽdũ appoſitis, & tanq̃ Atheiſmi foueis ſatagit hões ad nihil credendũ inducere, neq; Iudiciũ extremũ, neq; Paradi-

Diaboli in hac Idololatria ſcopus.

Superbia huius Idololatriæ cauſa.

ſum,

LIBRI III. CAP, 24. ſum, nec Infernum, neque Diuinitatem, neq; prouidentiam eſſe vllam: hisque religionis, fideiq; capitibus conuulſis, penitusque ſublatis, Ciuitates, Reſpublicas, Regna, & Imperia delere, humanũq; genus funditus extinguere: in hoc certe inſtat, vt homines effractis, conſcientiæ, pudoris, rationisq; naturalis repagulis, in omnium ſcelerum voraginẽ amentia præcipites ruant, indeque in Inferorũ incendia, vbi ſceleratus malorũ incentor omnẽ Adami progeniem, quã odio ferali inſectatur, iampridem expectat, ac vehementer appetit ſepultam tenere. Hoc certe conſilio nequã ſpiritus abominandam hanc Idololatriã excitauit, ex qua veluti Lerna, quæ modo recenſita ſunt, mala naſcuntur, & omnium agmina vitiorum, vt rapidi tenẽtes erumpunt. Quod ipſi quoq; Ethnici, quibus tenuis modo naturæ lux affulgebat, agnouerunt: grauibusq; ſententiis Reges, virosq; Principes admonuerunt has impias opiniones adminiſtrationi ciuili eſſe pernitioſiſſimas, nec vllo modo in ditionibus ipſorum tolerandas, niſi rerũ ſtatum, ſeq; ipſos vellent funditus interire. Plato quidem ſapientiæ nomine inter Sapiẽtes Græcos clariſſimus, pro captu Ethnici Philoſophi, hoc caput diligenter attigit. Nam cum æuo ſuo multos diuerſo vitæ genere mortales hac peſte infectos animaduerteret, nonnullos miſcere ſermones in diuinam bonitatem contumelioſos, ac Poetas, præſertim qui à ſceleſto Dæmone ſubornati, fictis fabulis vulgabant Deos, & multa flagitia conſciſcere, & authores eſſe mortalibus, vt eadem ipſorũ exemplo patrarent, vt paulo ante dicebam: aduerſus has generis humani peſtes cum Rempublicam ſuam inſtitueret, hanc legem ſanci-

Plato l. 2. de Repub. & apud Theodoret. lib 5. Græc. aff.

ſanciuit. *Malorum alicui cauſam eſſe ipſum Deum cum bonus ſit, refellendum eſt enimuero, neq; permittendũ hoc quemque dicere in ſua ciuitate, ſi bonis inſtitui legibus ciuitas debet: neque inſuper quemq; audire, ſiue ſit ille iunior, ſiue ſenior, ſiue carminibus hæc inſerantur, ſiue ſoluta oratione narrẽtur, tanquam quæ neq; dictu ſancta ſint, neq; nobis vtilia, neq; inter ſe conſona. Hæc itaq; vna ſit lex, ex his quæ circa Deos ferendæ ſunt, in qua cogatur vnuſquiſq; & dicere, & inducere Deum non omnium cauſam, ſed bonarum.* Poterat Caluinus, qui ſe reformatum Chriſtianum iactitat, Ethnico Philoſopho vti magiſtro, ſi tamen fuiſſet alicuius diſciplinæ capax: à quo in cenſorio ſummoque die, tantæ, quantam in orbem inuexit, impietatis in Deũ coarguetur. Docet igitur, Plato, impium eſſe dicere, Deum eſſe rerum omnium æque malarum, atq; bonarum cauſam: hoc eſt (vt Theodoretus hunc Platonis locum adducens, interpretatur) quod ſit cauſa peccatorũ: qualia ſunt adulteria, ſcortationes, cædes, aliiq; ſimiles actus legibus diuinis repugnantes: hæc enim proprie mala ſunt: quæ nec poteſt Deus, cũ ſit bonus committere, nec quenquã vt ea contra ſe committat, inducere. Quod autẽ ad alia mala, quæ nos res aduerſas, & calamitates nominamus, attinet: cuiuſmodi ſunt paupertas, morbi, fames, & his ſimilia, Deus ea ſolet immittere: atq; de iiſdem intelligenda ſunt verba Dei apud Iſaiam ita loquentis: *Ego Dominus, & non alius formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum.* Itẽ Amos de eodẽ ait: *Si erit malum in ciuitate, quod Dominus nõ fecerit.* Id eſt, nulla res aduerſa, grauisq; fortuna eſt, q̃ Deus, ſiue ad vlciſcenda improborũ ſcelera, ſiue ad exercendã proborum virtutem, nõ immittat. Quare vel ſolius naturæ

Libri III. Cap. 24. Caluinus vtrumque facit, modo cum aperte loquitur.

Iſa. 45 7.

Amos 3. 6.

LIBRI III. CAP. 22.

qua crudelitas? An vero peccator, omnique ſcelere contaminatus homo erit ad Dei gloriam demonſtrandam neceſſarius. Nonne altera hæc etiã eſt aduerſus S. Scripturam aſſertio, dicentem; *quod Impii non ſunt neceſſarii Deo*?

Eccl. 15. 12.

Deus vetat peccatum.

Eccl. 15. 21.

Ierem. 19. 5.

Aiunt iſti à Deo peccatum imperari; aut contrarium plane Scriptura teſtatur. *Nemini mandauit* (ſcilicet Deus) *impie agere*. Item. *Aedificauerunt excelſa Baalim ad comburendos filios ſuos igni in holocauſtũ Baalim, quæ non præcepi, nec locutus ſum, nec aſcenderunt in cor meum*. Imo vero in eadẽ Scriptura teſte certo certius tenemus peccatũ à Deo omni ratione vbique prohiberi; ſiue leges ad domus, familiæq; ſuæ gubernationẽ ſanciat; ſiue gloriæ præmiis ſe remuneraturũ iuſtos promittat; ſiue impie viuentibus damnationis æternæ pœnas cõminetur; ſiue vindicatorum à ſe criminũ, ſuæq; ſeueræ iuſtitiæ exempla ꝓponat. Cur quęſo decalogi pręcepta ſanciuit? Cur vetus ac nouũ teſtamentum literis voluit, iuſſitque conſignari? Aut quare probis cęlũ, improbis infernum propoſuit? Nõne vt manifeſte ſe peccatũ nolle, maximeq; deteſtari doceret? Vt virtutẽ cõmendaret, & prẽmiis ad eam exercendam alliceret, vitiũ autem omni ratione prohiberet? Dicunt iſti homines à Deo ad peccandũ excitari, cogique; è contrario teſtatur Scriptura Deum ad peccandum tentare neminem, quod ſane multo minus eſt, quã incitare, aut cogere. *Nemo cum tentatur dicat, quoniã à Deo tentatur*: (Sunt hæc verba S. Iacobi) *Deus enim intentator malorum eſt. Ipſe autem neminem tentat.* Malorum, ait, nimirum, vt peccare faciat, & perdat: nam alicuius boni cauſa, (ait Sanctus Auguſtinus) ſæpenumero homines tentare, ac probare conſueuit.

Deus modis omnibus prohibet peccatum.

Deus ad virtutem incitat.

Iacobi. 1. 13.

S. Aug. lib. 2. de conſenſu Euang. capi. 30.

Ad eum

Ad eum modum Abrahamum, Iobum, Tobiam, & alios excellenti virtute viros tentauit. Amplius hoc etiam ſcripſit Apoſtolus: *Fidelis Deus eſt qui non patietur vos tentari, ſupra id quod poteſtis.* Si non patitur Deus hominem vltra vires eius tentari, qua fronte audent iſti ore blaſphemo dicere, Deum potenter, & efficaciter homines ad peccandum excitare, monere & ſupra vires eorum cogere? Et ſi non permittit Deus nos ſupra id quod poſſumus tentari, propterea quod fidelis eſt; quis negare poterit iſtos contra eſſe infideliſſimos, cum eum faciant infideliſſimum, docentes non modo hominem à Deo ſupra vires tentari, verum etiã ab eo peccandi neceſſitatem imponi? Si iſtos audiamus, peccatum, & hominis ruina à Deo promanant; at Deus eos mendacii conuincit, cum ait Oſea interprete: *Perditio ex te Iſrael, tantummodo in me auxilium tuum* Si deniq; Deus ad bene viuendũ, mortales hortatur; ſi tam ſerio illud apud Dauidem inculcat: *Nolite obdurare corda veſtra.* Et apud Ioannem: *Ecce ſto ad oſtium, & pulſo ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum.* Qui fieri poteſt, vt operatione interna hominum corda, ac mentes excœcet? vt eorum voluntates peruertat, & obduret? Vt ipſe animos circũuallet, & ne ingredi poſſit, oẽm ad eos aditus intercludat? Vt enim vnũ dixerit, aliud penitus illi contrariũ exequatur? An de quopiam mente, & omni rationis vſu deſtituto, deq; ipſo maleficiorum omniũ architecto cacodęmone ea dici, cogitariue poſſunt, quæ iſti Eccleſiæ ſi ſuperis placet reformatores, diuinæque gloriæ adeo officioſi vindices, de Deo æterna ſapientia, ſummaq; bonitate hucuſq; commenti ſunt, literis prodiderunt, ac per omniũ ora ſparſerunt?

Libri III. Cap. 22.

1. Cor. 10. 13

Oſe. 13. 9.

Pſal. 94. 8.

Apoc. 3. 20.

Quod hæc Caluini doctrina naturæ Diuinæ, ac rationi omnino repugnet, ſintque Miniſtri qui eam diſſeminant magis impii quam Gigantes qui Deo bellum indixerunt.

CAPVT XXIII.

Deus eſt potentiſſimus peccatum, infirmitas.

SEd nonne inſanabili inſania laborant Orcique Furiis agitantur, cum Deum peccati faciant authorem, ſi Diuinæ eius naturæ præſtantia conſideretur? Deus enim ſumme potens eſt, peccatum parit imbecillitas: ſiquidem adulter, fur, mendax, ſicarius, homicida, idcirco peccat, quod ſe à furioſo carnis, cupiditatiſque ſuæ, iracundiæ, vel aliarum perturbationum impetu, abripi ſinat. Deus eſt ſapientiſſimus: peccatum ſtultitiæ, atque ignorationis effectus; quod ipſi etiam Philoſophi ſolo naturalis rationis lumine cognouerunt. Omnis peccans ignorat, aiebat Platonem ſequutus Ariſtoteles. Deus eſt incircumſcripta, infinitaq; lux; peccatum opus tenebrarũ. Quis animo ac mente concipiat hos effectus ex tam diſpari cauſa emanare? Ex ſumma vi, infinitaque poteſtate infirmitatem, E ſumma bonitate, malitiam: ex incircumſcripta ſapientia, ſtultiam: ex immenſa luce, tenebras: è ſummo denique bono, malum, & quod ſoli bono aduerſatur peccatum, oriri, quis intelliget? Ergone Deus author erit peccati, qui capitaliorem hoſtem quam peccatũ habet neminem? Qui illud in primo Angelo, ac turba coniuratorum, vix dum facta rebellione puniuit? Qui peccatum ſtatim atq; patratum fuit in primis parentibus vindicauit? Qui omnibus deinde temporibus mõſtrum illud igne ſulphureo,

Sapientiſſimus peccatum ſtultitia.

Omnis peccans ignorat. Plato.

Deus lux & peccatum tenebræ.

Peccatum ſolum hoſtis Dei.

Deus peccati vltor.

phureo, aquarũ, diluuio, fulmine, fame, gladio, feris, aliiſq; in hoc mundo ſuppliciis inſectatus eſt, & in altero ſeculo perpetua morte, & ſempiternis cruciatibus vlciſcitur? Qui ad debellandũ, extinguendum, penituſq; delendum peccatũ, vnicum in terras filium deſtinauit? Quænã porro adeo exitiales religionis peſtes, vt has execrandas, cunctiſq; retro ſeculis inauditas blaſphemias, euomant? Num eis in mentem venit Dei filiũ, cum inter mortales, factus pro homine mortalis, verſaretur ac Iudæos ſibi infeſtiſſimos prouocando, dixiſſe: Quis ex vobis arguet me de peccato? Illumne audent authorem peccati dicere, qui ne vllius quidem vitii conuinci potuit, licet Dæmones, Dæmonumq; miniſtri Iudæi ſexcentas calumnias, & fraudes excogitarẽt, & in eius doctrinam, mores, miracula, omniaq; facta, dictaq; curioſiſſime inquirerent? Illumne peccati authorẽ audent impudẽter aſſerere: Qui, Scriptura teſtante, peccatũ non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius? Ehodum non reformati Doctores, ſed teterrimæ inferorum Furiæ, num procliuius vobis erat, ac promptius, diabolũ potius authorem peccati buccinare, cum tot, & tã clara ſuppeterent Scripturæ, ſanctorumq; Patrũ teſtimonia, quibus illum terrã, cęlumq; perturbaſſe demonſtratur; quã eum quem Scriptura, Natura, Cœlum, Terra, totaq; rerum vniuerſitas vno conſenſu omnis boni authorẽ atteſtãtur? Adeone deprauato eſtis ingenio, vt ſummam bonitatem velitis in extremæ malitiæ naturã ac diabolicam plane malignitatem transfundere? Ecquis dubitabit vos magis impios ac monſtroſiores Gigantibus, Enceladis, Ephialtis, Cottis, Typhœis, quos fabulati ſunt Poetæ aduerſus Deũ bellum mo-

LIBRI IIII. CAP. 23.

Ieſus Chriſtus è cœlo venit peccatum debellaturus.

Ioan. 8. 46.

1. Petr. 2. 21
Eſai 53. 9.
1. Ioan. 3. 15.

Digitized by Google

tentiæ dextera comprime, ne tuã vlterius pergant blaſphemiis impetere Maieſtatem. LIBRI III. CAP. 24.

Dæmonem à mundi primordiis hanc Idololatriam inueniſſe, vt fidem de Deo, rebusque in altera vita futuris, ex hominum mentibus euelleret, leges omnes, morumque diſciplinam penitus deleret.

CAPVT XXIV.

VT autẽ abominandæ huius Idololatriæ quis fuerit ortus, quæ incrementa, quis progreſſus, ſtatus, finisue fuerit, penitus inſpiciamus: in eaque ſerenda, atque propaganda furialem Diaboli malitiam quiſque poſſit agnoſcere: obſeruandum eſt, hunc maleficiorum opificem primũ hoc impietatis ſemen, poſtquã è cœlo præceps in Tartarum deiectus eſt, ad exitium humani generis in orbem diſſeminaſſe. Cum enim primos humanæ naturę progenitores, vixdum in hanc lucem ab orbis conditore procreatos fuiſſet aggreſſus, & contra ea, quæ ab Eua de interdicto arboris ſciẽtiæ boni ac mali fructu, pœnaq; mortis contemptoribus interdicti propoſita referebantur, diceret, aſſeruit nequaquam eos eſſe morituros: illius autem interdicti authorem probe intelligere: fore vt ipſi, ſi de fructu fœlicis illius arboris vetito guſtarent, Diuinæ conſortes naturæ, atque adeo in Deos euaderent. Gen. 3. 3. 4. 5. Quibus impoſtor ille verbis, Deum, vt patet, mendacij, & inuidiæ inſimulabat: itaque duplici nomine peccatis aſſerebat obnoxium: & duo illa in aures, nimirum credulorum parentum eo maxime conſilio inſtillauit, vt ijs tanquam primo fonte corruptis, ea labes tabifica in poſteros, vniuer-

Digitized by Google

ſamque naturam humanam effunderetur. Quod haud obſcure declarauit Adamus: quando exigenti violati præcepti rationem Deo audacter reſpondit, ſe à muliere, quam ſibi dederat ſociam, ad peccandum fuiſſe inductum: quo ſane reſponſo tacite culpam omnem in Deum transferebat. Ex qua prima actione, blaſphemaque calumnia ſceleratus, ac deſertor Angelus, vt eiuſdem factionis coniurati, Diabolus, id eſt, Calumniator eſt appellatus: quo deinde nomine ſemper indigitatus fuit: & pro appellationis ratione, nullum vnquam finem facit Deum, Deique ſeruos calumniandi, & improbos inſtituendi, vt idem ſimiliter pergant cum inſtitutore ſuo factitare. Poſtea vero diuerſis inter Ethnicos diſſeminatis falſorum Deorum narrationibus effecit, vt hæc Idololatria lõge, lateq; propagaretur: ſiquidem varia facinorum genera tum ab illis, tum ab hominibus eorum ſuaſu, & occulto inſtinctu, & poteſtate ad peccandũ inductis, & quodammodo coactio perpetrata in vulgus efferebat: quo videlicet modo Iupiter, Mars, Apollo, Bachus, Mercurius, Venus, aliaq; ficta Ethnicorum numina ad furandum, prædandum, ſcortandum, & alia id genus conſciſcenda crimina mortales inſtigaſſe ferebantur. Sed enim fictis hiſce Diis per IESV CHRISTI in terras aduentum, perque Euangelij prædicationem, & Apoſtolorũ labores, vbiq; profligatis, multos è cœtu Chriſtianorũ excitauit Hæreticos, eodẽ veneno imbutos, eadẽque loquendi, ac fallendi arte inſtructos, quorum opera atq; miniſterio ad veterem Idololatriam inſtaurandã vteretur. Quo de numero *Blaſtus*, & *Florinus* altero poſt Saluatorem ſæculo cum paucis æmulis extite-

Diabolus idem quod calumniator.

Ethnicorũ Dij multorum ſcelerum rei.

Cerdomani & Manichæi.

Blaſtus & Florinus.

extiterũt. Noſtra vero memoria Zuinglius, Caluinus, Beza, eorumq; gregales, maiori impudentia, atq; blaſphemia q̃ Ethnici, aut quam *Blaſtus*, & *Florinus* Ethnicis peiores eandem Idololatriã iampridem ſepultam excitarunt, latiſſimeq; propagarũt. LIBRI III. CAP. 25. *S. Hilar. l. 6 de Trin. S. Iren. l. 1. c. 18. Euſeb. l. 5. c. 20.*

Hac autem in re mens, atq; propoſitum Dæmonis eſt, omnem de Deo notionem atq; cogitationẽ ex hominum mentibus penitus euellere, fidei lumen extinguere, certam ſpem ſalutis, ac beatæ immortalitatis fiduciam iuſtis adimere: quicquid deniq; vel ſolo naturæ inſtinctu de Deo mortalibus eſt perſuaſum, q̃ videlicet vnus credẽdus ſit Deus, qui huic rerũ vniuerſitati pręſideat: q̃ ſit Omnipotẽs, Sapiẽtiſſimus, Optim⁹, & alia q̃ de eius numine prædicantur, deprimat, & obliteret. Maxime vero animum intendit lubricus ille ſerpens hominibus ſui ipſorũ amantiſſimis ſuppeditare excuſationes, ſceleribus occultandis idoneas, ipſisque perſuadere, quicquid cogitent, agant, & moliantur, nulla eos in re peccare, cum à potenti Domino excitentur, impellantur, itaq; cogantur, vt ei nullo modo valeant obſiſtere: nullam idcirco eis pertimeſcendã eſſe pœnam, omnia in tuto collocata, nihil ei de cętero penſi habere: adhæc leges, ciuiliaq; iura, conſtitutiones Eccleſiaſticas, Pœnitentiæ Sacramenta, & alia eiuſmodi ad mores corrigẽdos inſtituta, ad politiam duntaxat, vel externum Religionis ornatum pertinere, nihil cuiuſquã intereſſe iis vti, niſi vt ſpecie pietatis vulgo commendari velit, aut pœnas ad coercẽdos publice peccãtes cõſtitutas effugere. his vaferrim⁹ draco capitib. ad ꝑſuadẽdũ appoſitis, & tanq̃ Atheiſmi foueis ſatagit hões ad nihil credendũ inducere, neq; Iudiciũ extremũ, neq; Paradiſ ſum,

Diaboli in hac Idololatria ſcopus.

Superbia huius Idololatriæ cauſa.

Digitized by Google

ſum,nec Infernum,neque Diuinitatem, neq; prouidentiam eſſe vllam: hisque religionis, fideiq; capitibus conuulſis, penitusque ſublatis, Ciuitates, Reſpublicas,Regna,& Imperia delere, humanũq; genus funditus extinguere: in hoc certe inſtat, vt homines effractis,conſcientiæ,pudoris,rationisq; naturalis repagulis,in omnium ſcelerum voraginẽ amentia præcipites ruant, indeque in Inferorũ incendia,vbi ſceleratus malorũ incentor omnẽ Adami progeniem, quã odio ferali inſectatur, iampridem expectat,ac vehementer appetit ſepultam tenere.Hoc certe conſilio nequã ſpiritus abominandam hanc Idololatriã excitauit, ex qua veluti Lerna,quæ modo recenſita ſunt,mala naſcuntur, & omnium agmina vitiorum, vt rapidi tenẽtes erumpunt.Quod ipſi quoq; Ethnici,quibus tenuis modo naturæ lux affulgebat, agnouerunt: grauibusq; ſententiis Reges, viroſq; Principes admonuerunt has impias opiniones adminiſtrationi ciuili eſſe pernicioſiſſimas,nec vllo modo in ditionibus ipſorum tolerandas,niſi rerũ ſtatum,ſeq; ipſos vellent funditus interire. Plato quidem ſapientiæ nomine inter Sapiẽtes Græcos clariſſimus, pro captu Ethnici Philoſophi, hoc caput diligenter attigit. Nam cum æuo ſuo multos diuerſo vitæ genere mortales hac peſte infectos animaduerteret, nonnullos miſcere ſermones in diuinam bonitatem contumelioſos, ac Poetas, præſertim qui à ſceleſto Dæmone ſubornati, fictis fabulis vulgabant Deos, & multa flagitia conſciſcere, & authores eſſe mortalibus,vt eadem ipſorũ exemplo patrarent, vt paulo ante dicebam: aduerſus has generis humani peſtes cum Rempublicam ſuam inſtitueret, hanc legem

Plato l. 2. de Repub. & apud Theodoret. lib 5. Græc. aff.

ſanci-

ſanciuit. *Malorum alicui cauſam eſſe ipſum Deum cum bonus ſit, refellendum eſt enimuero, neq; permittendũ hoc quemque dicere in ſua ciuitate, ſi bonis inſtitui legibus ciuitas debet: neque inſuper quemq; audire, ſiue ſit ille iunior, ſiue ſenior, ſiue carminibus hæc inſerantur, ſiue ſoluta oratione narrẽtur, tanquam quæ neq; dictu ſancta ſint, neq; nobis vtilia, neq; inter ſe conſona. Hæc itaq; vna ſit lex, ex his quæ circa Deos ferendæ ſunt, in qua cogatur vnuſquiſq; & dicere, & inducere Deum non omnium cauſam, ſed bonarum.* Poterat Caluinus, qui ſe reformatum Chriſtianum iactitat, Ethnico Philoſopho vti magiſtro, ſi tamen fuiſſet alicuius diſciplinæ capax: à quo in cenſorio ſummoque die, tantæ, quantam in orbem inuexit, impietatis in Deũ coarguetur. Docet igitur, Plato, impium eſſe dicere, Deum eſſe rerum omnium æque malarum, atq; bonarum cauſam: hoc eſt (vt Theodoretus hunc Platonis locum adducens, interpretatur) quod ſit cauſa peccatorũ: qualia ſunt adulteria, ſcortationes, cædes, aliiq; ſimiles actus legibus diuinis repugnantes: hæc enim proprie mala ſunt: quæ nec poteſt Deus, cũ ſit bonus committere, nec quenquã vt ea contra ſe committat, inducere. Quod autẽ ad alia mala, quæ nos res aduerſas, & calamitates nominamus, attinet: cuiuſmodi ſunt paupertas, morbi, fames, & his ſimilia, Deus ea ſolet immittere: atq; de iiſdem intelligenda ſunt verba Dei apud Iſaiam ita loquentis: *Ego Dominus, & non alius formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem & creans malum.* Itẽ Amos de eodẽ ait: *Si erit malum in ciuitate, quod Dominus nõ fecerit.* Id eſt, nulla res aduerſa, grauisq; fortuna eſt, q̃ Deus, ſiue ad vlciſcenda improborũ ſcelera, ſiue ad exercendã proborum virtutem, nõ immittat. Quare vel ſolius

naturæ

LIBRI III. CAP. 24.

Caluinus vtrumque facit, modo cum aperte loquitur.

Iſa. 45 7.

Amos 3. 6.

Libri III. Cap. 24. naturæ lumine cognoſci poteſt hanc Hæreſim omni ex parte deteſtabilem eſſe. Hoc & ipſe Caluinus agnouit, ſeque vno ipſi⁹ gladio iugulauit, cum mala quæ ex hac ipſa, quã inuexit Idololatria, cõtra Libertinos ſcribens perſequeretur: cuius verba operæpretium erit afferre, tum vt horrendi huius monſtri ab ipſo ſuis coloribus expreſſi deformitas exhibeatur: tum vt in ea deſcriptione illius ſingularis hypocriſis appareat, in qua ſe ſuis verbis condemnat. En quid ille aduerſus Libertinos ſcripſerit, qui eandem aperte profitebantur doctrinam, quam ille ipſe, cum traderet fraude atque diſſimulatione occultare nitebatur, Deũ videlicet authorem eſſe pèccati. *Notandum eſt*, inquit, *ex hoc articulo tria admodũ execranda conſequi: quorum primum eſt? hoc conceſſo, nullum inter Deum & Diabolum diſcrimẽ conſequi: vt etiã reuera Deus, quẽ nobis fabricant, Idolũ eſt, Diabolis ipſis deterius. Alterũ quod homines nulla amplius ad vitandũ malũ conſcientia mouebuntur, ſed vt belluæ nullo habito rerum diſcrimine ſequentur appetitũ ſuum. Tertio ꝙ nemo iã audebit, de re aliqua iudicare, ſed omnia probãda erant, ſcortationes, homicidia, furta, & crimina omniũ flagitioſiſſima pro laudandis facinoribus habenda erunt.*

Caluinus contra Libertinos. c. 13.

Ecquid hac oratione ſanctius, quod verius dici & audiri poteſt. Imo vero quicquam ne hac ſimulatione fallacius? Quicquam iuſtius vel efficacius ad hunc impietatis Magiſtrum cum ſuo Idolo damnandum? Si quis enim repugnãtes illius ſententias, & axiomata contraria non inſpexiſſet: ſi quis in ſcribẽdo leuitatem & inconſtantiam huius noui Prothei: ſi fraudes, & laqueos clam latentes non diligenter obſeruaſſet, nonne hac oratione audita, eum veluti quendam Ambroſium, Baſilium, ac

Diony-

Dionyſium Areopagitam pronuntiaret? Atenim, qui in aliis eiuſdem ſcriptis detegere potuit, quodcunque hoc loco circumtegere, ac diſſimulare conatur, ille profecto fraudulentum videbitur audire, intuerique Diabolum, cuius S. Lucas meminit, qui & Apoſtolos, & quam tradebant doctrinam his verbis commendabat. *Iſti homines ſerui Dei excelſi ſunt, qui annunciant vobis viam ſalutis.* Eoſdem nihilominus Apoſtolos, eorumque doctrinam atrociter inſectabatur. Ab hoc igitur Dei inimico teſtimonium ſumere licet, non tam ad veritatem, quæ abſque illius opera ſatis per ſe ipſa tuebitur, corroborandam, quam ad falſam, pernitioſam, impiamque doctrinam ab illo traditam omnino damnandam. Denique veriſſime poſſumus ſecundum Caluinum, contraque ipſummet Caluinum affirmare, quod in hac doctrina Idolum non modo veteris Iouis, ſimulachro deteſtabilius, verum etiam omnibus, vt ipſe ait dæmonibus deterius effinxerit.

Libri III. Cap. 24.

Diabolus adulator & hypocrita.

Actor. 16. 17.

De Idololatria Saturni in hominibus immolandis, per Caluinum eiuſque gregales inſtaurata.

Capvt XXV.

SEcundo loco de Saturno falſo Ethnicorum Deo nobis agendum videtur: quem illi Cœli filium, Iouis autem Patrem, ætate quidem maiorem filio, dignitate vero longe illo minorem crediderunt: de quo ſecundũ Ethnicæ antiquitatis fidem ita loquitur Cicero. *Saturnum eum eſſe voluerunt, qui curſum, & conuerſionem ſpatiorum, ac temporum contineret. Qui Deus Græce id ipſum nomen habet,*

Cic 2. de Nat. Deor. S. Auguſt. l. 7. de ciui. Dei. c 19. Macrob. l. 1. Satur. Pier. Hieroglý. l. 56.

Libri III. Cap. 25.

habet, κρόνος enim dicitur, qui eſt idem χρόνος temporis ſpatium. Saturnus autem eſt appellatus; quòd ſaturetur annis: ex ſe enim natos comeſſe fingitur ſolitus, quæ conſumit ætas temporum ſpatia, annisque prateritis inſaturabiliter expletur. Longum eſſet huius Dei Idololatriam fabulis, ac ſuperſtitionibus refertam exponere: eas ſolum quæ modo ad rem propoſitam faciunt, quasque inter Chriſtianos cacodæmon veſtrorum Patriarcharum miniſterio, reuexit, attingam. Harum omnium ſuperſtitionum abominanda fuit in primis, hominum, & præſertim infantium illi Deo immolandorum conſuetudo: vt inter Ethnicos authores memoriæ tradidit Plato in Minoe, Dion. Halicarnaſſeus, Diodorus Siculus, Trogus, Suetonius, Plinius, aliique prophani Hiſtorici. E Chriſtianis autẽ Iuſtinus Martyr, Lactãtius, Tertullianus, Arnobius, S. Auguſtinus, Euſebius. Quæ feralis crudelitas ſe longe, lateque diffudit in Aſiam, Europam, Africam, nec modo inter ſolos Ethnicos viguit, ſed inter ipſos quoque Iudæos, quamquam alio quam Saturni nomine: quod eis Deus per ſuos Prophetas frequenter obiecit: Ita Dauid: *Immolauerũt filios ſuos, & filias dæmonis? Et effuderunt ſanguinem innocẽtem, ſanguinem filiorũ ſuorum, & filiarum ſuarum, quas ſacrificauerũt ſculptilibus Chanan.* Iſaias etiam eos aſperiori oratione perſtringit. *Nunquid vos*, inquit, *filÿ ſceleſti, ſemen mendax? qui conſolamini in Diis ſubter omne lignum frõdoſum immolantes paruulos in torrẽtibus ſubter eminentes petras?* Et hęc immanitas in aliis Scripturæ locis recenſetur. Sed enim ne infantuli cum imponerentur aris, eiularent, ſuoq; vagitu triſtius, atq; lugubrius ſacrificium redderent, matres, nutricesue blanditiis, & oſculo

Roſin. Antiq. Ro. l. 2. c. 4.
Arnob. l. 8. cont. Gent.
Oroſ lib. 4. c. 6.
Lil. Gyr. de Diis Gent. Syntag. 17.
Sacrificiũ Saturni.
Plato in Minoe.
Diõ. Halic.
Diod Sicu. Bibliot. l. 2.
Trogus.
Sueton. in Claudio.
Plin l. 30. c. 1.
Iuſtin. Mart. apolog. 2.
Lactan. l. 1. c. 81.
Tertul. in Apol. c. 8.
S. Auguſt. de ciuit. D.
Euſeb. de prap. Euãg.
Roſin. Antiq. Rom. l. 4. c. 16.
Iudæi.
Pſ. 105. 36. 37. Iſa. 57. 5.

oſculo comprimebant vagitum, ne flebilis hoſtia immolaretur, ait Minutius Felix. Præterea ne infantulorum ſi lamentarentur voces parentũ præcordia exulcerarent, is erat funeſti ritus ſacrificij, vt Sacerdotes circa Idolum Saturni ſaltantes tympana pulſarent, vt eorũ ac fiſtularum ſono innocentium puerulorum lamentationes obruerent, & ab iis aures, ſenſumque parentum auerterent. Quod nonnulli quoque ex Hebræis Idololatriæ dediti in valle Thopheth factitabant: qui locus à nomine Toph, quod eſt tympanum, appellationẽ obtinuit. Author eſt Lactantius Carthaginenſis ad placandũ Saturnum, quem ſibi grauem aduerſarium fuiſſe exiſtimabant in infauſto prælio cũ Agathocle Rege Siciliæ facto, ducentos è prima nobilitate delectos iuuenes vno ſacrificio immolaſſe. Cæterum hanc inhumanam carnificinam contra Dei, naturæque legem Dæmonis artificio inductam, ij omnes, quibus aliqua lux rationis affulſit, ſemper deteſtati ſunt. Quare Tyberius Procõſul in Aphrica ante paulo quam in Imperiũ eueheretur, hunc impium ſacrificandi ritum lege prohibuit, omnesque Sacrificulos, qui eum ſubter arboribus exercebant, viuos comburi præcepit. *Infantes*, ait Tertullianus, *penes Africam Saturno immolabantur, palã vſq; ad Proconſulatum Tyberij, qui eoſdem Sacerdotes in eiſdẽ arboribus, templi ſui obumbratricibus ſcelerũ, votiuis crucibus expoſuit.* Ante vero Tyberium ſub Auguſto, inhumana hæc ſacrificia Romanis interdicta fuerũt: & Adriano imperante omnino ſublata, illis duntaxat, quæ Ioui latiali fiebant, exceptis. Neque tamen legum ſeueritas adeo potuit hominũ inſaniã coercere, quin hoc nefario ſacrificiorũ genere Dæmonas ha-

Libri III. Cap. 25.

Fraus Dæmonis.

Minutius in Octauio.

Idololatria Iudæorum ſacrificia in valle Thopheth

Ierem. 7 31.

Lact. lib. 1. cap. 21.

Agathocles.

Tertul. Apologet. 2. c. 9.

Vide Plin. l. 30. c. 1. & Pamel. in Com.

Tertul c. 9. num. 123.

Idolum,& Idololatriam: & inſuper prolem,filiãq; Saturni: & conſequenter vos filios eius Saturnios oſtendere aggredior. Ac primum vos ipſi ab eiuſdem ſuppoſititiæ Reformationis incunabulis hoc profeſſi palã eſtis emblemate myſtico,quod Typographi Geneuenſes ſollenni ritu,magna ambitione in fronte librorum veſtrorũ apponebant: quo emblemate veſtri Doctores eadẽ omnino ſpecie, qua veteres Ethnici Saturnum fictitium Deum effingebant: nimirum ſenem canum, tibiis in modum Satyrorum efformatis:is altera manu falcẽ tenebat, altera vero fœminam nudam ex quadã ſpelunca extrahebat.En emblema,ſub quo myſterium talibus dignum authoribus includebatur, nouæ tantum Religionis proſelytis exponendum. Atqui ſcimus, & nos quid eo vellent ſignificari, nempe in illo ſene Saturnum ſiue tempus, in fœmina filiam eius temporis Veritatẽ: tota vniuerſe figura Veritatem deſignabant,hoc eſt,Religionem quam docebant, (hoc n.erat librorum argumentum,quod & ab illis accepiſtis) eſſe Saturni ac temporis filiã. Vt autem ſenſus hic myſticus euidentius omnium pateret oculis, libris qui poſtremum in vulgus emiſſi ſunt, hoc diſtichum patria lingua adiunxerunt:

Des creux manoirs, & pleins d'obſcurité
Dieu par le temps retire verité.

Hoc eſt: *Iubente Rectore omnium obſcuro è ſpecu*
Per tempus exit veritas.

Paſſim volitauit emblema, ab omnibus valde probatũ: ego ſimiliter eodẽ quo ab illis ſenſu,ac mente propoſitũ & explicatum eſt, probandũ cenſeo, vt Religionem veſtrã, per voſmet ipſos filiã, & fœtũ Saturni eſſe cõfirmẽ.Ergo quẽadmodũ vos tenetis, publi-

LIBRI III. CAP. 26. Myſtica Hugonotorum confeſſio in libris excuſis anno 1555. 1556. & 1557. per Conradũ Bladium, & alios anonymos. Temporis & Saturni effigies.

Arnob. l.5. cont. Gent. Lil. Gyral. de Diis Gẽt. Synt. 4. S. Aug. l.6. de ciui.c 7. Pier. Hiero gly.l.4 c.26 Iuſtin. l.43 ex Trgo. Roſin. antiq.Rom. l. 2.c.4.

Expoſita Geneuæ.

Hugonotica Religio Saturni filia.

LIBRI III. CAP. 26.

publiceq; profitemini veſtram Veritatem temporis, ac Saturni filiam, & ex abditis, tenebroſisque ſpeluncis eductam: idem quoq; ſentio, & è veſtris antecedentibus colligo, Religionem veſtram nequaquam fuiſſe à Deo profectam, propterea quod Dei Veritas, ac Fides, neq; temporis, neque naturę ſunt opera: ſed opus & donum ſupra naturæ facultatem: non ex abditis ſpeluncis, antriſue tenebroſis, ſed à cœlo Dei benignitate delapſum. Facit quidem Deus, vt mendacium, quod ſe aliquandiu occultare conſueuit, tandem aliquando quale ſit appareat: & vna cum annis labentibus opportuno tempore ſe palam exhibeat veritas: nō eam ille tamen adminiſtro tempore, ſed diuina ſua prouidentia, ex abditis receſſibus educit: neque vnquā fuit vir recte ſentiens, & in Dei Schola diligenter inſtitutus, qui Religionem, aut Fidei veritatem à tempore ortum habere dixerit: Superſtitionem vero & Idololatriā in tempore, & à tempore progenitā eſſe, qui negaturus ſit puto fore neminem. Talis eſt ſuppoſititia veſtra Religio, veſtra etiā ap℘batione temporis Saturnique filia: vos ſimiliter temporis & huius ſæculi filij, quod nimirum opus ex tenebroſis Inferorū cauernis extractum eſt, vt Idolum prolemque Saturni mundo perdito exhiberet: vos item (quatenus Hæretici) non aliunde habetis ortum, cum eoſdem progenitores agnoſcatis.

Vera Religio à Deo eſt, non ex ex annorū curriculis.

Secundo in hac veſtra Reformata humanæ victimæ, licet modo ab Ethnicis diuerſo idemtidem mactantur: quod maximo eſt argumento eam opus eſſe Saturni. Quænam porro humanæ hoſtiæ, quæ inhumana ſacrificia? Sunt non alia certe quam mortales omnes quotquot falſiſſimæ artificio doctrinæ

Humanæ hoſtiæ in Religione Hugonotica.

Digitized by Google

ctrinæ delinitos in interitũ præcipitatis æternum: ratione inquã, & via Ethnicorum ritui plane contraria, ſed tanto fallaciori, quanto minorem præ ſe fert crudelitatem. Etenim illi poſtpoſito animarum ſtudio corporibus tantũ vim Saturno immolatis afferebant: quæ viſu, audituque horrenda crudelitas, ſane poterat mortalium mentes à nefaria ficti illius numinis ſuperſtitione reuocare: vos cõtra ſtudiũ omne veſtrum curãq; confertis, vt lenociniis ac blandimẽtis corpora demulceatis: veſtræq; libertatis Euangelicæ deliciis atque voluptatibus ea molliter curatis, opiparoque ſaginatis, vt his illecebris allectas animas ad carnificinam Saturno mactandas pertrahatis. Illi modo corpus, hoc eſt, inferiorem, terreſtrem, ac mortalem hominis partem impetebant: vos animum portionemq; eiuſdem cœleſtem, & immortalẽ, in qua ſui Deus imaginem expreſſit. Atq; iſtud quidem eſt cæteris Hæreſibus cum veſtra commune: nam vt aliàs dixi, iis quibus certatim ſuæ doctrinæ venena propinant, extremam pernitiem afferunt, eoq; nomine corporum ſunt, & animarũ carnifices: hoc inſuper eſt veſtrę cum Saturni ſuperſtitione, & Idololatria peculiare, quod in paruulos Chriſtianorum infantes inauditu crudelitatem exerceat, eique Idolo eorum animas immolet: quod cap. ſequenti docebo.

Nouatæ Religionis ſacrificia Saturnaliis crudeliora.

Omnis Hæreſis crudelis. *Supra l. 2. c. 24.*

De renouata per Caluiniſmum Idololatria Saturni circa puerorum victimas: deq; tympanis, & fiſtulis ad eam obtegendam crudelitatem adhibitis.

Capvt XXVII.

Ex omnibus veſtræ doctrinæ effatis, illud in primis ſoletis, vt ante monui, idemtidẽ incul-

Digitized by Google

LIBRI III. CAP. 27.

Infantuli crudeliter à Miniſtris vexati.

Supra l. 2. & c. 24.

care, Chriſtianorum infantes ex matrum vteris, puros, ſine peccati labe, ac ſanctos exire, ac proinde quamuis ſine Baptiſmi Sacramento eos contingat extingui, nihilominus abſque vlla dubitatione ſaluari: qua doctrina factum eſt, vt parentes innumeri ſiuerint, & adhuc ſinant ſuos infantulos minime expiatos ſalutari lauacro emori, eisque ad æternam vitam aditum intercludant: longeq; crudelius mactent, quam Ethnici ſuos, quos ad aras Saturni comburendos inferebant. Crudeliter illi quidem, ſed per ignorantiã in prolem ſuam, quod de ea expianda nihil audiuiſſent vnquam, ſæuiebãt: at vos cogitis parentes certo conſilio crudelitatem exercere, cum illis eſtis authores, vt ſalutare remediũ ſuæ prolis ſaluandæ à Ieſu Chriſto inſtitutũ negligant: aut certe non eſſe ducant neceſſariũ. Atq; vt noua hæc Idololatria ritui illius veteris & exoletæ omni ex parte reſponderet: artifex ille fraudũ, fictusq; Deus inſtrumenta, materiamq; ſuppeditauit, quibus lamentabiles innocentium mactandorũ voces, & eiulatus obruerentur: ac dolor qui ex eorũ interitu parentibus oriri poterat, conſopiretur. Etenim certos in Scriptura locos deſignauit, omninoq; peruertit, & quaſdã ad ſpeciem probabilitatis ratiunculas, quas vos lingua, veluti barbito tympanorũ inſtar pulſatis: & tanquã fiſtulas admoto rictu oris, ingentique ſpiritu è pulmonibus adducto inflatis, quo ſonitu ſic hebetantur, imo faſcinantur parentũ aures, & animi, vt non ſolum miſerandũ ſuorum interitum nõ defleant, quin eos potius ſumme beatos exiſtiment, ac de certa eorum damnatione, ac ſi in cœlos euolaſſent, magnopere lætentur. Vos cum Caluino D. Paulum, ac ſi veſtræ cru-

Dæmonis inuentum ad tollendũ parentũ dolorem de filiorũ interitu.

Tympana ad occultandum crudelitatis horrorem.

Digitized by Google

crudelitatis eſſet ſuffragator, profertis, qui ad Corinthios ſcribẽs ait, liberos ex illo coniugio ſuſceptos, cuius alter modo coniugum ſit Chriſtianus, eſſe ſanctos: quare ſi ſancti ſunt, infertis vos nullo ad ſanctificationẽ obtinendã eos egere baptiſmo: ſine quo licet moriantur, nihilominus ſalutem obtinere, certoq; ſaluari cenſetis. Adeone mente cæcati eſtis, vt contritas, futiles, planeque falſas. haſce concluſiunculas eſſe nõ videatis? Et adeo ingenio hebeti, duriq; ſunt auditores veſtri, vt cũ voces huiuſmodi accipiunt auribus, nõ toto corpore perhorreſcant? O ſonos aſſonos! O ſymphoniam, & modos ſine modo funeſtos! Qua de ſanctitate loquitur Apoſtolus? An ne de Chriſtiana, qua, q̃cunq; ſunt ornatæ animæ Deo ſunt chariſſimæ, æternæq; iã obtinẽt pignus hæreditatis? Nequaquã eam illis verbis eſſe tradit Gentiũ Doctor, ſed aliam lõge diuerſam, nimirũ ciuilẽ quandã honeſtatem, q̃ nomine ſanctitatis inſignit, quemadmodũ Catholici Doctores interpretantur. Ait ergo Chriſtianũ maritum non debere ab Ethnica vxore ſeiungi, ſi tñ illa cum eo habitare conſentiat: nec vice verſa vxorẽ fidelem ab infideli marito diſcedere, ſi eam velit ille ſecum habere, proptereaq; per alterũ alter ſanctificatur: & eorum matrimonium *Sanctum*, h.e. legitimũ: non aũt profanum eſt: & qui ex eo ſuſcipiũtur liberi *Sancti*, h.e. legitimi, non ſpurij cenſentur. Quod ſi vera eſſet veſtra concluſiũcula: & ſi ex verbis Apoſtoli colligi poſſet filios eſſe ſanctos, h.e. fideles, & nullo ſuſcepto Baptiſmo, ab omni peccati labe purgatos, eo ꝙ parentum alter Chriſtianus ſit: recte ſimiliter poſſet inferri maritũ Ethnicum cum Chriſtiana vxore verſantẽ, eodẽ modo, nimirũ

1. Cor. 7. 14 adducitur à Caluino in Antidot. Con. Trid. ad 6. Seſſ. c. 4 & lib. 4. Inſt. c. 16 §. 15. & à Pet. Mar. ad c. 7. 1. ad Cor.

Sãcti ſunt, id eſt, legitimi.

S. Ambroſ. S. Thomas, & S. Anſelmus.

Filij ſancti, hoc eſt, legitimi.

abſque Baptiſmi ſuſceptione ſanctum eſſe: vxorem item Ethnicarij vna cum marito Chriſtiano degẽtem, pro ſancta habẽdam: propterea quod ſicut ait Apoſtolus, filios per alterũ ex parentibus, qui fuerit Chriſtianus, ſanctificari: ita docet vxorẽ infidelem, per vnum fidelem: & rurſus infidelẽ maritum

1. Cor. 7. 14.

per vxorem fidelem ſanctificari. Quis autẽ docuit vnquam? quis audiuit? quis cogitauit infidelẽ mulierem ſanctitate donari, fieriq; fidelem, nec initiatam Baptiſmo, nec ad Deum ea, qua par eſt ratione conuerſam, ſed quod tantum ſit marito fideli coniuncta? Aut quis vnquam legit, vel fando accepit, Ethnicum hominem ſine Baptiſmo in Chriſtianorum albũ iure adſcriptum fuiſſe, ob id ſolum, quod Chriſtianam coniugem habuerit contubernalem:

Nemo ſine Baptiſmo ſanctificatur.

S. Aug. l. 3. de pecc. merit. & remiſſ. c. 12.

Ciuilis ſanctitas.

Sanctitas in ſpe.

Quod ſi hoc vero congruẽterq; menti D. Pauli dici nõ poteſt: nec ex illiꝰ quoq; verbis colligi, filios eſſe ſanctos, h. e. peccati ſordibus expiatos, & ad regni cœleſtis hæreditatem ſine Baptiſmo adoptari. Vult ergo Apoſtolus nominare Sãctos, h.e. vt diximus, Legitimos, aut etiã Chriſtiano more Sãctos, in ſpe, quoniã fieri poterit, vt coniugũ alter Chriſtianus exiſtens, in id ſedulo incumbat, vt filij ſalutari lauacro tincti, ſanctitatem Chriſtianã adipiſcantur. Eadem etiam ratione matrimonium eiuſmodi ſanctum habebitur, id eſt, legitimum, aut ſanctũ morali quadam, atq; Chriſtiana ſanctitate, propterea quod maritus Chriſtianus, aut vxor Chriſtiana efficiet, vt in eo nihil nõ honeſtum, nihil diuinæ legi contrariũ admittatur: aut deniq; dicetur ſanctum fideli ſanctitate in ſpe: ſiquidem fortaſſe fiet, vt alter coniugum Chriſtianus, comparem ad eiuſdem fidei Chriſtianæ ſocietatem ineundam alliciat.

Ac eiuſ-

Ac eiuſdem effati confirmationẽ profertis verba illa Dei Abrahamum alloquentis: Ero Deus tuus, & ſeminis tui poſt te. Vnde infertis Chriſtianorum filios, quod ſint ſpirituale, ac verum ſemen Abrahæ, eſſe Dei filios. Reſpondeo eos, vere Abrahæ, Deique filios eſſe dicendos, modo characterẽ: & in Baptiſmo ius adoptionis accipiant: alioquin haud ſane magis ſpirituale Abrahæ ſemen, aut filii Dei, fideles, ſanctiue dicendi ſunt, quam Hebræorum filii cum olim octauo ab ortu die circuncìſionis ritu non initiabantur, ſi vitam vlterius prorogaſſent. Et ſi huic argumento vlla vis ad probandum ineſſet, ipſi Apoſtoli, filiique Iudæorum in Eccleſiæ primordiis nequaquam Baptiſmi Sacramento ad ſanctificationem aſſequendam eguiſſent: eo quod eſſent à fidelibus parentibus in hanc lucem ſuſcepti; nihilominus ad vnum omnes vnda ſalutis abluti ſunt, & idem ab omnibus fieri debere neceſſario; Saluatoris iuſſu prædicarunt. Ex quo licet affirmare, neminem qui hoc Sacramento non fuiſſet initiatus, iuſtum, & ſanctum potuiſſe iudicari. At ſi ſit immundus infans, obiicit Caluinus, polluetur Sacramentum, ac profanum euadet, quod immundæ creaturæ applicetur. Ratio profecto tali, tantoq; Patriarcha digniſſima. Ergo Saluator modo quodam profano manus inquinabat, cum gratia curandi elephantiacos tangebat. Ergo Sacramẽtorum adminiſtratio, diuinique verbi prædicatio, duntaxat ad ſanctificatorũ, & innocentiũ erit vſum; ne Sacramenta, Deiq; verbum profana fiant, ſi homines peccati ſordibus inquinatis adhibeantur. Ergo valentibus tantum erit facienda medicina; nec niſi eruditis hominibus, omnique doctrina-

LIBRI III. CAP. 27.
Geneſ. 17. 7.

Inepta Caluini ratio.

Abſurda ex Caluini doctrina.

rum genere politis erit tradenda doctrina, ne hęc, & illa, ignaris, ac vitioſis communicentur profanum in morem tractari cenſeantur. O profundum Theologiæ pelagus! O nouũ, planeq; Saturnalitiũ oraculum! Nondum didicerat Synagogæ veſtræ Archirabbinus, eos purgari Sacramentis, qui ea rite ſuſcipiunt: & quemadmodum Saluator cum inter homines peccatorum labe pollutos verſaretur, nullam ex eorum conſuetudine peccati maculam contrahebat, quin eos potius omni ſcelerum contagione purgabat: ita quæ inſtituit Sacramenta, nequaquam inficiuntur, ſed impuras animas expiant, & è profanis puras, ac ſanctas efficiunt. Et hæc ſunt Scripturæ teſtimonia, & rationes quas veluti Corybantes, Miniſtri huius Infantiuori Dei ingenti boatu crepatis, ad aures, & conſcientias infelicium parentum obtundendas, nullo vt eiulatu liberorum, miſerabiliq; comploratione moueantur. Sic ſic innumerabilem animarum gregẽ in interitum demergitis ſempiternum, cum audaciſſime traditis infantulos ex matrum vteris ſanctos prodire. Quæ doctrina tam Scripturæ ſacræ, quam communi totius Catholicæ Eccleſiæ conſenſui aduerſatur. Cõſtat enim ex Scriptura omnes homines quotquot ab Adamo ducunt originem, iam tum ab ipſo conceptionis inſtanti culpã contrahere; quod regius Propheta fatetur, hiſque verbis deplorat:

Pſal. 50. 7. *Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* Ex vtriuſq; patris, matriſq; parte contaminatus. Ex Abrahami ſtirpe Dauid ortus erat, illiuſq; Patriarchæ filius nobiliſſimus, interque illius nepotes maxime inſignis; parentes habuit fideles, veræq; religionis cultores nihilominus ingenue ſe

Digitized by Google

peccatis inquinatum fatetur. Apoſtolus Paulus fidelibus ſimiliter natus eſt parentibus, & tamen, *Eramus*, inquit, *natura filii iræ, ſicut & cæteri.* Hoc eſt, peccato contaminati, iræ Dei, mortique obnoxii. Qua igitur fronte audetis aſſerere Chriſtianorum filios, cum in aluis matrum continentur, ſanctos exiſtere? Num potuit veſtris infixam animis adeo pernicioſam opinionem diſerta ſententia Saluatoris Nicodemum alloquentis euellere? Sic ille: *Amen, amen dico tibi, niſi quis natus fuerit denuo, non poteſt videre regnum Dei.* Item: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Ac ſi diceret, qui Baptiſmo non fuerit luſtratus nullo modo ſalutem conſequetur, eo quod in hanc lucem reus peccati naſcatur. Nec enim fas eſt dubitare, quin hoc loco Saluator de Baptiſmo, quæ ſpiritalis eſt regeneratio, per quam naſcimur Deo, cum illo legis Magiſtro diſſerat, quemadmodum omnes antiqui Doctores exponunt: licet Caluinus ineptis, friuoliſq; gloſſematis hunc locum ſuo more conetur peruertere, cum eum de Spiritus ſancti miſſione intelligendum eſſe contendat. Eſt igitur tam neceſſarius ad ſalutẽ obtinendam Baptiſmus, quam ciborum vſus ad viuẽdum. Et quemadmodum omnes Hebræi in Paleſtinam profecturi per mare rubrum tranſierũt, quod erat Baptiſmi typus: ita neceſſe per Baptiſmum omnes traiicere, qui viuentium terram ſunt adepturi. Item, ſicut illi, qui à ſerpentibus icti, in æneum ſerpentem non coniiciebant oculos, interibant; ita neceſſe eſt perire eos, qui per ſalutarem vndam nõ erunt fideles effecti, & meritorum Saluatoris è cruce pendentis participes facti; quod aperte idem

noſtræ

LIBRI III. CAP. 27.

Epheſ. 2. 3.

Ioan. 3. 3. 5

Aug. tract. 12. in Ioan. Chryſoſt. Euthimius Calu. lib. 4 Inſtit. cap. 16. §. 25.

Serpens. *Num. 21. 9.*

Digitized by Google

LIBRI III. CAP. 27.

Similitudo ſerpentis.

Ioan.3.24.

Conc.Trid. Seſſ.7.Can. 5. de Baptiſmo.

noſtrę ſalutis author oſtendit, cum in eam diſputationem de Baptiſmo initam, ſimilitudinem ænei ſerpentis adduxit. Eam ob rem œcumenica totius militantis Eccleſiæ Synodus aſſiſtente ſibi, ſecundũ Ieſu Chriſti promiſſum, Spiritu veritatis, hoc antiquæ fidei conſentaneum fecit decretum, veſtrumque Idolum euertit, his verbis: *Si quis dixerit Baptiſmum liberum eſſe, hoc eſt, non neceſſarium ad ſalutem, anathema ſit.* Cum ergo veſtra doctrina ſit legi, verboque Dei, eiuſque Eccleſiæ plane contraria, quis eam negabit opus omnino diabolicum eſſe, contagioſiſſimam peſtem, ad animas præſertim infantulorum perdendas, ex Orci faucibus emiſſam, ad Idololatriam illius ficti, infantinoriq; numinis Saturni ſimilitudinem efformatam.

De Marte falſo Deo, ac de eius poteſtate, ſacrificiis, & animalibus illi dicatis, cur Bellorum Deus fuerit habitus.

CAPVT XXVIII.

Mars Romuli pater.

Plin. de viris illuſtr. Tit.Liu.l.2 Cic.Phi.14 S. Aug.l.3. de ciu.ca.3. & s.T.Liu. lib.1. Dec.1 Strabo li.5. Plin.libr.8. capit. 17. Virg.lib. 8. Æne. Plut. in Romulo. & in lib. de fortuna Rom. Stat. lib.7.theba

TErtius à Saturno, & Ioue, Mars bellorum Deus inter Ethnicorũ Deos vnus è maximis habitus eſt; quem omnes propemodum nationes huius vniuerſi, Romani prę ſertim, quod cum Romuli primi Regis, imperiiq; fundatoris patrẽ, ac multarum victoriarum authorẽ exiſtimarent, magna ſuperſtitione coluerunt. Ille Deus erat, vt ſibi quidem perſuadebat cæca Gentilitas viribus potens, furioſus, crudelis, cruoris ſitientiſſimus, in quo nec vlla miſericordia, nec pietas ineſſet: & in eo dũtaxat hallucinabantur quod Deum, ac non potius Dæmonẽ (vt erat veriſſime) eſſe crederent, his, atq; prioribus aliis qualitatibus inſtructum, quibus veluti

religioſo

Digitized by Google

religioſo prætextu, atq; adeo ſtimulo cœcutientes Ethnici incitati, ad immania patranda, excuſandaque crudelia facinora præcipites agebantur. Atque ſicut illis fuit Iuppiter quale flagitiorum exemplar, Saturnus ſpeciatim paricidiorum, ita Mars crudelitatis cędium, & cruoris in bello fundendi. Ex illorũ igitur opinione Martis poteſtas in præliis, armorum impreſſionibus, & omni militari dimicatione cernebatur, ac ſi omnibus his præeſſet, ad bellum mouendum, motumque promouendum, & tribuendam cui viſum eſſet ipſi, victoriam. Quę ſuppoſititia Diuinitas ex eodem, quo Iouis, atque Saturni, authore manabat: eſt enim certiſſimũ, numen iſtud nihil fuiſſe aliud, quam Dæmonem variis formis fictæ Diuinitatis aſſumptis ſubinde ſe inſtar Prothei immutantem; vt ſub ea fictorum Deorum varietate, à mortalibus ea ratione deluſis, adoraretur. Quod autem ad Ethnicam Martis ſuperſtitionem attinet ſimile vero eſt, eam (quemadmodum poſtea fecit, Hæreſes inter Chriſtianos excitando) fraudulenter in Scripturæ authoritate fundaſſe; in qua non ignorabat huius parentem vniuerſi frequenter *Deum* & *Dominum Sabbaoth*, hoc eſt, exercituum nominari; cuius diuini tituli eum, vt cæterorum, quos ſibi falſo attribui ſatagebat, ſub nomine Iouis, Saturni, & aliorum, eſſet appetentiſſimus, illum ſibi vſurpandum putauit: vt quantum quidem poſſet, veri Dei locum ſubiret, atque ſub nomine, & Idolo Martis Belli, & exercituum Dei, maximo ſacrificiorum, ac ceremoniarum apparatu, cultuque peculiari, vt in cæterorum falſorum Numinum ſuperſtitione, à cæca Gentilitate coleretur. Eius victimæ erant equi, animalia bellicoſa, & canes

Quid de Marte perſuaſum eſſet Ethnicis.

Deus Sabbaoth attributũ Dei.

Equi ſacrificia Martis *Plut. Probl. ca. 97.* Canes. *Pauſã. in Lacon.* Aſini. *Stra. l. 15. Arnob. l. 4. Gent. S. Aug. lib. 18 de ciu. c. 21 Apollod. Biblio. lib. 3. Clem. Alex in exhort.*

Immunda animalia prohibita. *Exod. 13. 13*

Lupi, vul-

tures, Pici Marti dicati à Latinis, à Gallis vertes, hirci à Luſitanis. *Plant. in Truc. Virg. 9 ane. Nat. Com. Myth lib. 11. ca. 7. Strab. lib. 3 Plut. Probl. ca. 97. Feſt. Pom. lib. 3. cap. 13 Herod. lib. 1*

& canes in quibus magna eſt audacia: item aſini, quippe qui rudentes confuſum, & inconditum præliorum ſonum, ac militum pugnantium clamorem exprimerent, quæ omnia ſacrificia in ludibrium altarium veri Dei ſine dubio fiebant; in his enim nefas erat, ac diuina lege vetitum Iudæis immunda hæc animantia offerre. Præterea varia illi genera beſtiarum, quæ in eius tutela eſſe credebantur, Ethnici dicarunt: Lupum animal infidum fraudulentum, rapax, famis tolerans, & ad prædandum acerrimum, quæ ſunt qualitates ad ſignificandos militares viros aptiſſimæ. Præterea ei ſacer erat vultur carniuora cadauerum ſectatrix, auidaque volucris; picus eadem ratione martius appellatus, qui acuto roſtro, veluti haſta, ac pugione arboribus perforandis vtitur: Adhæc verres furioſum animal, & ad impreſſiones ſuſtinendas validum: hircus denique cum primis ſuperbus, ac libidinoſus; cuiuſmodi qualitates in iis qui Martis ſigna ſectantur, licet intueri. Porro quamuis nihil in hac Diuinitate præter fraudem ac vanitatem ineſſet, nihilominus quodam ſenſu, ratio ſuberat, cur tumultuoſus iſte Genius, & inſolens, Deus belli diceretur; quod, ſcilicet, diſſenſionum primus author extiterit: is eſt enim qui ſeditionem inter ſpiritus immortales excitauit in cœlo, eorumque partem numeroſam induxit, vt à ſummo eorum Domino deficeret; quod bellum fuit omne primum, de quo multis poſt ſeculis S. Ioãnes in Apocalypſi meminit, his verbis: *Factum eſt prælium magnum in cœlo, Michael, & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & Angeli eius.* Ille primus diſcordiarum inter homines & Deum author fuit: Ille odia, lites, diſſidia,

Author belli Diabolus.

Bellum Angelorum. *Apoc. 12. 7.*

diſſidia, defectiones, ſeditiones, iniuſta bella & cædes inter mortales nunquam non excitauit. Ille denique crudelitatem eſt ſeminarium, à quo vno veluti primario ſatore ſeditiones & omnis generis bella naſcũtur. Hoc itaq; ſenſu dignus eſt profecto, qui Deus belli, id eſt, tumultuum, & diſcordiarum Dux appelletur: quemadmodum adiuncto contrario Creator, Deus, ac princeps pacis nominatur. Miſſis autem plurimis, quæ de hoc falſo Deo ferebantur, fabulis, ad hunc locum minime neceſſariis; ſtatui Miniſtri, palam facere ipſum illum eſſe, qui prima veſtræ Religionis fundamenta poſuit, & in hac veterem ſuam Idololatriam variis modis renouauit: adhæc vos hactenus eius numen adoraſſe, adhuc adorare, & ad eius Idola procumbere; quæ non quidem in auro, argento, ligno, marmore, aliaue ſenſili materia vobis effinxit; eſſent enim illa craſſiora, quam vt poſſent pro Diis inter Chriſtianos admitti; ſed ſubtiliora quædam (quales fere ſuos monogrammos deos fingebat Epicurus) & captui intellectus magis accommodata, qualia deniq; modo ſi vobis libet audire, proponam.

Quo pacto Diabolus fictum, falſumque Deum Martem in Hugonotica Religione excitarit, eumque armis, exercitibus, & iniquis factionibus ſtabilierit.

Capvt XXIX.

VT igitur intelligi poſſit qua ratione Diabolus exoletam iam pridem Martis Religionem in veſtra recenti renouare curarit, in memoriam reuocate quæſo, Miniſtri, Lutherum, ſtatim atque

Cœnobii

Libri III. Cap. 29. Lutherus factus apoſtata anno 1517. & habitum religioſum abiecit anno 1521.

Cœnobii ſacra clauſtra perrupit in Germania, & aliis Europæ regionibus claſſicum ceciniſſe, vt initium ſuo, veſtroque Euangelio daret, ſuamq; Reformatam veſtræ parentem decolaret. Ponite ob oculos Saxonicum Prophetam furore amentem, Martiſque Furiis agitatum, atrocia, funeſtaque bella concitantem; vt ſolicitando ſubditorum contra Dominos rebellionem commoueat, vt domibus domos, familiis familias; vrbibus vrbes, prouinciis prouincias ad arma excitas, committat. Reminiſci poteſtis illud ipſum fuiſſe tempus, quo Thomas Monetarius prima Euangelii veſtri fax.

Euangelica Thomæ Monetarii exhortatio qui fuit Lutheri diſcipulus. *in tomo 3. operũ Germ. Lutheri, folio 132. Epiſtola ad ſuos ſectatores.*

Stentorea voce Diſcipulos ad bellum cohortabatur, his verbis: *Nolite puſillanimes eſſe, nolite peruerſis iſtis, phantaſticis, & ſceleratis nebulonibus* (Principes legitimos innuebat) *diutius adulari: incipite, & pugnate prælium Domini, iam dudum tempus eſt, adhortamini fratres veſtros omnes ad hoc, vt diuinum teſtimonium non irrideant, alioquin omnes peribunt. Tota Germania, Gallia, & Italia commota eſt, Magiſter vult ludum ludere, pereundum eſt ſceleratis nebulonibus. Et. Agite, agite, agite, dum ignis calet, curate ne ignis veſter ſaguine frigeſcat. Rogabunt vos tam amice deprecabuntur, flebũt vt pueri, nolite miſericordia moueri.* Num auditis, Miniſtri funeſtã iſtius filii Martis vocem? Num videtis, vt furialis hic vultur auide cadaueribus inhiat? vt infernalis Alecto gentem prius quietam ſolicitet, & Martium furorem animis peccatis inſpiret? Vt picus iſte Martius adunco roſtro, pungat, lancinet, perforetque pectora, & clangore funeſto ad pugnas, ad cædes, incendia, vaſtitatem mortales euocet, bellumq; nefarium indicat? Nec

eſt ne-

eſt, neceſſe hunc locum amplificare lõga inductio- ne exẽplorum, quæ in orbe Chriſtiano acciderunt: ea quippe vos ipſi vel oculis hauſiſtis, vel certe in hiſtoricorum etiam veſtrorum monumentis legere potuiſtis: mihique facile perſuaſerim vos, vt non vſqueadeo rudes eſtis, vt quæ in oculis omnium geſta ſunt ignoretis, ita nec ad ea neganda fore pertinaces. Satis fuerit paucis, ac per modum epilogi ea complecti, quæ in Gallia noſtra ſeditioſus iſte Genius patrauit: quoue pacto falſi illius Dei olim Martis nominati cultum renouarit: noſtroq; ſeculo in Deum reformatum, hoc eſt denuo nouis erroribus & horroribus formatum euaſerit. Num memoria tenetis Martem eſſe, qui vim omnem, induſtriam, & operam ad veſtram Religionem fundandam cõtulit? Nonne is eſt qui Scloporum, æneorumque tormentorum globis in regno Francico ad tympanorum ſtrepitum per medios armorum fragores nouum Euangelium, nimirum doctrinam Hugonoticam diſſeminauit: Nonne is eſt, qui veſtris præſidebat Synodis & conuentibus, ſuaque authoritate circumcurſare, ac volitare proauos veſtros Prædicantes armatos, per medias bellatorum turmas imperabat illo maxime tempore quo Lutetiæ huius regni Metropoli veſtram Sectam ſtabilire cõtendebatis? Adfuiſtiſne illa tempeſtate, aut certe fandone audiſtis, ac legiſtis quo pacto ea in vrbe ampliſſima, eiuſque ſuburbiis anno Chriſti ſexquimilleſimo ſexageſimo primo copiæ veſtræ Martiæ ſe geſſerint? Vt Eccleſiæ veſtræ naſcentes, cum ſuis alumnis, ac Miniſtris armatis pompatice inceſſerint? vt ſe per vicos, & plateas extulerint? vt Catholicis inſolenter inſultarint? vt bonis omnibus terrores,

Digitized by Google

rores, minaſque iactarint? Non libet iam prolixis inuocationibus è noſtris Annalibus deductis moleſtiam beneuolis exhibere lectorib⁹: mihi ſatis erit partem epiſtolæ, quæ nuper in manus meas incidit, ad legendum proponere, quam eo tempore nõ nemo Veſtro nomini, ac Sectæ nullo mõ inimicus Pariſiis miſit lemonicas, in qua Veſtra Reformatæ cunabula, & ſumma q̃dam Martiarum eiuſdẽ qualitatum capita Gallice narrãtur, ſed ea duntaxat hic latine reddam, quæ ad iſtam veſtram Religionẽ ſpectant. *Tua mihi redditæ ſunt literæ*, inquit, *frater chariſſime &c. Cæterum quod ad Religionem attinet, hoc vnũ pro certo poſſum affirmare, nouos huius æui Chriſtianos ſic in hac vrbe, vt in nulla magis totius regni, florere: quanquã parua quædam eſt orta ſeditio, fortiores tamen ſunt, viribuſq; præſtant Hugonoti. Binas habẽt illi conciones, ad quas quotidie ad viginti hominum millia confluunt. Quam vehementer optabã nuperrime te in hac vrbe pauliſper eſſe, vt ex illo conuentu hoc redeuntes ordine conſideraſſes. Incedebant primo Scholaſtici Sexcenti plus minus, armis inſtructi, bellicum geſtantes vexillum, in cuius oris ſcriptum legebatur* Virtute Duce; Comite Fortuna. *Deinde ſequebatur excubiarum cum ſua Cohorte Præfectus, ad impediendam, ſi qua oriretur, ſeditionem. Deinceps ſex magni nominis, & authoritatis viri,* NN. *quorum tergo totidem inhærebant Miniſtri: ſc.* D. *Beza*, D. *Peroceli* D. *Malõ*, D. *Rinerius*, D. *Plante, &* D. *Foreſtius, quos ſtipabant cuſtodiæ cauſa equites armati ad quadringentos. Poſt hos opificum, mulierum iuuenum imbellium turba veniebat. Claudebant agmen duodecim, quindecimue hominum millia, enſib. Sclopis & aliis eiuſmodi ad aggrediendum armis inſtructorum, quorum erat cum hac inſcriptione militare ſignum,* Veritas Odium Parit. *Ac veriſsime affirmarim*

Epiſtola Pariſiis miſſa, in qua armatum Hugonotorũ Euangeliũ exprimitur.

Hugonoti non Chriſtiani vocitati.

Hugonotorum ex concione redeuntiũ deuotio.

Quo apparatu Prædicantes Euãgelii Hugonotici procederent.

nullum agmen hactenus viſum, quod poſsit cum iſto vel numero, vel ordine cõferri. Et cætera quæ ſequuntur. Lutetiæ Pariſiorum 25. Februarij 1561. ante ferias Paſchales. Tuus frater & amicus Tiſsier. Videtis hic hominem candide ac prorſus ſine faſtu, fucoue ſcribẽtem, veſtraq; ſyncere narrantem: eo duntaxat excepto, quod ſe aliud ſperaſſe ſignificat, q̃ quod ex hac Secta debebat emergere: cuius adeo ſuperba videbat initia: nec.n. animaduertebat, quidnam armatus iſte Deus pene ſe traheret quidue an. ſequenti 1562. molitur⁹ eſſet, euocatis in Galliã Germanor. & Anglor. auxiliis, vt in fuſo cruore Francor. veſtrę Reformatę fundamẽta poneret: qua de re glorioſe ſe Beza iactauit in epiſtol. q̃ an. deinde 1564. 19. Decẽb. ad Elizabeth. Angliæ Regin. ſcripſit. Nec item ſeditionẽ ille ſcriptor anonym. præuidebat, q̃ eodẽ an. 1562. Lutetię, ac p̃ſertim in ęde S. Medardi erat cõmoturus, nec ea denique, quæ furioſus hic Deus ſequentib. annis in hoc nobiliſſimo Francorum imperio moliri cogitabat. LIBRI III. CAP. 29. *Bezæ epiſt. nouo ſuo Teſtam. præfixa.*

Videtis ſecundo primum veſtræ Religionis Genium & ingenium Martium, turbulentum, tumultuoſum furoris, ac bellorum facem, & ducem in eo emblemate viuis colorib. expreſſum ꝙ de typographorum more in fronte veſtrorũ librorũ appingebatur. Erat aũt enſis flãmeus cum his Scripturę verbis, ꝓ elogio, vtrinq; adſcriptis, *Non veni pacẽ mittere ſed gladium*: quib. haud obſcure indicabatis gladiũ vos, & arma habere ꝓ Religione: & ab ingenio, ſenſuq; filiorũ Dei, pacis, & cõcordiæ ſtudioſorum abeſſe longiſſime: imo à mẽte Scripturæ, quam iniqs veſtris molitionib. malitioſe obtẽdebatis. Nã agebat eo loco Saluator de bello aduerſus vitia ſuſcipiendo, quod bene recteq; viuendo, totiſque viribus Inſignia & elogium Hugonotorum. *Mat. 10. 24*

 reſiſten-

Digitized by Google

LIBRI III. CAP. 29.

reſiſtendo peccatis, geritur: non de rebellione cõtra Dei Eccleſiam contraque Regem ſuoſque legitimos Magiſtratus, qualem cum in veſtra patria ordiebamini. Spiritus, ingeniique veſtri progreſſus præclare reſpondit exordio. Cuius rei vniuerſe locuples teſtis eſt tota Gallia, in qua deinde veſtris armis miſerrimam effeciſtis vaſtitatem: ſpeciatim vero omnes prouinciæ, quæ cum iñumeris excurſionibus, plurimiſque tumultibus, tum quatuor maxime præliis veſtra rebellione initis cæſorum popularium, conciuiumque veſtrorum ſanguine redundarunt. Teſtes ſunt trecentæ huius regni ciuitates primariæ, qua vi, & factionibus, qua dolis, & proditionibus interceptæ: contra Regis, quem cõtemnebatis authoritatem: contra patriæ charitatẽ, quam diſcerpebatis: contra Dei legem, quam innumeris, horrendiſque ſacrilegiis conculcabatis. Teſtes denique ſunt omnes oræ, & huius Monarchiæ nobiliſſimæ anguli, in quibus humanum cruorem fudiſtis: vrbes per vim, & dolum occupatas dirupiſtis: ſanctiſſimas aras profanaſtis: auguſtiſſima templa funditus euertiſtis: cædibus & incendiis omnia deformaſtis: ea denique perpetraſtis quæ nolui ſingillatim, nec volo, nec ſane poſſem, recenſere. In ſumma eos vos feciſſe contendo, quæcunq; Mars Deus veſter à vobis requirere potuiſſet, quandoquidem is in veſtra Secta renouabatur: pluraque vos clientes eius præſtitiſſe, quam ipſemet perficere valuiſſet, ſi ex ferrea domo ſua, ferro vndiq; munitus, Satellitio ſtipatus minarum, furoris, horroris, funerum vaſtitatum: ac ſecum adiunctis exercitibus, & copiis numeris eo videlicet apparatu, quẽ iſti Deo Poetarum commenta tribuerunt. Hic velim

Deſcriptio domus, & armorum Martis.
Stat. l. 7. Theba.

ſim conſideretis, Miniſtri, quantum ſit inter ſpiritũ Dei, veſtrumque diſcrimen. Chriſtus Dominus in terras è Cœlo veniens, naſciturus ex Virgine id tẽpus elegit, quo ſedatis bellis, atque diſſidiis, Iani tẽplo per Auguſtum clauſo, ſumma pax toto terrarũ orbe inter mortales vigebat: quam etiam ab Angelico agmine iuſſit, eadem qua natus eſt hora, concini, hominibuſque bonæ voluntatis prædicari: eamq; cum ex hoc mundo migraturus eſſet, in Apoſtolorum perſona donauit Eccleſiæ, hæc eis identidem inculcans; *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Quibus aũt ad prædicandum Euangelium ituris pręcepit, vt cum priuatorum domos ingrederẽtur, hanc ſalutandi formulam, pro Apoſtolica ſalutatione vſurparent, *Pax huic domui.* Denique cum tertio à morte obita die victor, & triumphans de Morte & Inferno, rediuiuus è tumulo ſurrexiſſet, iiſdem verbis Apoſtolos vna collectos ſalutauit, dicens, *Pax vobis.* Ecce, Miniſtri, Spiritum Dei. Veſtra vero Religio alio huic plane contrario ſpiritu animatur: ſiquidem illa, quemadmodum è Iouis cerebro Pallas, è matris viſceribus armata funditur: & ad ſonitum fiſtularum, & tympanorum, ad ſtrepitũ armorum, fragoremque rebellionum mũdum ingreditur, & priuſquam loqui norit, manus ferro inſtructas mouet, orbique vniuerſo metum & horrorem incutit. Conferte paululum, ſi quidem audetis, iſtam veſtram tam bello Reformatam cum Chriſtiana Eccleſia naſcente conferte. Vna ex parte veſtros Miniſtros Martis copiis ſtipatos: ex alia Ieſu Chriſti Apoſtolos ſæuiſſimis hoſtibus ipſos diuexantibus circumuallatos: hic veſtros lupos: illic Dei agnos: Hinc furores veſtros, viperas, Draco-

Libri III, Cap. 29.

Vniuerſa Pax Chriſto naſcẽte

Luc. 1. & 2. 14

Io. 14. 27.

Mat. 10. 12.

Io. 20. 19.

LIBRI III. CAP. 29.

nes: illinc columbas ſimpliciſſimas: hinc veſtros congerrones ac fraterculos in armis, minas, cruorem, cædes ac funera ſpirantes, Euangeliũ ſulphureum, ferreum, planeq; dirum aduerſus Deum, ſuumq; Regẽ buccinantes: illinc antiquos fidei Athletas libenter ſe variis cruciatibus, mortiq; acerbiſſimæ obiicientes, vt Dominum ſuum honorarent, ipſiſq; Regib. ac populis vel ſuo ſanguine pacem, & ſalutem afferrent. Conſpicite in hac turma Sathanæ genium inter filios huius ſeculi frementem: in alia vero placidiſſimam Dei pacẽ, inter filios Dei vigentem. Attendite tandem quomodo iſta Reformata iam grandior, & adulta, & valẽtior virib. effecta, in dies ſęuire pergat: dulciſſimum pacis nomen abhorret, Martem nunquam non ſpirat, claſſicum canit, ad arma conclamat, bellum mouet, & quocũque pedem inferre poteſt, gerit cruentiſſimum. Quodnam eſt iſtud Euangelium? Quæ Religionis forma? Quis autem non intelligit, clareque videt, illius eſſe fœtũ, qui nũquam, ex quo factus eſt Diabolus, ſe Martem, atque Diabolum exhibere, & aduerſus Deum, & eius Eccleſiam odia exercere, bellumque mouere, conquieuit, vt rabiem ſuam inexplebilem cruore, interituque mortalium expleret? Quod ſi hanc Orci Furiam, ſi hoc teterrimum portentum vt Religionem Reformatã probatis, ſi veneramini, ſi amplexu, ſinuque fouetis, nonne perſpicuum eſt nouum Martis Idolum, ad exemplar veteris Ethnici effigiatum, à vobis pro vero Deo adorari?

Calui-

Caluinianum genium natura ſua Ethnico more Martiũ, ac factioſum eſſe: ex aduerſo Fidei Christianæ Catholicæ ſpiritum mitem, & pacificum: contra Miniſtrorum obiecta.

Capvt XXX.

AD ea quæ ſuperiori capite de turbulento, factioſoq; veſtræ Religion. genio, deq; Martis Idolo in ea renouato, dicta ſunt, ſcio vos, vt oẽm ab ea culpam remoueatis obiecturos bella plurima à Chriſtianis fieri, perturbationes, & tumult⁹ in vrbibus & prouinciis ab iiſdem frequẽter excitari in Eccleſia Catholica: nihilominus nos eam, vt pacis alumnam agnoſcere, talemq; prædicare: vnde cõtenditis veſtrã ſimiliter non magis ducendã Ethnico more Martiam, nec tumultuoſam, ac diſſidiorũ altricem, tametſi vos ei⁹ alumni plurima bella geſſeritis. Eſt ad hoc in promptu reſpõſio: dico igitur, quod à vobis proponitur ad omnẽ rationem, iuſq; reſpondendi aditum præcludere: neque per id vos poſſe, meorum argumẽtorum vim declinare. Etenim quæ bella Chriſtiani Catholici confecerunt, aut iuſta ex ſe fuerũt: aut ſi quædam iniqua iniuſtaque ſuſcepta ſunt: ſi noñulli tumult⁹, ac ſeditiones exortæ, illa omnia ex mera hominum malitia, quẽadmodũ cętera peccata fluxerũt, nõ ex Eccl. Spiritu à qua omnis iniuſtitia dãnatur. Atenim q̃ vos cunque bella ſuſcepiſtis, noñe tandem potuiſtis agnoſcere fuiſſe iniuſtiſſima, eaq; oĩa ab ĩgenio, ſpirituq; veſtræ Reformatæ manaſſe? Illa eſt q̃ veſtris menti-

Bella in Eccleſ. Cath. excitata.

Spirit⁹ Eccleſ. Cath. pacificus.

bus iræ, ac furoris flammas iniecit: quæ manus ferro armauit: quæ vt furioſa, factioſaque parēs, furioſos item vos, factioſos, crudeleſque genuit, pepit, educauit. Et hoc audebitis negare, quod vidit tot⁹ Chriſtianus orbis, ad quod demonſtrādum vel ſola ſufficit experientia. At non tales procreat Eccleſia Catholica filios; ſed nec ea mater eſt, veſtræ ſimilis: parit illa mites agnos, nō lupos crudeles, quoniam ſuaui, benignoq; ſponſi ſui ſpiritu vegetatur: à ſanguine, ac cædibus abhorret, preceque ſolenni ab authore pacis Deo religioſe poſtulat, vt ſemper ſe tranquillo in ſtatu, ac pace tueatur, veſtra vero nunquam non cædes, & incēdia meditatur. Nemini domeſticorum Dei, cui diuini verbi, ac myſteriorum diſpenſatio credita ſit, per matrem noſtram licet cruentum temporaleue bellum vllum, quamuis iuſtum eſſet, gerere: contra vult illa, omnibuſque præcipit pacem vt ament, obnixeque foueant: Veſtra vero ſuos Miniſtros creat bellatores, rebellionum anteſignanos, ſeditionum incentores, duceſq; immaniſſimos. Quod bellum gerit Eccleſia Cath. prorſus ſpirituale eſt, vt ante dixi, cum noſtræ ſalutis hoſtibus ſuſceptū, cum Dæmone videlicet, cum Mundo & Carne: cum Idololatria, ſuperbia, auaritia, inuidia, impudicitia, & cæteris id genus vitiorum portentis, q̄ nobis ad cœlos iter obſepiunt. Huic bello Mundi Rector p̄eſt, qui ob eam cauſam DEVS Sabbaoth, i. exercituum vult nominari. Hæc Dei ſpōſa in hoc genere belli, fortem, ac ſtrenuam operam nauat: eſt quippe terribilis, vt caſtrorum acies ordinata, Inferni, Mūdiq; Phalangib. formidoſiſſima. In hac acie noctes, dieſq; verſatur, ꝓpoſitiſque ſibi beatæ immortalitatis præmiis, æternoque donati-

Da pacem Domine in diebus noſtris &c. Oratio, Eccleſ. Cath.

Eccleſiaſtici immunes à bello

Eccl. bellū ſpirituale

Cant. 6. 3.

donatiuo, pugnat fortiter, cedit nũquam hoſti, vicitque: cuius exercitii nomine militans in hac vita dicitur, quẽadmodum poſt victorias partas, in cœlo pacis æternæ regno Triumphãs nominatur. Veſtra vero muliebriter, & abiecte cum carne paciſcitur: ſeruili, turpique deditione facta, eam Domina agnoſcit, cui vt obſequatur, abſtinentiæ virginitati, caſtitati, Sacramentis, vigiliis, ieiuniis, cunctis denique pietatis exercitiis, quæ in Domo Dei maximi ſemper habita ſunt, vſuque frequẽti recepta bellũ infert inexpiabile: & in hac ſolum ignauia, generoſam ſe, fortemque præſtat: pro omni victoria, laudiſque cumulo hoc aſſequitur, vt quandiu in hoc mundo verſatur immaniſſimi Dæmonis, vitiorumque tyrãnidi mãcipetur: in futuro aũt ſeculo mortis vt æternæ pabulum, in Inferorum carceres demergatur. Cæterum ſi Eccl. Cathol. filii de bello tẽporario ſuſcipiendo: aut aliqua de re vi, armiſque decidenda dubitent: primum eos ſedulo commonet, vt omnes pacis ineundæ vias conſectentur, vt cum aduerſariis, nullis interpoſitis armis, amice tranſigant, nec niſi ſumma vrgeat neceſſitas, ad dimicandum veniant: ſecundum doctrinam, quam per vnum ex alumnis ſuis tradidit his verbis, *Pacem habere debet voluntas, bellum neceſſitas: vt liberet Deus à neceſſitate, & confirmet in pace.* Secundo docet Eccleſia vt bellum rite ſuſcipiatur, iuſtum eſſe debere: erit autem iuſtum tribus ſeruatis cõditionibus. Prima eſt, vt iuſta ratione, id eſt, ad iniuriam vimque propulſandam, aut ad redhibendas, conſeruandaſque res ſuas concipiatur. Altera, vt ab eo, qui legitima pollet authoritate, indicetur: quales ſunt Reges in ſuo regno, ſummique in Republica Magiſtratus.

LIBRI III. CAP. 30. Eccleſia militans.

Pax Hugonoticæ Eccleſiæ.

Quo pacto Eccleſ. Cath. bellum ſuſcipiat.

S. Aug. ad Bonifaciũ Epiſt. 205.

Tres ſunt belli iuſte gerendi cõditiones.

Authoritas legitima. Iuſta cauſa.

Libri III. Cap. 30.

Recta intentio.

S. Aug. l. 22 cont. Fauſt. c. 74 & 75. ep. 5 & 207. S. Tho. 2. 2 q. 40. art. 1. & aliis.

Hebræor. bella & Chriſtianorum.

Tertia deniq; vt recta intentione ſuſcipiatur, geraturque: videlicet, nulla nocendi, vindictæue exercendæ libidine, nec etiam dominandi cauſa, ſed pro communi Reipub. bono, Deiq; gloria. Talia fuerũt olim Hebræorum bella, cum Dei filii cenſerentur: Talia Chriſtianorum, noſtratiũ, maxime Principũ Heroumq; Francorum, Clodoueorum, Carolorũ, Ludouicorũ & aliorum, qui facinoribus egregiis, virtuteq; bellica ſui nominis famam immortalitati apud viuos conſecrarunt, inſuper & gloriam in cœlo ſunt immortalem conſequuti. Quod ſi Chriſtianorum aliqui, nullis ex iis, quæ modo recenſui, conditionib. legibuſq; ſeruatis, ſumptis armis bella fecerint, ſuiſque factionibus otium commune, pacemque turbarint, hoc inquam per ſummam ipſorummet malitiam, præterq; voluntatem, leges, documentaque matris optimæ fecerunt, eorum hac in re molitiones, conſiliaque damnatis: nec vobis ad aliud illorum eſſe poteſt vſui exemplum, niſi ad vos veſtramque Religionem condemnãdam, quæ contraria penitus Eccl. Cath. affecta qualitate, docet, ſuadet, & inculcat bellum, claſſicum perſonat: ex ſe iniqua eſt, ſeditioſa, ſuoque in ſinu lites, diſſidia tumultus, & ſeditiones fouet, ſuoque charactere inuſtos procreat filios: qui cum bellum Deo hominibuſque inferunt, matris modo ſuæ doctrinã exequuntur. Veſtros iſtud ponam ob oculos, intima naturæ illius viſcera reſerabo, Idolaque palam noui Martis exponam quæ tenebroſus ille Genius ſpiritali modo fabricatꝰ eſt, vt, ſi quidem illum auditis, ea intra veſtrorum concepta templorum cultu reformato veneremini.

De ſeditioſa natura, factioſoq; nouatæ Religionis Genio; ac de falſi Dei Martis Idolis in eadem inſtauratis.

CAPVT XXXI.

CViuſcunq; Religionis eſſentia, vis, & natura in iis maxime q̃ continet, traditq; documentis effatiſque cõſiſtit: quæ ſi ex ſe tumultus, ſeditiones, ac bella procreãt, neceſſario ſequitur eiuſmodi Religionem natura prauam, ſeditionum, & bellorum eſſe procreatricem. Agite dum veſtra proferamus axiomata, in iiſque rebellionum ſeminaria, ac Martis Idola videamus, vt omnibus conſtet veſtram Religionem ſuapte natura ſeditioſam eſſe, Martiſque Idololatriam veriſſime eam dici debere. Vnum eſt pronuntiatum, quo tota fere Idololatria Martis cum eius Idolo, veluti fundamento nititur: Nimirum: *Fas eſſe planeque licere in Principem inſurgere, eiuſque ſubditos ad rebellandum excitare.* hoc effatũ in Lutheri, Caluini, cæterorumque veſtræ Sectæ Patriarcharum libris proſeminatum extat, illudq; pro concionibus identidem inculcatis, maximoq; id opere à veſtris diſcipulis factitatur. Lutherus quidem in eo libro quem anno ſexquimilleſimo vigeſimo, ab apoſtaſia tertio in vulgus emiſit, hoc effatus eſt: *Inter Chriſtianos nulla debet eſſe ſuperioritas.* Ergo ſi Lutherus auditur, exauthorandi erunt, ſi quidem fieri poterit, quicunque rerum potiuntur Magiſtratus, ac Principes. Eodem ille Genio impulſus in Epiſtola contra duo Mandata Cæſaris ſuos hortatur, ne ciuilibus pareant Principibus, nec in iis modo quæ ad conſcientiam ſpectant, ſed

Luth. l. de poteſtate ſeculari edito Anno 1520. ad Io. Duc. Sax.

Idem in ep. contra duo Cæſaris mandata.

LIBRI III. CAP. 31.

ſed ne in aliis quidem, vt cum illi arma expediri, & ad bellum proficiſci præcipiunt. Audiſtis ſupra Lutheri diſcipulum Thomam Monetarium ad defectionem populares ſuos excitantem, vtq; omnem dominatum vi armorum proterant, claſſicum perſonantem. Quid vero Melanchthon? Illone modeſtior? Quid ſuis Germanis ſuaſerit, audite. *Siquid Magiſtratus præcipit contra ius diuinum, ne obtemperes, ſed pertinaciter repugnes: vt quādo præcipit bellum ſuſcipi aduerſus Turcas.* Ius diuinum, ſecundum eam, quam ꝓfitebatur fidem, vocat Philippus Hæreſim; adeo vt ſi quicquam Magiſtratus contra iſtam fidem imperet, omni conatu illi ſit reſiſtendum, hoc eſt ab eo deficiendum, rebellādumque. Caluin. autem nihil omnino prætermiſit eorum, quæ ad hoc axioma, & Idolum Martium titulo Religionis ſtabiliendum facere videbantur. Haud ſane tanti apud illum erat obedientiæ ſtudium, fouendæque pacis induſtria. Ipſe quidem interdum non omnino male de Bello diſſerit, de Regibus, viriſque Principibus nonnunq̃ honorifice ęq tatē ꝑ ſe fert ſed aſſumpta hypocritæ pſona, diſſerit, nam cōtra ſe ſtatim dicit apertiſſime, Regūq; Maieſtatē adeo frequēter horrendeq; dilacerat, vt ſatis indicet ſe, quicquid de belli ratione, Regibuſq; docuerat, id ſimulate modo feciſſe, nempe vt aſtutius rebellandi viam ſubditæ plebi aperiret. Satis mihi fuerit vnam aut alteram periodum, hoc vt confirmem adducere ex eiuſdem concionibus in Danielem, vbi ſerio è ſuperiori loco agens ita reformatum gregem inſtituebat.

Phil Melā. in c. 13. epi. ad Rom.

Caluin. in Inſt. l. 4. c. 20. §. 11. & ſeqq.

Caluinus rebellionē buccinat.

in com in Daniel. ex cuſis Rupel la An. 1565 Serm. 9.

Quando Principes Dei Maieſtati ſe opponent, quando plus ſibi quam decet aſſument, ſi eo vſque ſe efferant, Apage, apage, ſordes ſunt, & ſtercora. Potuiſſetne Principū

autho-

authoritatem magis deprimere, altioraue rebellionis fundamenta defodere, populoſque ſubditos acrius commonere, vt in eorum dignitatem inſultarent, armiſque impeterent, quoties illi cunque Dei Maieſtatem imminuere, aut vltra quam licet, quippiam moliri iſtorum iudicio viderētur? Agnoſcas vulpeculam obgannientem, & ſuauiter admodum blandientem, cùm paulò poſt ait, obediēdum eſſe Principibus, quamuis in fortunas, & ipſa ſubditorum corpora graues immineant: ſed continuò vocis huius ſuauitatem intolerabili fœtore depellit: cum ait. *Principes terreni ſua ſe priuāt poteſtate, cum aduerſus Deum inſurgunt imo indigni ſunt, qui in hominum numero cenſeantur. Quare in conſpuendi ſunt potius quam vt eis obedientia præſtetur.* Vult hic Reformator à regali ſolio Reges deturbari, in ordinem redigi, pedibuſque conculcari niſi ſe ad Hæreticorum voluntatem, ac nutum fingant, & accomodent. Nunquid hoc amplius eſt quam ius ſuum à Principibus armata manu repoſcere? Nonne ex hoc effici vult Geneuenſis Antiſtes vt ſubditi in Dominos ſumma authoritate dominentur? Vt imperiti de legib. ac iure decernāt? vt in ſummos quoſque Magiſtratus inſani populi furor armetur? Eadem qua Magiſter ſuus modeſtia eſt Beza, cū cæteris in ſcriptis, tum in quadam Epiſtola, in qua palā & aperte hortatur, *Fideles Francos, vt nunqnam cum Sathana pacem ineant.* Id eſt, vt ſuo more loquar, cum Rege Franciæ (quem reformata modeſtia Sathanam appellat) & incœpta rebellione perſiſtant. Cuius moniti ſui rationem alias adiecit, nimirum, *Libertatem Eccleſiæ Franciæ armis comparari; iiſdemque conſeruari.* Ergo vos Magiſtros veſtigiis perſequutos fuiſſe ſcripti libri

Idem in Daniel. 6. *v. 3. fol. 68. edit. Gen. per Fran. Peri 1569.*

Varii Miniſtrorum libri ſeditioſi.

Libri III. Cap. 31.

Iunius Brutus Tocſin des Maſſacreurs. nomine ſumptum eſt à ſigno agitatione æris campani dari ſolito ad ſubitū incendium vel hoſtiū aduentum &c. Galli Tocſing appellant. Epiſtola Bruccij. Furor Gallicus Furā der François. Alithia Cōcil. ſacrum.

libri teſtantur: *Iunius Brutus*. De poteſtate Principū. *Epiſtola Bruccij ſuppoſiti*, hoc eſt Bezæ: *Furor Gallicus, Alithia? Concilium ſacrum*, liber cuius inſcriptio gallica *Tocſin des Maſſacreurs*, aliique iñumeri eiuſdem argumenti libri, veluti rebellionum atque bellorū faces, in lucem emiſſi. Et vt nulla in publicis Annalibus, teſtimonia extarent: tam frequentes veſtrorum hominum, ad noui Euangelii veſtri leges Reformatorum factiones, bella ab iiſdem in hoc Regno aduerſus Reges, patriamque ſuſcepta: nefaria prorſus Amboiſiana, Meldenſis, Pariſienſis, alibiq; frequens conflata in Chriſtianiſſimorum Regum ſuorum capita conſpiratio, toties pugnatæ pugnæ, aliaque veſtræ crudelitatis effecta, toti Chriſtiano orbi ſatis, ſuperque cognita, apertiſſime conteſtātur vos iſtud inſtar axiomatis religioſi tenere, quod poſſint ſubditi populi rebellare, bellumque contra ſuos Principes mouere, quando eos ſe aduerſus Deum extollere, aut plus ęquo ſibi aſſumere iudicabunt. Sexcenta poſſent molitionum veſtrarum ſingularia exempla proferri, vnico ero contentus, quod niſi Hiſtorici veſtri literis mādaſſent, vix auderem attingere. Ex quo me nihil præter verum, atque teſtatum de veſtra Religione rebellatrice dicere cognoſcetis: vtque eo cognito tandem aliquando ſapere diſcatis. Memoria credo tenetis Henricum III. Regē, cum ex Polonia rediret, haud procul Liurono iter feciſſe, quod oppidum, cum ab ipſo Rege defeciſſet, tum eo iubente obſidebatur. Quam honorifice fuerit Princeps à ſubditis, veſtriſq; diſcipulis exceptus, quoue modo perduelles ſuæ rebellionis veniam, ac miſericordiam implorarint, ex Hiſtorico veſtro accipite, vt quales

Oppidum eſt in Delphinatu edito in colle valde munitum.

veſtra

veſtra doctrina fructus pariat, agnoſcatis.

Inſigni rebellium Hugonotorum Liuroni exemplo Caluiniſmi ſpiritus in ſuo primo axiomate declaratur.

CAPVT XXXII.

EN vobis exemplum ſumma fide ex Hiſtorici veſtri narratione Gallica latine redditum. *Obſeſſi,* inquit ille, *vt Regem ad ſe propius acceſſiſſe cognouerunt diſploſis catapultis eum excuſſa globorũ grandine excipiunt, moxq́; in clamores inſanos effuſi, ſexcenta in Regem, ipſum, ac reginam conuicia vel inuitis ducibus deblatterant prorſus, vt facile quaq; verſus exaudiri poſſent.* Ex his verbis effecta, & ex effectis veſtri axiomatis, Idoliq; Martis reformati, denuoq; in vobis conflati vim, & qualitatẽ poteſtis agnoſcere. Tot ibi videtis voluntate, affectuque paricidas, quot ſclopetarios; cum mens vna fuerit omnibus Principem ſuum ſi quidem potuiſſent occidendi: Tot paricidia imminutæq; Maieſtatis crimina. quot plumbeæ glandes è ferreis fiſtulis in Regem ſuum diſploſæ fuerunt. Tot blaſphemias, totq; in Vnctum Dei, ipſumque Dẽũ blaſphemos, quot fuerunt ad tam nefarias voces ora diducta. Cæterum Hiſtoricus huius facti ſeriem abſq; vllo pudore commemorat; non arguit non damnat, nõ reprehendit tanti ſceleris immanitatem; propter eaq; ex axiomate Caluini, & Martis Idolo iudicat licitum eſſe, idem omnino q̃ rebelles Liuronenſes contra ſuum Regem factitare. Quod autem ad leniendã aliquantulum criminis atrocitatem adiunxit, inuitis ducibus, Ducũ ſcelus amplificat: quod enim præ ſe ferrent illam impietatẽ improbare,

In hiſtoria rerum memorabiliũ ſub Henrico III Ang. 1575.

probare,

probare, ea profectò manifeſta erat ſceleris cõfeſſio, & quæſitus ad ſimulationem obtegẽdam prætextus: vt eo animaduerſo militum furor magis ac magis, vt ignis ardens inſperſis frigidæ guttulis, ad conuiciandum inardeſceret. Si fideles iſti Franci hoc infideli axiomate non omnem humanitatis ſenſum exuiſſent, ſi non Martis veſtri Idolo maiorem; quam ipſi Deo, honorem habuiſſent, à quo iubemur debitum obſequium eis præſtare, eoſdem vt auguſtos reuereri, nonne potiorem cẽties mortem duxiſſent, quam vel minimam partem eorum quæ contra Regem, Regiſque matrem patrarunt, mente concipere? Et eam ſunt auſi ſceleris atrocitatẽ in Principem illum exercere, quem ſuum legitimum eſſe Regem & ſciebant, & fatebantur? Tãtum inquam auſi nefas nobiles viri, Franciq́ue milites, quorum aurib. Regis nomẽ, vt quiddã dulce, atq; cęleſte reſonare, eiuſq; p̃ſentia, vt viua Dei prępotentis imago venerabilis eſſe conſueuerat: Regis nomen ipſis etiam Barbaris adeo ſanctum eſt, & honorabile, vt pro eo tuendo extrema ſubire non dubitent: Iſti vero religioſe Reformati, vt maximũ ſuæ Religionis opus duxerunt, quibus poterant telis Regis caput eminus impetere, aut certe quoniã optatis non reſpondebat euentus, conuiciis, & iniuriarum iaculis ore maledico vibratis Regiam dignitatem violare, & authoritatem conuellere. Satiſne perſpicuum eſt hoc veſtrorum exemplum, vt in eo Caluinianæ doctrinæ impietatem videatis? Perpendite quæſo axiomatis iſtius in eſſentia, & effectis peruerſitatem, ſimulq́ue Reformatoris (ſi ſuperis placet) Eccleſiæ in loquendo inſolentiam. In primis illud Scripturæ ſacræ omnino aduerſatur: quæ

Præcipit Deus Reges & Magiſtratus honorari.

quæ

quæ paſſim iubet debitum Regibus, ac Magiſtratibus honorem impendi; ſerioque prohibet eos verbo, vllaue ratione violari: nec opus eſt id vt confirmem locos multos congerere, cum vos non modo id non inficiemini, verum etiam ingentia volumina librorum hiſce teſtimoniis referta ad aucupandam regum, virorumq; potentium gratiam exaretis, cum præſertim ab eis aliquid ſpei, & fauoris affulget, vt illis licet, tyrannis, & Hæreticis honorem, deferendum, eorumque imperium ſubeundum eſſe probetis: Et tamen generale veſtrum effatum aperte docet, nihil eis honoris impertiendum, imo ſordium inſtar ducendos, vtq; viliſſimos calceos eſſe contemnendos.

LIBRI III. CAP. 32. Præcipit Deus Reges & Magiſtratus honorari. In gratiam Regũ ſcribunt libros Hugonoti, cum ab iis commodũ aliquod ſperant.

Secundo hoc pronuntiatum omnẽ eis detrahit authoritatem, & omnem in improbos animaduertendi, ac præſertim Hæreticos in ſuum Principem armatos adimit poteſtatem. Etenim ſi in eodem regni ſint Arriani, Manichæi, Anabaptiſtæ, Neſtoriani, aliarumue Sectarum Hæretici, qui Regi à ſuis opinionibus alieno ſubſint, à quo ſi recte ſentire, ſi in officio contineri cogantur, illi ſtatim cum Caluino Apage, apage, conclamabunt, nihilque aliud illum eſſe quam ſordes, atque excrementum Regis ſe aduerſus Deum efferentis; nec enim pluris ducendum, quam detritos, ac viles calceos; imo de regali ſolio deturbandũ, & aduerſus eum quidquid à veſtro reformatore audiſtis, moliendũ, quæcunque deniq; cõtra reges noſtros machinati eſtis, reque ipſa perficere voluiſtis, aut quæ cõtra ipſos rebellantes vrbes, & oppida externæue prouinciæ eiuſdem doctrinę veneno infectæ, contra ſuos principes perfecerunt. Quid ergo, dicetis, nunquamne

Calu. ſerm. 9. in Daniel

Digitized by Google

nobis eorum detrectare licebit imperiū? Semperne cogemur illorū obſequi voluntati? Reſpondeo, ſi quid fidei, Diuinæq; legi repugnans iuſſerint, nequaquam in hoc eis obſequendum; neq; tamen fas erit ab eis deficere, rebellare, ad arma conclamare, priuataque authoritate vrbes occupare. Imitandi ſunt omnium ætatum Dei filii maximeque Chriſtiani, qui ſe aliter quam vos, vtpote in ſanctiori ſchola inſtituti, geſſerunt: qui in quibuſcunque rebus, ſalua conſcientia, poterant, huius mundi principibus etiam Ethnicis, diſcoliſue obſequuti ſunt: ſedenim cum ab iis falſos Deos Idolaue colere, aut aliud quoduis impietatis genus patrare iuberentur: magno illi tum animo à diuina lege ſtantes, pro veritate tuenda libentiſſime ſanguinem, vitamque profuderunt; itaque quæ Dei ſunt Deo, quæ Cæſaris Cæſari reddebant, vt nunquam à debita Principibus obſeruantia diſcederēt, quod eos à Deo ſibi impoſitos & eo nomine honorādos intelligerent. Multo vero minus ab iiſdem deficere, aut rebellare cogitaſſent, aut ſumptis armis contra eos bellum mouit: aut eorum regna ditioneſue ad prædam, & direptionem exponere; aut ita in eorum perſonam conſpirare, vt eos ſceptro, vitaq; priuarent, aut eorum vrbibus occupatis, contraq; ipſorum voluntatem vi, armiſq; retentis, ſtatum alium in eorum ſtatu, regnoue conſtituere, aut denique ea, quæ nullo vos (niſi errantium veſtri ſimilium) exemplo, patraſtis, facere vnquā attentaſſent. En vobis quanta ſit, & qualis veſtri axiomatis in eius eſſentia, & effectis malignitas; quantaque Caluini Doctoris veſtri in loquendo modeſtia. Ergo ſi omnis Hæreſis eſt Idolum, vt ſupra demonſtratūm eſt;

Quibus in rebus, & quomodo Magiſtratui parendū

Fides & cō ſtantia martyrum.

Mat. 22. 21
Mar. 12. 17.
Luc. 20 25.

Reges à Deo miſſi.

tum eſt & ſi cuiuſcunque rebellionis is author eſt, qui priſcis temporibus ſub Martis nomine ad ſe adorandum mortales inducebat, an poteſtis negare vos in hac noua doctrina Martis Idolum Gigantina effigie conflatum habere? Illud certe habens, & inſtar Religionis oraculum, ac ſacroſanctum myſterium veneramini; vnde conſtat vos eſſe Idololatras, ac tales iure ac merito nominandos. Et ſi immoderatus linguæ vſus, & inſolentia, ſuperbiæ interius latentis minime dubius eſt index, videte quomodo ſit affectus animo veſter Anteſignanus, cum de regibus ac principibus loquitur, ea, ſcilicet, verba vſurpans, qualia ne in Myſorum quidem poſtremum iactare debuiſſet.

Alterum Martis Idolum ſuper ſecundi effati Martij pegmate collocatum.

Capvt XXXIII.

Alterum eſt axioma, ſuper quo cernitur in veſtra Religione erectum ſecundum Martis Idolum; eiuſdem quidem, quo primum, ſuperiori capite declaratum, impietatis, forma tamen diſſimili; nimirum data dextra pacem init cum Diabolo, quo Deum validioribus armis oppugnet. Hoc verborum formula eſt conceptum, & euulgatum axioma: Bellum non eſt contra Turcam ſuſcipiendum. Lutherus hoc Idolum conflauit, Melanchthon expoliuit, vos ſummo ſilentio veneramini. Lutherus enim in ea quam contra duo Cæſaris mandata ſcripſit epiſtola, vbi conuiciorum plauſtris Principes onerauit, eos fatuos,

Digitized by Google

LIBRI III. CAP. 33.

beſtias homines, ratione, & oculis, carentes, &c. appellans: *Oro*, ait, *cunctos pios Chriſtianos ne vllo modo obſequamur, vel in militiam ore, vel dare aliquid contra turcas: Turca decies probior eſt, prudentiorque quam noſtri principes. Quid talibus fatuis contra turcas proſperi eueniet?* Quis autem aſſecla diſcipuluſq; Melanchthon diuini iuris limam ad perpoliendum Idolum adhibet his verbis: *Si quid Magiſtratus præcepit contra ius diuinum, ne obtemperes, ſed pertinaciter repugnes, vt quando præcipit bellum ſuſcipi aduerſus Turcas.* Ex huius itaque Reformati ſententia, Bellum inferre Turcis, prorſus idem erit, ac diuino iuri repugnare, Deique leges infringere. Eodem ſtyli genere reliquos ſectarios vti videmus. Vos autem etſi non tam aperte eadem tamen qua illi mente imbutos eſſe non obſcure ſignificatis; nec enim bellum aduerſus Turcam ſuſcepiſtis vnquã, nec ſuſcipiendũ prædicatis: quinimo ſatis cõſtat vobis, gratiores eſſe de illius ſęuiſſimi hoſtis rebus proſperis nuntios quam de fœlici Chriſtianorũ Catholicorum curſu: quem ſi ab his in acie profligatũ, ſi ereptam illi prouinciam aut vrbem nuntio perferantur, turbamini, expalleſcitis, męrore contabeſcitis. Quo de effectu haud ſane magis, quã de axiomate mirandum eſt; quandoquidem per magna cernitur multis capitibus Alcorani turcici cum veſtra Religione conſenſio. Alcoranum carnis voluptatem magnopere commendat: veſtra Religio eandem cum reformationis prætextu prædicat. Alcoranũ miracula reiicit, quod nulla potuerit Mahometus patrare: vos ſimiliter nullo modo in Eccleſia fieri cõtenditis, eo quod nullo vnquam miraculo veſtram opinionem potueritis confirmare. Alcoranũ, & Turcæ ab Eccleſiæ

Luth. in ep. contra duo Caſ. mand.

Melancht. in cap. 13. Epiſt. ad Rom.

Multi Alcorani articuli Hugonotorum Religioni conſentiunt.

Vide Caluinoturciſmũ

cleſiæ Catholicæ ceremoniis vehemẽter abhorrẽt: vos eaſdem repudiatis, penituſq; deteſtamini. Turcę crucẽ oderunt, vos & crucem, & omnia Dominicæ paſſionis monumenta peſſumdatis. Turcæ nullas ſuis in dolubris habent imagines; nullas in veſtris eſſe patimini, Illi pertenuem de Ieſu Chriſto opinionem hauſerunt; eum ſiquidẽ modo Prophetam, ac Dei ſeruũ arbitrantur, vt olim Arriani, quãquam eum Dei filium dictitarent. Nec profecto de eodẽ maius quippiã quam illi, ſentit, ac docet Caluinus, vt ſupra oſtenſum eſt: nam ea paſſim loca cõfirmat quibus ad oppugnandã Chriſti diuinitatem Arriani abutebantur: Sanctorumq; Patrum eadem loca exponentium, & in fauorem Catholicæ fidei Arrianos refellentium eludit, contemnitque reſponſa: cuius ſcripta quicunque diligenter perpendit, & probat, multis ex eorum locis Arrianorum, ac Turcarum opiniones, non Chriſtianorum imbibit animo, aut penitus in Atheorum impietatem prolabitur. Obſeruatum eſt enim multos veſtrorum in Polonia, Hungaria atq; Transſyluania Caluini doctrina imbutos, ad Arrianos, Turcaſue defeciſſe, vel omnem plane de Deo fidem, ac ſenſum abieciſſe, vt Diagoræ impietati adhæreſcerent. Cuius rei teſtis eſt Andreas Miniſter Lutheranus, ac Tubingenſis Academiæ Cancellarius. Præcipuum autem caput veſtræ cum Turcarum gente conſenſionis, in odio capitali conſiſtit, quo vna cum illis in ſummum Pontificẽ flagratis. Nam quemadmodum illi Ieſu Chriſti Vicarium crudelibus ſemper bellis perſequuti ſunt, ita vos in eum infeſtiores quam Turcæ hoſtes eſſe pergitis. Nullus itaq; miretur Lutherum, veſtroſq; Patriarchas omnes ſingulari

Supr. ca. 10.

Hugonoti Arriani, Turcæ, & Athei fiũt.

Andreas Tubing. Academ. Cancell.

Luther. in præf. apol. Dan.

Digitized by Google

gulari beneuolentia in Turcam fuiſſe, & in eius gratiam Martis Idolum collocaſſe: non inquam miretur vos rebus illius afflictis dolere, ſecundis autẽ gaudio cumulari; nam quandiu eius vigebit imperium, Papa veſtri Hugonotiſmi aduerſarius illum inueſtiſſimum hoſtem habebit; vos contra maximum in eo veſtræ Reformatæ præſidium contra eundem Pontificem, quem perdere cogitatis.

Cæterum huius doctrinæ Ethnico more Martię qualitatem, & huius Idoli turpitudinem pauliſper attendite; ea ſiquidem eſt, quæ miſerandum in modum veſtram deprauat voluntatem, vt animo vos cum hoſte Ieſu Chriſti, fideique Chriſtianæ omnium: qui eſſe poſſunt infeſtiſſimo coniungat: & in eiuſmodi belli odium inducit, quo nullum iuſtius, nullumq; glorioſius in orbe terrarum à Chriſtianis ſuſcipi, geriq; poſſit. Eo ſiquidem fine ſuſcipitur, vt patrimonium ac prouinciæ filiorum Dei, de crudelis, perfidique Tyranni manibus, qui ea per dolum intercepit, præterq; ius omne vi occupat, recuperentur. Bellum concipi, inſtruiq; ſolet in Turcas, ad propugnandam, & propagandã fidem Chriſtianam, ad Dei gloriam illuſtrandam; ad mortales innumeros in libertatem vindicandos, quos immanes illi Barbari corpore, animoq; captiuos in neruo; ferroq; detinent, ſæuiſſimeque diuexant. Et tamen nulla vos eorum ſubit miſeratio, nec ferrei fratrum veſtrorum compedes, nec eorum quiritationes, voceſq; lamentabiles quibus veſtrã opem implorant, nec cruciatus quos ſubinde patiũtur, acerbiſſimi veſtros poſſunt animos vlla ratione cõmouere, quin de eorũ potius captiuitate, cum illa crudeli natione gaudetis. O ferre pectora! videte ſaltẽ

Bellum in Turcas christianis glorioſum & iuſtum.

vt tru-

vt truculentus,ac malignus iſtius Idoli aſpectus,inſtar cuiuſdam Meduſæ veſtros animos transformarit,& à maiorum veſtrorum nobilitate, veterumq; Chriſtianorũ virtute degenerare coegerit,qui tum ſe per beatos prædicabant, cum diuenditis fundis, ac patrimoniis,maria traiiciendi,facultates omnes ipſamq; vitam libenter effundendi ſibi offerebatur occaſio, vt cum illo Tyranno Barbaro, Antichriſti prodromo manus conſererent,eoq; fracto,ac profligato diuinum victoris Chriſti trophœum,illis in terris rurſus reponerent,quas idem æterni Dei filius,ſacris veſtigiis nobilitauit, miraculis illuſtrauit, atq; ſacroſancto ſuo,ſuorumq; ſanguine conſecrauit. Vos autem contra non ſolum eorum exemplis non mouemini,vt aduerſus Chriſtiani nominis hoſtem arma capiatis: quin potius nefaria ad eius aucupandam gratiam vulgatis axiomata, & quantum in vobis eſt,impedimenta Chriſtianis obiicitis, ne ſe ad eum debellandum expediant;ne pugnamDomini exercituum pugnent,eiuſq; gloriam amplificent,contraq; ius diuinum fieri docetis iuſtiſſimas cum infeſtiſſimoDei,eiuſq; filii IeſuChriſti hoſte inimicitias exercere. Quiſquamne igitur dubitabit vos illius impuri ſpiritus Idololatras pronuntiare, qui apud Ethnicos Martẽ ſe armorum,bellorumq; Deum vocitabat, cum ille mentis veſtræ oculos ne lumen diuinæ pacis cernatis, excæcarit, ferreiſque pertinaciæ vinculis ita voluntatis, animique affectus conſtrinxerit,vt nec ad veritatem Catholicam ſummę pulchritudinis amplectendam,nec ad fidei & charitatis cum Dei filiis ſocietatem ineundam velitis, nec valeatis induci?

Franci contra Turcas & infideles ſemper generoſi.

Turca Antichriſti emiſſarius.

Hæretici à bello in Turcas deterrent.

De ſacrificiis Martis, & animalibus eius tutelæ attributis in Caluiniſmo ſpirituali modo expreſſis.

CAPVT XXXIV.

QVemadmodum Cacodæmon fictitiam Diuinitatẽ, & Martis Ethnici Idola in veſtra ſuppoſititia religione redintegrauit; ita quaſdam in eadem ſacrificiorum & hoſtiarum, quæ illi quondã offerebantur vmbras, ſimulachra, & animaliũ, quę in eius numinis tutela eſſe credebantur, figuras ſolerter expreſſit. Immolabantur Marti, vt ante diximus, equorum, canum; & aſinorum cadauera; quibus tria vitia, ſuperbia, calumnia, ac ſpiritus quidam animalis, rebuſq; terrenis immerſus, quæ ſunt Hæreticis maxime propria, haud inelegãter adumbrantur, Superbiæ expertem nullam vnquã Hæreſim extitiſſe conſtat; quoniã, vt ſuperius audiuiſtis, non aliunde quã ex ſuperbia ortum habent Hæreſes: nec vnquã fuit Hæreticus quin ſe in omnibus ſuperbe geſſerit. Eſt præterea mendax, & maledica Hæreſis, ad oblatrandũ, genuinũ infigendum, atrociuſq; quã ipſi canes mordendũ procliuis, & expedita, nec à matris ingenio, ac moribus Hæretici degenerant. Deniq; carnales, & vt ita dicam, aſininos animos gerunt, rebus hiſce terreſtribus & caducis affixos, quanquã cœleſtia nonnunquã ſuſpicere videantur. Eam ob cauſam Apoſtolus inter opera carnis Hæreſes recenſuit; idq; merito; quotquot enim hactenus Hæreſes extiterunt, licet initio ſublimem quandã, ſpiritalemq; doctrinam, moreſq; minime vulgares præſe ferre viderentur, hæ tandem carni, corporeiſq; voluptatibus inhæſerunt, & qui ſpiritu vide-

De Superbia, *ſupra lib.2.cap.1. & 9.*

Maledicã eſſe Hæreſim. *ſupra cap.3. & 13*

Hæreſes & Sectæ opera carnis. *Gal.5.20.*

tu videbantur cœpiſſe, carne conſumpti ſunt, vt de Galatis ait idem Apoſtolus. Cum autem Hæretici excelſitatem animi oſtendere, ſe inſtar leonum gerere tentaret, ipſo boatu, cuius generis eſſent animalia, prodiderunt. His victimis, & ſacrificiis maleficus ille Genius delectatur, qui pridem ad ſe, ſub nomine Martis adorandum Ethnicos induxit. Vos autem eſſe pro Hæreticis habendos, ſuperius euidenter oſtenſum eſt: & Hæreſis notas, aliasq; plurimas in vos, veſtramque Sectam conuenire, iam quid inde neceſſario ſequatur, colligite: & num generis humani hoſtis in veſtra Religione Martis ſacrificia magno veſtro malo renouarit, agnoſcite: & ſi quidem veſtræ ſaluti vultis optime conſultum, aliquando tandem reſipiſcite: & hos animi morbos, ob quos his animantibus ſimiles euaſiſtis, ſalutaribus pœnitentiæ medicamentis expellite: ne facti funeſtæ illius ficti Dei victimæ cum eodem æternis inferorum conflagretis incendiis: Illa porro animalia, quæ in eiuſdem Martis tutela præſidioque latere credebantur, multo etiam apertius in vobis quam ea ſacrificia videntur adumbrari: Siquidem lupi vel maxime typum Hæreticorum gerunt, falſorumque Prophetarum. *Attendite*, ait Saluator, *à falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.* Non alij deſignantur hoc loco quam Hæretici, Pſeudoq; Prophetæ, qui cum mendacia, falſamq; doctrinam tradant, exteriori cultu, geſtuq; probitatem, ſtudiumque virtutis præ ſe ferunt: ſed interius lupinam feritatem, atque crudelitatem fouent. Nonnulla ſuperius veſtrorum fratrum, ac maiorum furoris, & diritatis exempla obiter oſtendi: nec eſt neceſſe

LIBRI III. CAP. 34.
Gal. c. 3. 3.
Probatum eſt primo libro Hæreſim Hugonoticã. Hæreſis notas in ſecundo.
Lupi in Martis tutela.
Mat. 7. 14.
lib. 2. c. 23.

Digitized by Google

commemoratione crudelitatis crudeliumq; facinorum aures verberare, quorum pleroſq; veſtrum iam pudet: ſatis ſit leni penicillo notaſſe, quod primi veſtræ Sectæ Miniſtri, vt ſpiritales lupi, in tutela Martis falſi numinis fuerint, cui⁹ ductu, & auſpiciis Saluatoris gregem, pro data ſibi copia, inuaſerunt, diſſiparunt, ſæuiſſimeq; diſcerpſerũt. Vultures aũt in illis, vt etiam in vobis (quamdiu quidem eorum teretis veſtigia) ex vero ſimilitudinem ſui expreſſerunt. Vultur n. eſt auis prædatrix, bellorum amans, exercitus ſectatur, cadaueribus inhiat, & eadẽ triduo ante præſentit. Videte num ſpiritales hui⁹ Dei vultures ſitis, & volucres eiuſmodi Marti affertæ: nam paulo ante bella per vos excitata breuiter, ac generatim attigi, vrbes interceptas, regnum vaſtatum, externisq; hoſtibus prædationi datum: veſtra inſuper doctrina nihil præter carnem ſapit, & ſanguinem: & ex eius effatis vos ad aqualiculũ curandum totos componitis: quã belle in vobis vulturũ exhibetis effigiem. Nec à vero aberrabunt, qui Picos vos à Marte martios dicẽt: pro roſtro lanceam habetis, cantus autem veſter triſtior, eſt funeſtum bellorum omniumq; calamitatum auſpicium. Recordamini, credo, turbulentiſſimarũ Bezæ, eiusq; Symmiſtarum militarium concionum, qui anno M. DLXI. Lutetię, & alibi paſſim è ſuperiori loco claſſicum perſonabant vt ſuos auditores modis omnibus ad arma concitarent: ꝙ tum ex Epiſtola ſuperius allata, tum ex libris veſtrorum hominum edititis in lucem cognoſcere potuiſtis. Ad eadem, q̃ illa tempeſtate veſtri maiores patrarũt, audenda, ſupra modũ eſtis incenſi: ſeditiones enim, ac bella dies, noctesq; anhelatis: quæ cũ ea mouendi vobis ſit præ-

Vultures.

Picus Martius.

Supra c. 28.

ſit præciſa facultas, Picum neſcio, quem è cineribus illorum in Francum militem transformatum importuniſſimum bellorum oſcinem exhibuiſtis: perq; Galliã vniuerſam volitare feciſtis, qui aliquot iam annos roſtro tundendi, armatumq; Deũ Martem infauſto cantu ad ſuperiorũ exemplum, ciendi finem nullũ facit. Apage malo volucris omine: quę nihil præter roſtrum, ac ferale carmen afferat: cui profecto tam male cedet in huius numinis tutela, præſidioq; deliteſcere, quã ſibi male contulit, bellũ in media pace occinere. Auolet hinc ad Thraces & Scythas, & è tranquillis tandẽ, reuireſcẽtibus que Francorum Syluis excedat, q̃ improba voce Martẽ idemtidem euocare nititur, immemor ſe delituiſſe alicubi, ac penitus obticuiſſe flagrante bello in obſidione Ambianenſi, vbi tum eã oportebat pro ſalute patriæ dimicare, Regique ſuo cũ Catholica Nobilitate dies noctesq; loricato ſuppetias ferre, & ſi caſus tuliſſet, vitã glorioſe profundere. Quid tum Picus iſte Martius agebat? Antiquasne quercus, & ſemiputres ornos in ſaltu Pyrenæo ſcandebat, roſtro fodicabat, & ab alea præliorum procul exiſtens, ſecurusne cantillabat, vt decurſis deinde ſeptem, vel octo annis, poſtquam Francia maximis eſt defuncta periculis, ad claſſicum occinendum aduolaret? Agite dum quonam ex foramine ales hic bellicoſus prodiit, qui pictu Goliathum alterum nobis exhibet? Qui pictum gladium minaciter nudat? Qui lingua volubili Pyrenæas rupes ceu quondam vt Annibal Alpes igni ferroq; diffindit? Qui à duobus iam, ac tribus annis ferrum diſtringere conatus eſt, necdum potuit? Qui non ita pridem

Libri III. Cap. 34.

Miles Francus.

pridem ſe in equo cataphracto inſidentem haſtatum depingi curauit, equitis Franci aſſumpto ſibi nomine? haud ſane magis alioquin, quam Francus miles formidandus, quamquã felicius illi aliquanto pictura ceſſerit. Nam prius effictus erat haſtatus, nullo equo, pedes, talis nihilominus aptatis calcaribus, accinctus gladio, ſed vagina bene tecto dimicans cum hoſtibus, qui nulli erant. Et ne ventorum iaculis pateret caſſide caput, lorica pectus, & brachia ferro munierat: ex molliori tamen pelle elegantes admodum induerat ocreas, ac ſi pyrrhicam ſaltare, ſimulque ludicrum haſtæ certamen decurrere ſtatuiſſet. Quid? Tanto bellico apparatu, tam forti, & audaci bellatore veſtro in aciem prodeunte, num poteramus Miniſtri trepidare, metuque perhorreſcere? Certe in ſummo tum diſcrimine verſabatur genus humanum: nam ſi gladium ille nudaſſet, valde metuendum erat, ne ipſius Lunæ cornua detruncaret: & nunc ſi quadrupedi iumento fræna laxabit, periculum eſt, ne Martis loricam & obuiam quamque fraxinum conto traiiciat. Hæc de Marte in veſtra noua Religione reſtaurato dicta ſufficiant: nunc ad alia ficta Numina, quorum cultum in veſtra Secta Orci Tyrannus innouauit, accedamus.

DE IDO-

Digitized by Google

DE IDOLOLATRIA HVGONOTICA LIBER QVARTVS.

De Apolline falſo Deo quoue pacto Diabolus operum Dei æmulus, apud Ethnicos ſibi authoritatem collegerit.

CAPVT I.

SEquitur Apollo, ordine Planetarum Marti proximus, cognomine Phœbus, per quem Diabolus mortales vanæ ſcientiæ ſuperſtitione, curioſaque rerum inueſtigatione allectos ludificabatur: quemadmodum eoſdem inuecta in mundum Idololatria Martis fortitudinis, bellicique furoris titulo deceptos ſuę tyrannidi mancipatos habebat. Ad huius porro fictæ diuinitatis ſuperſtitionem fundandam, Idolumque conflandum ex Sole materiam, ac fundamentũ accepit: vt eo aſtrorum principe corporumq; cœleſtium nobiliſſimo pulcherrimoq; ad ignominiam creatoris abuteretur. Hoc ſydus admirationi fuit cunctis ſemper gentibus, nec illud tantum Ethnici errore creati, verum etiam de Iudæis plurimi pro Deo habebant, & (vt Regum teſtatur hiſtoria) numinis inſtar colebant: qui cũ ſe ſupra corporeos ſenſus attollere, & mentis aciem ad inueſtigandum, & colendum huius admirandi ſyderis authorem conuertere, & ex effectu effectorẽ, cauſamq; cognoſcere deberent, admiratione affecti, in ipſo opere conſiſtebãt, & rem creatam, pro Creatore venerabantur. Et hæc fuit ſapientiſſimi Hebręorum ſententia, qui cũ dixiſſet: *Sol in aſpectu annuncians in exitu vas admirabile opus excelſi:*

Idololatriæ Apollinis occaſio.

Nonnulli Iudæorum errantium Solis adoratores. *Ezech. 8. 16 4. Reg. 23. 5 Pſal. 48. 13. Eccleſiaſt. 43. 2. 5.*

celſi: deinde ſubiunxit: *Magnus Dominus qui fecit illum.* Hoc vero eſt more viri ſapientis ratiocinari, nobiliq; propoſitioni antecedenti conſentaneã, nobilemq; concluſionem attexere. In ratione quidem agendi muta animantia imitabantur Ethnici, q̃ ad id modo quod ſenſu percipiunt, afficiũtur: nec vllo ſe pacto ſupra ſenſuum exteriorũ facultatem attollunt: in quo eis ſimiles, vt regius Pſaltes canit, effecti ſunt. *Homo cũ in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Fuit hæc ipſorum malitia, vafriq; Dæmonis aſtutia: qui nullũ non mouet lapidem, vt in mortalium mentibus omnem creatoris memoriam obruat: vt rebus creatis omnino defixis, & impie abutẽtibus ad beatam immortalitatem, ſummumq; bonum, quod in ſolo Deo eſt, perfruendum aditum intercludat.

Pſal. 48. 13.

Quo pacto Dæmõ Solis Idololatriam inſtituerit.

Ac primum quidem deſignatæ ſuperſtitionis iſtius fundamentum in eo collocauit malorum architectus, vt ſe inſtigante homines ad huius aſtri pulchritudinem præter modum, ac rationem afficerentur: deinde vt iiſdem eſſe Deum perſuaderet: quo ex duplici ſenſus, ac mentis errore, vitioq; tot aliæ ſuperſtitiones emanarunt, quot allucinantes hominum mentes eodem inſtigante Dæmone excogitare, & in vſum inducere potuerunt. Perſæ igitur, & Ægyptij omnium primi Solem adorarunt: quorum poſtea ſuperſtitionem Græci, Romani, aliiq; populi amplexi ſunt: quamquam non eadem nomina, Idola, Sacra, cæremonias & ſacrificia oẽs adhibuerint. Nam à Perſis *Mithra*, & *Mitrios*, ab Ægyptiis *Thauſtus*, *Hor*, & *Oſiris*: à Græcis *Apollon*, *Phœbus*, & *Titan*, quæ nomina Latini ab his ſimiliter vſurparunt. Huius ſtatuam Perſæ, leonino rictu, tiara

Perſæ & Ægyptij primi Solis adoratores.

Mithra & Titan.

Stat. lib. 1. Theb. Herod. in Tha. Lampr. in Coni mo. do. Tertul. l. de coro. D. Gregor. Naz. orat. 1. in Iul.

tiara Perſica operto capite vtraque manu vaccæ reluctantis cornua prementem effingebant: quo Hieroglyphico vis Solis indicabatur, quæ facies eius, & lumen eſt, & fœtis inſtar leonis, radiis coronatum habet caput, quibus Lunam vaccæ ſimilitudine adumbratam tenet, cuique pro vario aſpectu cornua facere, & adimere videtur. Apollinem Deorum omnium maximum credebant Ægyptij, qnem oculo faſtigio ſceptri impoſito adumbrabant, iudicantes eiuſmodi ſymbolo, eum omnia contueri, & gubernare, & ea in effigie fictitio illi numini victimas offerebant. Lycij vero eidem, vt author eſt Pauſanias, ſub lupi figura ſacra faciebant: eam forte ob cauſam, quod iſtud animal radiantes habeat oculos, quibus in mediis tenebris facile videat, Solisque radios exprimere videatur. Homerus, & cæteri Poetæ aiunt, *Solem omnia contueri*: propterea quod omnes mundi partes ſuo peruadit lumine, omnibusque corporibus vim, ac vigorem impertit: qua doctrina multis ſuperſtitionibus, Idolisq; fingendis viam aperuit, argumentumq; ſuggeſſit. Hinc Lacedemonij eius ſimulachrum τετράωτον cum quatuor videlicet auribus, totidemque manibus effinxerunt: quibus indicabant eum omnia audire, omnibusq; proſpicere, quod ad quatuor mundi cardines, Orientem, Occidentem, Septentrionem, & Auſtrum, aurem vnam apertam, vnamq; manũ exporrectã haberet. Hinc etiã Æthiopes morẽ hauſerũt, menſam quibuſdã in pratis clã ſingulis diebus ante lucẽ exquiſitiſſi-

LIBRI IV. CAP. I.
Orig. lib. 6. conf. Celſ.
Lyl. Gir. de Diis Gent. Synt. 7.
S. Aug. l. 18 de ciuit. c. 5.
Macrob. l. 1. c. 2.
Herod. l. 2.
Oſiris.
Laert. in proœm.
Apollon Phœbus.
Cornif. apud Macro. l. 1. Satur. c. 17.
Phornutus
Apollinis Rhodij Interpretes in lib. 2. Argon. Heracl. Pont. in allegor. Hom.
Statua Solis apud Perſas.
Lactant. in lib. Theb.
Figura Solis apud Ægyptios.

Macrob. l. 5. Satur. c. 2. Sol omnia videns & audiens. *Homer. Iliad. 2.*
Pauſanias in Corn. Statua Solis quatuor habens aures ac totidem manus.

LIBRI IV. CAP. I.

ſitiſſimis epulis inſtruendi, eamq; Solis menſam, ac ſi ex illius liberalitate ea bona manarent, nuncupabant: qua in menſa cum epulati eſſent, conuocatis quibuſcunque viatoribus, fictitium Deum illum veluti mortalium paſtorem adorabant.

Solis menſa apud Æthiopes. *Herod. l. 3.*

Ad aras Apollinis lupi, aſini, boues, aliaque pecora mactabantur: ac præter lupum, cygnus & coruus eidem ſacri eſſe credebantur: ille quidem quod ſuo candore diurnam lucem indicet, quam præſens Sol efficit, hic vero plane contrario colore noctis, quæ fit abſentia Solis, obſcuritatem. Præterea Gallus eidem ſacer erat, quod peculiarem ex eo ſidere influxum hauriat, & occultam cum illius curſu conſociationẽ: Nam ſingulis circuitus diurni ſolaris quadrantibus, oriente videlicet Sole occidenteque meridie, nocteque media canere conſueuit. Ad hæc Laurum illi dicarunt Ethnici, quod ea diuinationi ſeruire, facultatemq; diuinandi huic Deo eſſe peculiarem exiſtimarent. Egregius Muſicus, Præſesque Muſarum putabatur, ob harmoniæ cœleſtis Hieroglyphicum: quam Pythagoras, aliique Philoſophi ex motu cœlorum confici arbitrabantur. Inſuper artis Medicæ peritiſſimus, author publicæ ſoſpitatis, atque adeo peſtis effector eſt habitus, ob eam forte rationem, quod Sol calore viuifico ſalutẽ præſtare animalibus, aut eiſdem male iam affectis intemperie ſui caloris peſtem, & exitium poſſit afferre. Quod Homerus indicat, more Poetico fingens è cœlo Apollinem deſcendiſſe, vt Græcorum exercitium immiſſa peſte vexaret. Qua de cauſa dicta plurima, variæque Philoſophorum

Solis Apollinisue ſacrificia. *Virg. lib. 3. Æneid. Hom. lib. 1. & 11. Iliad. Arrian. l. 1. Geſt. Alex.* Lupus, cygnus, coruus Soli dicati. *Arati enarrator. Cic. 1. Tuſ. Lil. Gyr. de Diis Gent. Syn. 7. Nat. Com. Mythol. l. 4. c. 10.* Gallus. *Pier. l. 24.* Laurus. *Ouid. 1. Metam. Lil. Giral. Nat. Cõ. citati.* Apollo medicus. *Ouid. lib. 1. Metam. Calli. Hym. in Apoll. Porphyr. l. qui dicitur Sol. Hom. Ilia. 1. Stat. 1. Theb. Lucianus in Icaromenippo. Nat. Com. Myth. l. 4.*

phorum & Medicorum de ſanitatis ratione ſententiæ in delubri iſtius Dei, ſicut & Æſculapij, parietibus adſcriptæ, eidem conſecrabantur: ex quibus Hippocrates ſuos Aphoriſmos, aliaque plurima ſuæ artis documenta collegit. Cum hiſce fallacibus commentis, ſexcentiſque cæremoniis, & ſacrificiis falſus iſte Deus adorabatur: quarum omnium ſuperſtitionum celeberrima iuxta ac pernitioſiſſima fuit oculorum ludificatio: cuius vanitatem, cæteris prætermiſſis, ne propoſiti argumenti cancellos videar excedere, vobis mox indicabo.

LIBRI IV. CAP. 2.
Philoſtr. in vita Apol.
Æſculapius.
Hippocrates.

Quomodo Diabolus ſub Apollinis, Soliſue nomine fallacibus oraculis, crudelem in mortales dominatum occuparit.

CAPVT II.

CVm Diuinitatis proprium ſit futura prænoſcere, eademque præcognita per ſe, vel per Prophetas internuncios prænunciare, ſuperbiſſimus ille Genius nullam expeditiorem viam, ratus ad diuinitatis aucupandā opinionē, hominibuſque perſuadendum ſe Deum eſſe, quam ſi futurorum gnarus crederetur: è Solis qualitatibus anſam arripuit, oſtenditque omnia ſe contueri, nihil eorum, quæ fuerint, ſunt, futurraue ſint ignorare, eaque antequam exiſtant patefacere poſſe: ac proinde ſe vt verum Deum ab omnibus agnoſci, colique debere. Hac igitur impreſſa in hominum mentibus opinione, nouoque Deo futura diuinante fabricato, cui Oſiris, Apollinis, aliaq; vt dictum eſt, nomina indidit, facile illi fuit externa, viſuique patentia Idola conflare, eiſque perſuadere, vt hoſtias immolarent: præſertim cum adeo celebrem Diuina-

Futurorū prædictio nota diuinitatis.
Iſa. 41. 23. annunciate, &c.
Infra c. 5.

Digitized by Google

LIBRI IV. CAP. 2. Apollinis oracula. tionum, reſponſorum, & oraculorum officinam, ad imitationem eorum, quæ à vero Deo inter Hebræos facta cognouerat, cum aliis in locis, tum maxime Delphis inſtituiſſet. Sciebat inquam verum Deum multis prodigiis legis oracula in edito monte gemini verticis Sina dediſſe: eique templum celeberrimum ſumptibus immenſis, opereque mirabili ædificatum, ac dicatum eſſe Hieroſolymis: quæ ciuitas in meditullio erat ſita terræ habitabilis Orientem verſus in alia eiuſdem Sinai montis parte (nam mons Sina in Iudæam vſque porrigitur) quæ in duo iuga aſſurgit, quorum vnum Moria nuncupatum, quod ad ædificandum templum illud nobile, fuit à Salomone delectum: in altero, generali Sionis nomine dicto, Pater eius Rex Dauid regiam collocarat ſuam. In his cum tantam ineſſe dignitatem, ſummamque maieſtatem ambitioſiſſimus Dæmon videret, eadem quoad eius poſſet, imitanda cenſuit, vt erga mortales Diuinitatis, cuius erat auidiſſimus, opinionem, famamque conſequeretur. Ad eum ergo finem Delphos vrbem Phocidis in Bœotia potiſſimum elegit: quandoquidem ea, vt Straboni placet, orbis terrarum vmbilicum cenſeri poteſt, iuxta Parnaſſum biiugum, vt Sina, & Sion: vbi primum ſuas nugas venditare cœpit, ac celebrem ſuarum præſtigiarum nundinationem inſtituit: ibique iactis, ſub Apollinis nomine, falſæ Diuinitatis fundamentum, effecit, vt ſibi delubrum ad inſtar templi Hieroſolymitani ædificaretur: vt æmulatione

Oracula data in monte Sina.

Operatus eſt ſalutem in medio terræ. Pſal. 73. 12.

Sina mons ad Ieroſolyma vſq; pertinet.

Gal. 4. 25.

Moria & Sion duobus montis Sina & Oreb in Arabia verticibus reſpondent.

Delphi.

Cic. 2. de Diuin. Var. lib. 3. Inſtit. 24. Strabo l. 9. Homer. Odyſſ. 8. Lucian. Dial. de aſtrol. Diod. Sicu. lib. 16. c. 6. Plin. lib. 24. 43. Philoſtr. lib. 6. vita Apol. c. 5. Parnaſſus. *Herod. lib. 8. Seru. in 10. Æne. Lact. in 1. Theb. Vide infra.*

lation e peſſima (nam eo nomine Simia Dei à Patribus appellatur) ciuitati ciuitatem, monti montem, templo templum, ſituique ſitum loci opponeret. Atque vt Hieroſolymis ſe coli iubebat Deus, vbi per Prophetarum, ac ſeruorum ſuorum miniſterium futura prænuntiabat, ſalutaria documenta, vitæque præcepta ſuo populo tradebat, eratque locus ille veritatis oraculum, ac certiſſimum cunctis terrarum gentibus eo accedentibus perfugium, tutiſſimumque præſidium: ita tumens arrogantia nequam ille ſpiritus ſuos habere geſtiit Delphis Prophetas, Vates, Sacerdotes, quorum ex ore cum reſponſa, & oracula redderet, tantam ſibi famam collegit, vt ad ſe conſulendum ex omnibus terrarum angulis mortales certatim confluerent: nulla maior alibi Diuinitatis opinio, nihil certius oraculo Delphico, nihil auguſtius Apollinis habebatur delubro, vbi ſceleratus impoſtor ſub eo Idolo, Deoque fictitio ſe à deluſis mortalibus adorandum exhibebat. Summa hæc eſt ementitæ Diuinitatis Apollinis, atque Ethnicæ in eo colendo ſuperſtitionis. Reſtat videndum, quo artificio Diabolus falſum illud numen, eiusque ritus, & cæremonias in veſtra Religione reformarit: idque tanto vafriori arte, atque malignitate maiori, quanto eſt fano, Idololatria, Idoliſque Apollinis, Reformatio veſtra ſubtilior.

LIBRI IV. CAP. 3.

Diabolus Dei ſimia.

Tertul. l. de ſpectaculis. c. 8. & l. de Baptiſ.

LIBRI IV.
CAP. 3.

Quo pacto Diabolus in Luthero, Caluino, cæteriſque Sectariis veterem Apollinem, eiuſque præſtigias expreſſerit.

CAPVT III.

QVicunq; Lutheri, Caluini, Bezæ, & aliorum veſtræ Reformatæ Coryphæorum libros peruolutarunt, eorumque mores, & mentẽ in eorum ſermone obſeruarunt, facile cognoſcere potuerunt, quam prolixe mendaciorum opifex Dei Apollinis arrogantiã in eorum animos infuderit: quamq; ſuperbe illi ſe, vt Euãgelij oracula, Solesq; veritatis geſſerint, nihil vt aliud illis ſupereſſet, niſi vt proprium ipſius Dei nomen, ad veteris exemplum ſibi aſſumerent, & Apollines appellarentur, cum illius iam ſibi vim, & facultatem vendicarent, & in fallendo præſtigias imitarentur. Rem ipſam ob oculos ſubiiciam, ſi tamen veſtræ mentis aciem ad eam contemplandam, vobis libet intendere. Hæc eſt oratio Lutheri quodam in loco vbi Epiſcopos inſectabatur. *En appello me Eccleſiaſten Dei gratia, & hoc titulo inſigniui meipſum, quem vos tot conuiciorum plauſtris Hæreticum appellatis: eumque titulum mihi ſumo (vt ne ignoretis) magnifico veſtri, & Sathanæ contemptu. Et ſi Euangeliſtam me etiam Dei gratia nominarem, citius eſſem oſtenſurus, me hoc maiore iure facere, quã veſtrum aliquis titulo, aut nomini Epiſcopi ſatisfaceret.* Et idem in alio loco. *Dico ego Doctor Martinus Lutherus Domini noſtri Ieſu Chriſti indignus Euangeliſta, quod hunc articulum, Fides ſola abſque omni opere iuſtificat coram Deo, firmum atque inconcuſſum permittere debet Romanus Imperator, Turcarum Imperator, Perſarum Imperator, Papa, omnes Cardinales, Epiſcopi, Sacerdotes, Moniales,*

Lutheri arrogantia. *lib. aduerſus falſo nominatum Eccleſiaſticum ordinẽ Epiſcoporum.*

Luth. in gloſſa contra prætenſum edict. Imper.

niales, Reges, Principes, Domini, totus Mundus cum omnibus Dæmoniis, & debent inſuper habere ignem infernalem ſuper capita ſua, & nullam gratiarum actionem. Audiſtis vt ſe vel inuitis omnibus mundi Principibus Eccleſiaſten, Doctorem, & Euangeliſtā nuncupet: quod profecto longe maius, & arrogantius eſt, q̃ Apollinis nomen vſurpare: multoq; atrocius, quā tonantem, ac fulminaſtum Luciferum fulgurare. Alibi cū de ſe, atq; Melāchthone loquitur: *Ego ſum,* inquit, *Iſaias, & Philippus Ieremias.* Magnum igitur, ac plane diuinum oraculum. Alias idem ipſe. *Exiſtimo,* inquit, *quod à mille annis nemo hominum adeo hoc teſtatus ſit, quemadmodum ego, qui nunc per multos annos verbū Dei pure docui: ſæpius vna die tres, vel quatuor conciones habui. Puto ego me Auguſtino & Ambroſio in multitudine ſuarum concionum ſimilem eſſe.* In quadam ad Ægocerotum epiſtola iactat arroganter, ꝙ Deus mentes aliorum ſibi vni peruidēdas oſtenderit, ac ſublimium quorumcunq; ſuorum arcanorū myſteria patefecerit, ꝙ amplius eſt contueri, q̃ Solem qui omnia deſuper conſpicit. *Quis enim putas,* ait, *mihi cor tuū reuelauit, & reuelandum dedit, niſi ille, qui dedit nobis ſcire etiam cogitationes Sathanæ, diſcretionem ſpirituū, imo ſenſum CHRISTI, & profunda Dei?* En vobis ſua ipſius ſententia Prophetam, & paulo etiam plus Prophetā: nec Delphicus Apollo tot, ac tanta vnquam ſibi fuiſſet auſus arrogare. Miniſtri Tigurini hanc arrogantiam Lutheri diligenter obſeruarunt, cum de illo his verbis ſcripſerunt. *Lutherus ipſe gloriatur ſe eſſe Germanorum Prophetam, & Apoſtolum, qui à nullo quicquam didicerit, à quo omnes didicerint alij. Nemo quicquam nouit, præter id, quod à Luthero didicit. Nemo quicquam præſtitit, Luherus omnia præſtitit.*

LIBRI IV. CAP. 3.

Luth. in colloquiis Latinis. c. de morbis & periculis.

Luth. ibid. c. de conſolatione.

Sol omnia videns.

Theologi Tigurini in confeſſ. Germanica impreſſa Tiguri 1544. in 8.

tit, Quod ipſe non fecit, infectum manſit: quod ipſe dixit, oportet eſſe dictum: nulli licet contrarium dicere: qui vero non idem, eodem quo ille modo loqui vult, hunc oportet, tanquã abominabilem, excommunicatum, & Hæreticum eſſe. Non potuiſſet Lutherus nomen ſuum glorioſiori præconio celebrare, ſeque magnificentius extollere, quamuis oraculum, Phœbumque Germanorum ſe nominaſſet, quam cum ea, quę iſti retulerunt, de ſe ipſe prædicauit.

Caluinus Reformatorum oraculum.

Scribit Hieron. Bolſerus in vita Cal. c. 13. *Cum pro concione in has voces non raro prorupiſſe: Ego Propheta ſum: ego Dei ſpiritũ habeo, ego à Deo miſſus ſum: ego errare non poſſum. Et ego ſi erro tu es Deus, qui me propter peccata huiuſce populi in errorẽ inducis, & decipis.* Ex edit. Lat. Pariſ.

Nec vero Caluinus minus eſt, quam Lutherus arrogans, nec minus lumen, & Apollo mortalium (ſi quidem ſuis ſcriptis fides habeatur) in quibus vult omnibus eſſe teſtatum, ſe è tenebris veritatem eduxiſſe, Reformatæque Religionis facem mortalibus prætuliſſe: & id quidem cum inſigni Patrum antiquorũ faſtidio, atq; contemptu: quos diuerſum, & ſua Secta alienam fidem ait fuiſſe profeſſos. Longum eſſet, minimeque neceſſarium eius loca proferre, eſſent enim huc omnia eius opera transferenda: ſufficiat Bezæ teſtimonium, qui ſecundum Caluinum Gigantæus eſt veſtrę Reformatæ Coloſſus: nam is tũ in præfatione Commentariorum in Ioſue à Caluino editorum, tum alibi de eodem longe quam de IESV CHRISTO honorificẽtius & ſentit, & loquitur. Diſertis enim verbis ait alicubi IESVM CHRISTVM, ſi quidem non fuiſſet Deus, nihil hominibus fuiſſe profuturum: de Caluino autem, licet homo duntaxat fuerit, cum ſcribit, eum aſſerit fidelem fuiſſe Dei ſeruum, Paſtorem vigilantiſſimum, optimum Prophetam, Mundi Solem, planeque dignum, qui omnibus antiquis Patribus, ac Doctoribus doctrina, vitæque ſanctitate conſpicuis, præferatur. In Iconi-

Caluinus Bezæ iudicio Sol mũdi fuit.

Iconibus de Caluini ſcriptis ſic ait. *Quibus nihil in ſacris explicandis neque iudicioſius, neque enucleatius, neque magnificentius à quoquam verbi diuini interprete adhuc ſcriptum fuiſſe vere pij, doctique omnes agnoſcunt.* LIBRI IV. CAP. 3.

Quibus ex locis ſequitur non modo antiquis, ſanctisque Patribus, ſed ipſo etiam IESV CHRISTO, ſi homo tantummodo extitiſſet, longe digniorem fuiſſe Caluinum; & hinc inſignem, contumelioſamq; blaſphemiam in ſacroſanctam filij Dei humanitatem eiaculatus eſt: inde intoleranda adulatione Hæreſiarcham omnium, qui vnq̃ fuerunt arrogantiſſimum, omniq; laude indigniſſimũ honorificentiſſime commendauit. Etenim ſi hoc tantũ dixiſſet Beza, IESVM CHRISTVM, ſi non Deus, ſed purus homo fuiſſet, non potuiſſe genus humanum redimere, vera quidem dixiſſet: cũ vero ait abſque Diuinitate nihil ſolã fuiſſe profuturam humanitatem, illum indigniſſime Caluino poſtpoſuit: & cum tã multa de ſuo magiſtro prædicat, eundẽ mendaciſſime Sanctis omnibus anteponit: cum deniq; eum nõ veretur huius mundi lumen appellare, IESV CHRISTO vero Deo & homini facit æqualem, qui ꝓ maximo ſibiq; debito omni iure titulo ſe *Lucem mundi* nominat. Vnquãne Diabolus per Apollinis os fundens oracula, tm̃ ſibi arrogauit, quantum per nouum iſtum Apollinem, Deumq; Reformatũ inſolẽter vſurpat? An Pythias ſedens in Tripode tam eximiam Deo ſuo laudẽ vnquam tribuit, quantam Beza impoſtori Caluino? Agite dum Miniſtri animum, referte ad veritatem, conſiderantes nũ ille tenebrarũ Angelus iſtiꝰ falſi numinis ingeniũ in intimis Rabbinorũ veſtrę Sectę eorumq; diſcipulorũ animis inſtillarit, cũ ſibi tantum

Beza de Caluini morte 1564 19. Maij, Hora 8. veſpertina.

Ioan. 8. 12.

Digitized by Google

tum ſumpſerint, vt ſe Euãgeliſtas, Prophetas, plus etiam quam Prophetas, ac Mundi Soles nominarint. Cæterum cum hæc omnibus Hæreſeon authoribus communis ſemper fuerit arrogantia, ſibi vt ampliſſima nomina, diuinosq; titulos ambitioſiſſime vendicarent, neceſſe eſt peculiarem vobis notam indicem, qua Diabolum inſtar antiqui Apollinis in veſtra Secta regnare manifeſtius agnoſcatis.

Exponitur hic quomodo Diabolus per Pſeudoreformatam Religionem ſe Eccleſiæ Dei opponat, ſicut eam olim per Delphicum oraculum æmulabatur.

CAPVT IV.

Curioſæ vanæque ſcientię per Dæmonẽ inuectæ in mundum.

EXcitate Miniſtri ſenſus veſtros veterno iamdudum occupatos, vt veterem aſtutiã, quam aduerſus Eccleſiam Dei Sathan, ementito Apollinis nomine, falſoque numine fuerat machinatus, eandem in veſtra Secta mirabili conſenſione, ac ſimilitudine renouatam intelligatis. Siquidem is, quo tempore inter Ethnicos Apollinis Idololatria regnabat, quandam fanatico furore curioſam ſuperſtitioſam, futilemque ſcientiam ex Inferis educebat, eam vt veræ doctrinæ, diuinisq; legibus opponeret: hoc autem æuo Lutherum, Caluinum, aliosq; ſuæ machinationis adminiſtros fanatico ſpiritu afflauit: ac per eoſdem ex temporis viſceribus & Orci cauernis, vt veſtra indicant Hieroglyphica, veſtram Sectam curioſitatis, dubitationũ, quæſtionũ fœtam, & tumentem extraxit, quam contra Dei Eccleſiam ſtatueret. Atque vt ſupra monui, & eſt obſeruatione dignum, fanum, hoc eſt, mendaciorũ offici-

Digitized by Google

officinam, ſibi Delphis extrui curauit, vt Hieroſolymitanum veritatis templum in regia ciuitate, ac ſede veræ Religionis æmularetur. Suo in fano Apollinis Idolum nobile ſuarum fraudum inſtrumentum collocauit, quod videret fœderis arcam, vt auguſtam diuinorum oraculorum ſedem in ſacroſanctis Hieroſolymitani templi adytis mirifice collocatã. Ille ſuarum fallaciarum reſponſa Delphis potiſſimum dare ſolebat, quæ inde ſuorum miniſtrorum opera per omnes orbis prouincias longe lateque ſpargebat: quemadmodum Deus per ſuos Pontifices, Doctores, Prophetas (maxime Hieroſolymis, & inde per alias mundi partes ſuam patefaciebat voluntatem. Hæc ille quondã effecit. Noſtra vero memoria ſeneſcente iam mundo, variis in argumentis haud diſſimilis eius extitit æmulatio. Nam in vrbe Geneuenſi vero Deo templum eripuit, æuo meliori, ſanctuſque ſub Principis Apoſtolorum nomine ipſius honori Maieſtatique conſecratum, in quo ſuum tripodem affabre reformatum collocauit; vnde per ſuos myſtas, & vates Caluinum, Bezam, & cæteros fallaciſſima noui Euangelii protulit oracula; vt ſe Romanæ ciuitati ex aduerſo opponeret; vbi vera, orthodoxaque fides (ſicut olim Hieroſolymis) maxime colitur, viget ab omnique falſitate vindicatur ; vbi diuinæ legis oracula per IESV CHRISTI vicarium, eiuſque Doctores enunciantur. Vrbs Hieroſolymitana erat ad meridiem, ea orbis parte conſtituta vnde lux ſalutaris, & viuificus calor emanat: Delphi autem in Septentrione, plaga eidem oppoſita, vbi frigus, caligo, tenebræ ſedem ob-

LIBRI IV. CAP. 4. Apollinis fanum templo Dei oppoſitum.

Geneua noui Delphi.

Roma noua Hieruſalem.

Delphi.

Digitized by Google

LIBRI IV. CAP. 4. Roma. *Ab aquilone pandetur malum Ierem 1 14* Caluinus Papa Geneuenſis. Templum Geneuenſe olim S. Petro dicatum.

dem obtinent ſuam. Roma ſimiliter in meridiano ſole ſita eſt, eidem ex Septentrione, Geneua, Germania, & cæteræ ad Aquilonem regiones opponuntur ſitu contrario, vnde malorum omnium Ilias erupit. Romæ IESV CHRISTI Vicarius Sancti Petri ſucceſſor ſedem habet: Geneuam ſibi delegit Caluinus Sathanæ Vicarius, Sathanæq; doctrinam exponens in templo quondam S. Petri nomine inſignito; quod modo ingemiſcente orbe Chriſtiano in Sathanæ ſpeluncam, ad oppugnandã S. Petri doctrinam eſt commutatum. In quo rerum concurſum minime fortuito, ſed vltro quæſito, videre eſt artificium Sathanæ, qui pietatem, vt perdat eam peruerſe conatur imitari, falſaque, & fallaci diuinarum religioſarumque rerum imitatione homines incautos à ſtudio veritatis auertere.

Tria vniuerſa oraculi Delphici fallaciarum genera, in vmbratica Caluiniſtarum religione vſurpari.

CAPVT V.

INtroeamus tandem in templũ veſtræ Reformatæ, ad exemplar Delphici, ſolerti illius architecti manu, & arte exædificatum; cui ſolenne eſt falſis imaginibus ac picturis mortalium ſenſus, & mentes ludificari. Innumerabiles fuerunt machinationes, & fraudes, quibus olim toti mundo imponebat; ſuum item fanũ plurimis Idolis, & hominũ ac belluarum ſimulachris impleuerat, quæ omnia neq; poſſem, nec eſt neceſſe ſigillatim recenſere. Horũ tria duntaxat genera conſtituam, videlicet, *Diuinationẽ*, *Oracu-*

Digitized by Google

Oraculorũ, Ambiguitatẽ, & Miſcellanea vtiliũ quarundam ſententiarũ, cum pernicioſis effatis & execrãdis hominũ, belluarum, & huiuſmodi rerum creatarum Idolis. Primũ eorum genus nempe Diuinatio vſui illi fuit, tum vt apud mortales admirationem ſui excitaret, & ab iis diuinos honores conſequeretur; tum vt eoſdem ad res futuras, & obſcuras perſcrutandas curioſos, ac *Pythios*, hoc eſt, *Inquiſitores* redderet: tales nimirũ, qualem ſuum Apollinẽ nuncupabat, quem *Pythium*, magnum, ſc. coniectorem, & vatem, & vt Deum omnia ſcientem ac vidẽtem, occultiſſima quęq; detegentem, futuraq; pręnunciantem fecerat vbiq; celebrari: qua fama maximam ſibi inter mortales Diuinitatis opinionẽ collegit, & in eorum mentibus incredibile vanę ſcientiæ ſtudium, ac deſideriũ earum rerum, quæ captũ ipſorũ excedunt, iniecit: tantamq; in verſandis fallaciarum machinis induſtriam adhibuit, vt eos ex cunctis orbis partibus, ad auferenda eorum, quæ cognoſcere auebant reſponſa, pellexerit. Ecquis in hac diuinationum celebri nundinatione ſingularem impuri Sathanæ non exhorreſcat impudentiã, quod is per eam muliebris corporis partem ſuam ederet oracula, quam nemo pudens poteſt honeſte nominare? Ad quid autẽ, niſi vt ſcelus, quo vniuerſum hominum genus corrupit, maxime Diuinitatis opinione commendaret, eademq; opera, iis qui ſibi fidem haberent, per ſummam ignominiam illuderet.

Altera eius fraus fuit ambiguitas, & in edendis reſponſis amphibologia, plenaque obſcuritatis oratio: qua vti ſolebat, tum ſui obtegẽdi gratia; tum vt anxios, dubios ac perplexos, quotquot ſe conſulebant,

LIBRI IV. CAP. 4. Prima Sathanę fraus in templo Delphico, Diuinatio. Apollo pythius inquirens. *Plut. libr. 3. de eo.* Diabolus ariolatur. *ſupra c. 16.*

Oraculorũ ambiguitas ſecũda fraus Sathanę in fano Delphico.

Digitized by Google

LIBRI IV. CAP. 4.

Plut. tract. de Orac. Pyth. Herod. lib. 1. in Græc. orac. & alibi ſæpe. Euſeb. lib. de præpar. Euang. Alex. ab Alex. libro 6. Gen. Dio. cap. 2. Clem. Alex lib 5 ſtrom. Apollo Pythius λοξίας, id eſt, obliquus, & ambiguus.

ſulebant, dimitteret; quorum quæſtionibus alioquin ſatisfeciſſe videbatur. Eam ob cauſam inuoluta duplici ſenſu reſponſa reddebat, vt ea vnuſquiſque rogantium, ad id, quod maxime cupiebat accommodans, veluti compos voti, lætuſque diſcederet: ſi vero minime reſponderet oraculo à quæſitore ſperatus euentus, falſus hic Deus ignominioſæ fallaciæ eam obtendebat cauſam, quod alio, quam intendebat ipſe, quamque editum fuerat oraculum, ſenſu, conſultor accepiſſet: hac ille vafricie ſuam ſine periculo tuebatur exiſtimationem, conſultantiumque neminem certum reddebat de veritate, aut vanitate reſponſi. Ex hac arte fallendi λοξίας, hoc eſt, flexiloquus, & ambiguus à Græcis eſt nominatus, vt Clemens Alexandrinus obſeruauit.

Miſcellanea bonorũ & malorũ tertia fraus Sathanę in templo Delphico. Noſce teipſum.

Cic. 1. Thuſ & lib. 3. ad Quin. Fra. Plato in Charm. & in Phæd. Xenoph. in Pædia.

Tertium deniq; genus ei plurimum attulit momenti ad nominis celebritatem, fidem & authoritatem aucupandam, & ad mortales in fraudem aſtutius inducendos: eaq; de cauſa nonnulla interdum vera fundebat oracula, multaq; ad mores conformandos pulchra, & vtilia documẽta; qualia hæc cenſentur: NOSCE teipſum: quod ex diuinis Scripturæ monimentis hauſerat. NIHIL NIMIVM; PARCE TEMPORI: & his ſimilia, quæ in ſui fani parietibus inſcribi, & à Poetis paſſim decantari iubebat; non quidẽ virtutis, ac veritatis docendæ cauſa; ſed nominis potius, & authoritatis colligendæ, ſuaque Idola ornandi ſtudio; & ſic vera falſis, honeſta turpibus, ſeria ludicris humana diuinis permiſcebat, vt bonorum ſpecie ſuas nugas, fraudeſque malignas facilius venditaret. Atque vt ſuum ille delubrum variis hominum ſtatuis, & innu-

meris

meris equorum,& aliorum animantium figuris, ex ligno, æro, cupro, aliaue materia conflatis ad Idololatriam alendam repleuerat; ita eius vaticinandi ſedes Schola fuit nequitiæ, & peruerſiſſimorum reſponſorum, ad fidem, moreſq; mortalium deprauandos ſeminariū. Cuiuſmodi fuit Lacedæmoniis datū, quibus ſuaſit, vt ſi vellent è ſuis finibus abire peſtilentiam, virginem, ac nobilē puellam quotannis immolarent. Eius item generis illud, quod adoleſcenti, qui ſe inceſto flagitio polluerat, edidit. *Permittit Deus, quicquid eſt neceſſarium.* Priori reſponſo cruorem fuſum, & cædem, vt diuino numini gratam, acceptamq; probari ſuadebat: poſteriori vero quodcunque libidinis genus, vt rem neceſſariam à Deo permitti docebat; vtroq; inducens morum eſſe deprauationem: namq; homines his inſtituti documentis, ſuperſtitioſi euadebant, crudelitati prætereа, omniq; libidinū generi habenas abiecto pudore laxabant. Eodem illa ſtatuarum, Idolorumque farrago ſpectabat. Atq; tres illi fuerunt modi, quibus Sathan in cultu ficti Dei Apollinis nominis celebritatem, magnamque famam adeptus fuit, innumeroſque mortales in fraudem, ac pernicioſſimos errores induxit: quæ omnia modo quidem diuerſo, ſed eodem plane conſilio in veſtra Religione renouauit, quæ præcipue in templo Geneuenſi ad inſtar Delphici fraudem, & fallaciarum ſeminario traditur: quod mox demonſtrabo.

LIBRI IV. CAP. 5.
Nihil nimium.
Terent. in Andr.
Hom. Odyſſ o. Ilia. x.
Sophoc. in Elect. Plau. in Pœnulo.
Plin. lib 11.
Variæ ſtatuæ & Idola in templo Apollinis.
Crudele oraculū Lacedæmonis datum.
Plut. in Parall.
Turpe oraculum.
Plut. de orac. Pyth.

De cu-

De curioſitate quæ prima fuit fallacia Apollinis, in Hugonotica Religione per Sathanam expreſſa.

Capvt VI.

Ex illis igitur Apollinis fallaciis veſtra doctrina primam, ac viuis coloribus habet expreſſam: non quidem per Diuinationem (nam quod ad eam attinet nullam obtinuit Sathanas per Lutherum fidem: cui quidem fuerat author vaticinandi futuram poſt ipſius obitum ruinam Papatus: aliaque plurima (quæ neq; euenerunt, neque Deo quidem propitio vnquam euenient) ſed per ſtolidam quandam omnia perſcrutandi temeritatem: & eorum omnium exquirendi rationem, quæ ſimpliciter, & ob id ſolum, quod Deus dixerit, credere neceſſe eſt: cuius authoritati omnino par eſt hominum iudicium acquieſcere, nihilque præterea, eius cognita voluntate, decretoque, curioſius inueſtigare: Quam nimis curioſam, atque adeo dementem perquirendi temeritatem ille doli machinator, per omnia veſtri corporis membra, perq; intimas Religionis veſtræ venas, infudit: nullus vt ſit in ea cerdo, nulla muliercula, nullus abiectiſſimæ ſortis homuncio, quin ſacra Bibliorum volumina in manus ſumere, & in eis fidei myſteria audeat perſcrutari. Quotus enim quiſq; reformatorũ veſtræ factionis inuenietur, qui de quolibet fidei capite non inquirat: Quomodo hoc? Quomodo illud? quomodo poteſt vnũ corpus duobus in locis eodẽ tempore exiſtere? Aut idẽ, corpus aliud ita peruadere, intimeq; penetrare, vt duo ſimul corpora eodẽ in loco reperiantur? Quorſum hic in Sacramentorũ ritus adhibetur?

Margin notes: Lutherus falſus vates ruinæ Papatus. — *In gloſſa cõtra edict. Imperat. In præmonit. ad ſuos Germanos. In Colloq. lat. cap. de cõſolatione.* — Hugonotorum curioſitas.

Digitized by Google

betur? quis huius, vel illius ceremoniæ fuit author? Veſtræ igitur fidei caput eſt, Quæro, non, Credo: ac ſinguli eius articuli hoc vno verbo Quomodo, velu ti Religionis innouatæ fundamento nituntur: & omnes ad vnũ Magiſtri perinde atq; diſcipuli *Pythici*, & inquirentes eſtis, Dei veſtri nomine inſigniti, vt ait Apoſtolus: *Semper diſcentes, & nunquã ad ſcientiam veritatis peruenientes.* Et licet curioſitas ſit cõmune vitium Hæreticorũ omnium, atq; ſuperborum hominum, ea tamen inſigniter vobis eſt propria in inquiſitione vanitatis, & cupiditate ſciendi quęcunq; ad religionẽ ſpectant, quæ neq; veſtrum eſt cognoſcere, neq; vltra quam neceſſe eſt, indagare. Quodnam enim in religione Chriſtiana myſteriũ, veſtra iſta curioſa perſcrutatione reliquiſtis intactum? Vllumne eſt fidei caput, cui perquiſitionis notã, Quo modo, non attexueritis? Cæterum quemadmodũ Diabolus per obſcæna Pythiæ ſacerdotis membra loquebatur; ita in Caluino, & cæteris ſuarũ fallaciarum adminiſtris per turpia libidinis effata, & flagitioſiſſima libertatis carnalis inſtrumenta, hoc æuo cum hominibus ſermocinatur.

LIBRI IV. CAP. 6.

2. Tim 3. 7.

Amphibologiam alteram Apollinis Delphici fraudem in doctrina Lutheri, Melanchthonis, & Hugonotorũ effingi.

CAPVT VII.

FAllendi Magiſter Diabolus alteram Apollinis Delphici in illudendis mortalibus fallaciam, ambiguitatem, videlicet oraculorum, ſermone obſcuritatem, & opinionum inconſtantiam in doctorum veſtrorum effatis, atque doctrina non modo diligenter expreſſit, ſed eos inſuper ſibi ipſis fecit eſſe cõtrarios. Si quis eorũ cõmentarios haud oſcitanter

tanter

LIBRI IV. CAP. 7.

Sanctorũ interceſſionẽ probat. *In Serm. de 10 præceptis & in concione de morte, & in Reſponſ. ad Louan.*

tanter inſpiciat, nihil in illis niſi ſcopas ſolutas videbit; nihil in eorum doctrina cohærens apparet, nihil eſt eorum reſpõſis obſcurius, nihil incertius. Lutherus alicubi vnum ait, alibi illud ipſum negat; neq; tantum ille dubias, ancipitiq; ſenſu implicatas verum etiam contrarias omnino ſolet proferre ſententias. Impreſſam à Magiſtro orbitam Melanchthon, præſertim, Caluinus, aliique diſcipuli citato curſu triuerunt: Operæpretium eſt ipſos attendere, & pauliſper quid ſinguli dicant, audire.

Eandem reiicit *ad Valdenſ. de Adoratione Sacramẽti.* Luth. dies feſtos ꝓbat *In conſolatione pro laborantibus* Eoſdem reiicit. *lib. de piis Eccleſ. carem. ſeruandis, & contra Ambroſium Cathar.* *Luth. cõtra Louanienſ. in viſitatione Saxon.*

Lutherus primum in Sermone de 10. Decalogi præceptis, & alibi ſanctorum interceſſionẽ admittit; ſed eandem in Tract. de Adoratione Sacramenti ad Valdenſes, negat. Feſtorum dierum obſeruationem approbat in conſolatione afflictorum: alio in loco ſanxit, vt omnes feſti dies abrogentur. In libro de Poteſtate Papæ cum Catholicis ſeptem agnoſcit Eccleſiæ Sacramenta: at in libro de Captiuitate Babylonica, primum tria numerat, Baptiſmum, Pœnitentiam, & Panem: ſic ille vocat Euchariſtiam: ait deinde ex vſu (vt putat) Scripturæ vnicum eſſe recipiendum: deniq; ſi ſummo iure res agitetur, duo tantũ eſſe poſſe; quæ vos in veſtra reformata retinere videmini Baptiſmum & Panem.

Luther. ad Valdenſes. *Luth. Serm de Pœnit. & Confeſſ.*

Cum idem cõtra Louanienſes Doctores ſcribit, Euchariſtiæ Sacramentum nominat venerabile, & adorandũ; eo quod corpus, & ſanguinem Saluatoris in ſe contineat: & in viſitatione Saxonica Parochos admonet, vt diligenter plebẽ de adorãdo Euchariſtiæ Sacramento inſtituãt. At enim ad Valdenſes ſcribens hæc omnia pernegat. In Sermone de Pœnitentia, Confeſſionem auricularem admittit; aitque frequenter, in ea pœnitentem abſolutionem pec

nem peccatorum per Sacerdotem accipere: ſed in Poſtilla Dominicæ *Reminiſcere* dicit eam ex mandato eſſe Papæ: idcirco nolle ſe confiteri peccata Sacerdoti, ac ſatis eſſe, ea ſoli Deo confitendo aperire. LIBRI IV. CAP. 7. *Luth. in Poſtil. Domi. Reminiſce.*

Purgatorium fatetur in Diſputatione Lypſica: ſed in articulis Concilii Mantuani, & ad Valdenſes, ſcribit incantationem eſſe Diabolicam. *Luth. in Diſpu. Lypſica.*

In Sermonibus conuiuialibus ait ſe credere Infernum eſſe: licet ignoret quidnam ſit. At in Commentariis in ſecundum caput Ionæ, nullum adhuc niſi imaginarium eſſe, ac Dæmones in aere verſari docet. Et in quintum caput Geneſeos ſcribens, ait ſe non audere pro certo affirmare vllum eſſe locũ, in quo damnatorum animæ igne crucientur: ego vero mihi facile perſuadeo eum nunc in contraria eſſe opinione: ac de veris Inferorum incendiis ſine vlla dubitatione aientem aſſerere Pleni ſunt eius libri, plenaque volumina reſponſionum ancipitum, ac repugnantium, planeque contrariarum aſſertionum: ex quibus eruditus Coccius octoginta collegit: nec ſane magis ambiguus fuit in ſuis reſponſis Delphicus Apollo: quam ſibi repugnans eſt in ſuis aſſertionibus Lutherus. *Luth. in Serm. Conuiu. Tit. de Condemnatione & Inferno.*

Magiſtrum ſuũ proxime aſſectatus eſt Melanchthon: nec erubuit inconſtantiam ſuam publice fateri: non eo tamen animo vt illam ſalutari emendatione deponeret: ſic ille ad Lutherum ſcribit: *In Apologia quotidie multa mutamus, ſubinde enim mutanda ſunt, & ad occaſiones accommodanda.* Facile eſt, vel ex hoc tantum loco, verſatilem iſtius ſcriptoris animum intueri, qui pro rerum obuerſantium varietate, fidem ſuam more Chamaeleontis immutat: ſuæque fidei confeſſionem, vt Lesbiam regulam *Melanchthon Epiſt. 2. ad Luth.* Mutat ſubinde fidem ſuam.

Digitized by Google

temporibus accommodat. Ex vngue ſatis quæ bellua ſit apparet: det ergo locũ Caluino, qui iam nobis audiendus eſt: nam is, vt qui maxime, Lutheri leuitatem expreſſit. Nec enim præſtigiator vnquã Aegyptius circumſtantium ludificaturus oculos manus mouit argutius, quam ſexcẽtis in locis ambiguis aiendo, negandoue Caluinus: ſuas vt nugas curioſis Lectoribus obtruderet.

Obſcuram & ancipitem eſſe Caluini doctrinam, fallacique oraculo Delphico perſimilem.

Capvt VIII.

Docet Caluin. Chriſti corpus eſſe in Sacramento, nec poſſe à ſigno ſeparari. *lib. 4. Inſt. c. 17. §. 10. 16. 24. 32. 33.*

Realiter atque ſubſtãtialiter ſumi. *Ibid. §. 6. 15. 19. 24*

Chriſti corpus tam lõge ab Euchariſtia diſtat, ſecũdum Caluinũ, quãtũ à Cœlo terrã. *Inſt. l. 4. c. 17. § 30. & li. de conſenſu cũ Tigurinis.*

VT hanc ſecundam oraculi Delphici fraudem oſtendam in Caluini doctrina reperiri: dico primum fidei myſteria, Scripturamq; ſacram adeo obſcure, atq; contradictorie, ab illo tractari, vt qui eum audierit, legeritue, nihil inde certi poſſit colligere: ſemperque hæſitet, in dubioque verſetur, qui tali ſtatuit vti Magiſtro. Nam Euchariſtiæ tractans Sacramentum, tot illud, ac tãtis inuoluit ambagibus, vt licet quiuis intelligat ab eo fidem Catholicam oppugnari, vix tamen, ac ne vix quidem poſſit ex tenebricoſis eius, perplexiſq; ſentẽtiis, q d ipſe ſentiat, & velit, eruere. Quibuſdã in locis aſſerit ſaluatoris corpus in Sacramẽto adeſſe, nec illud à ſigno poſſe ſeiungi. Ait item illud realiter, & ſubſtantialiter accipi: eiuſq; corporis ſubſtantiã è cœlo veluti per quendam canalem ad fideles illam recepturos deriuari. At aliis in locis ait quidẽ eſſe Chriſti corpus in Sacramẽto, ſed per figuram duntaxat,

& ſym-

& ſymbolum, tantumq; abeſſe à Sacramento corporis ſubſtantiam, quantum à cœlo terram. Vbi tãdem in omnes partes ſe diu, multumq; verſauit, fide tantum Chriſti corpus in Sacramento eſſe concludit. Fide inquam ſola, quam ille nunq̃ intellexit, quam nec vos hactenus intellexiſtis, nec etiamnũ intelligitis, nec vnquam intelligetis: eſt enim ęnigma veſtris oculis nequaquam aſpectabile.

LIBRI IV, CAP. 8.

In exponẽdis Scripturis ſui ſemper ſimilis eſt, ſcilicet ambiguus, & inconſtans. In Commentariis in Lucam nihil impoſſibile verbo Dei eſſe tradit: at in cap. 23. Iſaiæ, ſomnium, atq; blaſphemiam vocat Theologorum fidẽ, qua credunt, & docent in Deo poteſtatem abſolutam: nihil vt ſit, quod ab eo fieri non poſſit. In Commentariis in Matt. ſcribens, ait Adamum libera voluntate peccaſſe: nec in voluntatem aut præſcientiam Dei, ſed in hominum malitiam peccatorum cauſam eſſe referẽdam: at enim innumeris in locis contrarium plane docet, negãs in homine liberum arbitrium: aſſerẽſq; Deum eſſe omnium peccatorum authorem: Adamum ex Dei voluntate, & ordinatione peccaſſe, & cęteros mortales eodem modo peccare: quemadmodum ſuperius oſtenſum eſt.

Deo nihil impoſſibile *Cal. in 1. cap. Luc.* Negat: *in ca. 23 Iſa. & lib. de Aeter. prad. ſt.* Adam libere peccauit *c. 4. in Matt.*

In Actis Hæreſiarchę Serueti faſſus eſt Dei filiũ, ſuam naturam, & eſſentiam accipere à Patre: at cõtra in Inſtitutione, eam non aliunde quam à ſemetipſo habere contendit. Et in Ioannem ſcribens, ait, *Chriſtus lux eſt ex ſeipſa, & per ſe refulgẽs.* Et paulo poſt: *Lux æterna fulgorem ſibi ingenitum habet nõ aliunde accitum.* In quadam ad Polonos Epiſtola *Trinitatis*, & *Perſonarũ* nomina recepit: ſed in alia ad eoſdem ſcripta anno 1563. eadem vt barbara, profanaq; vocabula reiecit.

Ieſus Chriſt° naturã ſuã habet à Patre. *Cal. in Actis Serueti refut. 10.* Idem *l. 1. Inſt. c. 13. ſ. 25. & §. 19* Nomẽ Trinitatis recipit. *Cal. ep. 150. ad Polonos.* Reiicit *epiſt. quæ extat in editi poſtrema.*

 Idem,

LIBRI IV. CAP. 8.

Idem, fidei Catholicę conſentiens, tenet in commentariis in primum, & quartum caput Euangelii Ioannis, Ieſum eſſe Dei filium; eundemque æterno Patri agnoſcit æqualem; ſed non diu in huius veritatis confeſſione perſiſtit, quandoquidem in ſua Harmonia nihil eidem amplius, quam ſecundum honoris gradum tribuere dignatur. *Seſſio ad dexteram metaphorice accipitur pro ſecundo, vel proximo gradu, quem Dei Vicarius occupat.* Hæc ille, quæ alio in loco iiſdem fere verbis ingerit. *Dicitur*, inquit, *Chriſtus ſedere ad dexteram Patris, quia ſummus Rex conſtitutus (qui eius nomine mundum gubernet) quaſi ſecundam ab eo honoris, & imperii ſedem obtinet. Sedet ergo Chriſtus ad Patris dextram, quia eius eſt vicarius.* In ſextum ſimiliter, & decimum ſeptimum eiuſdem S. Ioannis caput. *Chriſtum*, ait, *amplectere ſeruum Patris, vt ſe vitæ principem tibi oſtendet*, Atque vt omnibus conſtaret, quo ſenſu hæc diceret, nimirum non habita ſolius humanitatis ratione tantum, à Dei verbo aſſumptæ, verum etiam diuinæ naturæ, eius iterum verba ſubiiciam ſuperius ſemel poſita, quibus contra Valentinum Gentilem ſcribens, ſuā expoſuit perſpicue hac de re ſententiam, dicens: *Nomen Dei, per excellentiam ad ſolum Patrem pertinere, huncque ſolum ac proprie cœli, ac terræ Creatorem eſſe: imo & Patri ſubiectū Filium etiam ſecundum Diuinitatem.* Quid? Num hoc eſt diſertiſſimis verbis negare Ieſum Chriſtum eſſe Patri ſuo ęqualem, & abominandam Arrii Hęreſim reuocare ab Inferis? Num iſtud eſt eodem plane modo loqui de Ieſu Chriſto, quo Chriſtiani nominis hoſtis Mahometus? nec enim plures eum facit, quam aliquem Dei ſeruum, contra apertiſſimam Scripturam, quæ quod ad eius Perſonam attinet, eum

Caluinus tenet Ieſū Chriſtum, Patri ęqualem.

Negat *in Harmon. ad cap. 22. Matt.*

Idem in Matt. c. 26

In c. 6. c. 17 Ioannis.

Calui. cōt. Valent. Gent. refu. 10. & epiſt. 2. ad Polō.

Caluini blaſphemia Ieſu Chriſti Diuinitatem negantis.

Cal in c. 4. Matth.

net,eum vbique prædicat æqualem, (licet ratione humanitatis illo ſit minor) naturalem inquam, filium,non ſeruum,aut filium adoptiuum,quemadmodum iuſti eſſe dicuntur. In Commẽtariis in caput quartum S. Matthæi omnes Saluatoris paſſiones ſine vlla peccati labe fuiſſe vere profitetur:at in Inſtitutione id pernegat:& in Epiſt. ad Galatas eũdem facit peccatorem, & maledictionis reum. Ideoque peccator erat,&maledictionis reus,non tã in ſe quidem,quã in nobis.Sunt hæc ipſius Caluini blaſphematis verba: cuius opinione Chriſtus erat peccator,quamuis id ratione potius noſtri,quã ſui: ꝙ eſt falſiſſimũ:neq;.n.vllius ille vitii, culpæue reus fuit,aut eſſe potuit:nihilq; nobiſcum habuit cõmune ꝑter humanã naturam ꝙ quod eſſet inexplicabili vinculoDiuinitati cõiũcta,nullo poterat mõ peccare.Quare nec auſus eſt S.Paulus eum fuiſſe peccatorem,dicere, quãuis peccata noſtra pertulerit, id tantum ait,in ſimilitudinem carnis peccati veniſſe.

LIBRI IV. CAP. 8.

Caluin.ait Chriſtum habuiſſe vitioſum affectum, *Inſt.l.2.c. 16.SS.12. Cal. in c.3. adGala.13*

In Chriſto eſt ſimilitudo carnis peccati. *Rom.8.3.*

Idem ſcribit in Matthæũ,quod Chriſtus in cruce affixus nequaquam de ſua ſalute dubitarit: ſed in Inſtitutione aſſerit eum horrenda hominum damnatorũ pertuliſſe tormenta, ſed hoc diſcrimine, ꝙ ꝗ illis æterna ſunt,non fuerint ipſi diuturna.Docet igitur CaluinusChriſtum ex ſpe ſuæ ſalutis excidiſſe,hoc enim veriſſimum eſt, maximeq; horrẽdum damnatorum ſupplicium. Alio ſimiliter in loco affirmat Chriſtum non ſolum corpoream mortem ſubiiſſe,(quoniam vt ille ſentit, ea ſola non fuiſſet hominib.redimendis efficax) ſed id etiã genus mortis,quo Deus iratꝰ vlciſcitur impios. *Nihil actũ erat*, inquit, *ſi corporea tãtum morte defunctus fuiſſet Chriſtꝰ: ſed operæ ſimul pretium erat, vt diuinæ vltionis ſeueritatẽ*

Ieſus Chriſtus de ſalute ſua nõ dubitauit. *Cal. in ca. 26.c.27. Matth.*

Caluin. in blaſphem. *l.2.Inſt.c.§ 10. & 12. In Mat.26 & 27.*

Digitized by Google

LIBRI IV. CAP. 8. ſentiret, & eam mortem perferret, quæ ſceleratis ab irato Deo infligitur. h. e. damnationem cum deſperatione coniunctam. In S. Matthæi Euangelium ſcribens, credit Saluatorem eo quod ſit De⁹, omnem in cœlo poteſtatem habere: at hoc idem alibi negat, dicens (quod ante indicaui) eum dũtaxat eſſe Dei Vicarium, eiuſq; vicem gerere.

Ieſus Chriſtus in Cœlo omnipotens. *Cal. in cap. 28. Matt.*

Calu. blaſphemia *in c. 22 26. Mat. & in ca. 16 Mar.* Nomẽ Ieſu *in cap. 1. Mat. In ep. ad Phil. 2. 9*

Adhæc ſcripſit in S. Matthæum nomen Ieſu honore afficiendum: ſed illud ipſum negat, ſcribens in Epiſ. ad Philippenſ. vbi Sophiſtas ridiculos omniq; irriſione dignos appellat eos, qui ex Apoſtoli verbis genu flectendum colligunt, cum hoc nomen auditur, ac ſi, inquit ille, magica vox eſſet.

De Baptiſmo. *Cal. in c. 3. Ioan.* *Calu. l 4. Inſt. c. 16. § 26.*

Scriptum reliquit in Ioannem, neminem abſq; Baptiſmo ſaluari: in ſua vero Inſtitutione, diſerte negat Baptiſmum eſſe neceſſarium.

Cal. Inſt. l. 4. c. 6. §. 15. fatetur S. Petrũ eſſe mortuum Romæ. Negat idẽ *In 2. Petr. c. 1. 14 & alibi.*

In eadem Inſtitutione fatetur S. Petrum mortẽ ſubiiſſe Romæ. *Et tamen* inquit. *propter hunc ſcriptorum conſenſum, non pugno quin illic mortuus fuerit.* At in Commentar. in eiuſdem S. Petri Epiſtol. contra ſe turpiſſime dicit: *Niſi Maria,* ait ille, *& terras in momẽto tranſuolauerit Petrus procul ab Italia mortuũ eẽ cõſtat.*

Quin etiam in ſuis Commẽtariis in Epiſtolas ad Romanos, Philippenſes, Coloſſenſes, & ad Titum editis, quo ſuam contradictionem confirmet, probare conatur S. Petrum nũquam veniſſe Romam. Iam ne videtis quã præclare veſter Patriarcha ſibi cõſtet? vt ex eodem ore frigidum, & calidum exhalet? vt factum, infectum habeat? Vt album ac nigrũ probet: & admodum eleganter Apollinis Cygnũ, & Coruum effingat? Vtq; plura, quam ſol efficiat: qui cum præſens eſt diem tantum, cum abeſt noctem facit, veſter autem Apollo eodem omnino tempo-

tempore ſua præſentia lucem, ac tenebras afferat? Sexcenta poſſent ex eius voluminibus loca proferri, ſed hæc adduxiſſe ſatis habeo, quibus, veſtri Apollinis ex eius effatis, & oraculis, leuitatem, ambiguitatem, inconſtantiam: & eorum, quæ dixi ſuperius veritatem, non poſſe videlicet mendacium abſque contradictione defendi, clarius meridiano ſole videatis. Cæterum Catholici hic opportune reminiſcãtur moniti ſuperioris, quo monebam, obſeruandum, cum iſtius nouæ doctrinæ aſſertores duo diuerſa, planeq; contradicentia proponunt axiomata, in peiori fidem eorum contineri, alterum ab iis ad fucum duntaxat faciendum, & fallaciã obtegendam afferri. Quocirca cum Caluinus contra Eccleſ. Cathol. veritatem, negat Chriſti Ieſu corp⁹ in Euchariſtia cõtineri, hęc eius fides eſt, certa omnino doctrina, ac putida Hæreſis. Cum autem carnem, & corpus Chriſti realiter accipi docet, mera eſt repugnantia, & ad ſuam Hæreſim occultandam in auras proiecta contradictio: vt facilius peſtifer error pro vera fide obtrudatur. Ergo vbicunq; ſiue hic, ſiue ſuæ Sectæ Miniſtri contradicentes proponunt ſententias, duo ſunt veluti nerui vni arcui aptati, quib⁹ ſuarum fallaciarum tela cum datur occaſio è malitiæ pharetra certis ictibus eiaculentur, ſeque ad fallendum per inſidioſam ſimulationem occultent. Et hæc de ſecunda fraude apud vos vſu recepta, qua præclare Delphicus Apollo exhibetur: ad tertiam veniamus.

LIBRI IV. CAP. 8.

Caluini ſe vt occultet aſtutia.

ſup. l. 3. c. 10 & 13.

LIBRI IV. CAP. 9.

Miſcellanea boni, & mali: veritatis, & Hæreſeon, in Hugonotorum templo ad ſimilitudinem Delphici, vſu recepta: Deq; Poteſtate Dei.

CAPVT IX.

Tertia ad illudendos mortales fraus per Sathanam in fanum Delphicum inuecta, rerum nẽpe bonarum ac malarum, veritatis ac mendacii, optimorum documentorum, & axiomatum perniciosorũ miſcellanea, ceu varia Idola ac ſimulachra ibidem collocata, in veſtro quoque templo eadẽq; ꝓportione, vt duæ ſuperiores viſuntur. Veſtra hęc initio fuerunt, & etiamnum ſunt effata, graueſq; ſententiæ. *Tollendos eſſe ex Eccleſia abuſus, omneſque ſuperſtitiones radicitus extirpandas: Deo ſumma puritate ſeruiendum: Verbum Dei vt fidei, actionumque noſtrarum regulam tenendum, non autem hominum Traditiones.* Hæc & alia generis eiuſdem è Catholicorũ Schola vſurpaſtis effata, quæ, ac ſi eſſent veſtræ Religioni adulterinæ propria, ore diducto buccinatis: non quidem, vt ea ad ſenſum veritatis velitis in opus referre, ſed vt iis, quaſi melle illita peſtilẽtiſſimæ doctrinæ pocula, ad fidei Catholicæ, morumque ſanctitatem peruertendam mira calliditate miſceatis. Hic nonnulla ſubiiciam, quæ velim vos diligenter attendere: vt in eis veluti ſpiritalibus Idolis Sathanæ vafriciem intueamini, qui ea in intimi cerebri, cupiditatumque veſtrarum camino fudit, quẽadmodum ea, quæ, vigente Ethnicorum ſuperſtitione, conflauerat: q̃ cum fuerint per Chriſti aduẽtum exterminata, idem impietatis machinator per nefariã Caluini doctrinam reponere cõtendit: Vos igitur

Præclaræ ab Hugonotis errãtib. ad fallendum vſurpatæ sẽtentiæ. Opus eſt reformatione.

tur non pauca de Deo, Deique attributis veriſſima tenetis axiomata, cuiuſmodi ſunt hæc: Quod Deus ſit æternus: Quod Cœlum, & terrã crearit: Quod ſua prouidentia rerum vniuerſitatem gubernet: & his ſimilia: quæ nullius vt ſint vtilitatis, Sathan vobis fuit author, vt ſua permiſceretis, quibus illa præclara, & Catholica peruerterentur. Quorum illud in primis horrendum, diuinæq; Maieſtati contumelioſum: Quod Deus non ſit omnipotẽs. Hoc nimirum eſt Apollinis Idolum, quẽ Ethnici Deum quidem eſſe credebant, non tñ Omnipotentem, vt Iouem. Caluinus illud aliis colorib. expreſſit, cùm ait: *Neq; tamen commentum ingerimus abſolutæ potentiæ: quod ſicuti profanum eſt, ita merito deteſtabile nobis eſſe debet.* Abſolutæ potentiæ nomine eam Caluinus intelligit, qua creditur De⁹ omnia facere poſſe: quod poſſit verbi cauſa efficere, quod nunq̃ futurũ Scriptura teſtatur. Videtis vt veſter Doctor Cathol. de omnipotentia Dei doctrinam, profanam ac deteſtabilem nuncupet? Ergo ex iſtius axiomate non põt Deus alterum diluuium immittere: quod minime dicat Scriptura eum altera aquarũ eluuione terras vaſtaturum, q̃ olim feciſſe commemorat. Quod ꝓnuntiatum atrox eſt, & in Dei Maieſtatem maxime contumelioſum; primoque fidei Chriſtianę articulo plane contrarium, quo abſolute: nullaque circumſcriptione adiuncta, fidelis quiſque pronunciat. *Credo in Deum Patrem omnipotentem.* Contrarium item Scripturæ: vbi Deus ita loquitur: *Ego Deus omnipotens.* Et Ieſus Chriſtus: *Abba Pater omnia tibi poſſibilia ſunt.* Quod ſi illud impoſſibile ſit fieri, quod Scriptura negat futurum, non idcirco inferre debet Hæreticus, quod Deus non poſſit illud

LIBRI IV. CAP. 9.

Vera Caluiniſtarum axiomata.

Hæretica axiomata

Abſolutã Dei poteſtatem deteſtatur Caluinus.

l. 2. Inſt. c. 7 §. 5. l. 3. c. 23 §. 2. In c. 11. Iob. cõc. 43 in Eſa. c. 23 §. 9. Petrus Mart. de Euch. poſt obiect. 11.

Nullum poſthac diluuium.

Gen. 9. 11. Gen. 17. 1.

Mar. 14. 36

LIBRI IV. CAP. 9.

Nihil Deo ſi velit, impoſſibile.

facere, nec enim huius rei cauſa eſt Dei imbecillitas, vel impotētia: nec quod id Scriptura ſignificet: ſed propterea quod Deus id non vult facere, ſeque id nolle per Scripturam oſtendit. Dixit Ieſus S. Petro ſe contra hoſtium cohortem defendere cupiēti, poſſe rogare Patrem ſuum, eumque ſibi ſtatim pluſquam duodecim legiones Angelorum exhibiturum, qui ſe è Iudæorum manibus eriperent. Ex opinione Caluini non poterat Ieſus Chriſtus Patrem ſuum rogare: nec item Pater duodecim Angelorum exhibere legiones, quod Scriptura neutrum fieri debere ſignificet: nihilominus aperte dixit Saluator, ſe poſſe rogare Patrem ſuum: & poſſe Patrem eum Angelorum numerū exhibere. Quare blaſphema eſt Caluini doctrina aſſerentis non eſſe in Deo poteſtatem faciendi ea, quæ Scriptura, eum non eſſe facturum declarat. Ecquis non obſtupeſcat inauditam Reformatoris huius impudentiam, qui hoc ſuo pronuntiato, Dei Filio, qui ſumma eſt veritas, vanitatis orationem, ac mendacium affingat? Eſt igitur abominandum Idolum in Fano veſtræ Reformatæ collocatum, vt eo veluti ariete, fidei, Chriſtianæque Religionis myſteria, quæ omnia hac Dei omnipotentia innituntur labefactata concidant. Quare quemadmodum Dei omnipotentiam ſemper Eccleſia ad conciliandam fidei ſuæ authoritatem, eiuſq; veritatem corroborandam adhibuit, propugnauitque ita Eccleſiæ hoſtis Hæreticus, anguſtis eam cancellis, ad ſtabiliendum mendacium, & impietatem coarctauit. Proponatur exempli gratia poſtremus Symboli articulus: *Credo,* inquit Eccleſia, *carnis reſurrectionē.* Licet hominum iudicio, qui omnia ratione humana ſen-

Legiones Angelorū. *Mat. 26. 53*

Fidei myſteria Dei omnipotētia innituntur.

Carnis reſurrectio.

na ſen-

na ſenſuue metiuntur, hoc impoſſibile videatur: hoc nihilominus firmiſſime credit Eccleſia, eo q̄ credit ſimiliter *Deum eſſe omnipotentem*, vt poſſit q̄cunq; dixit, ac velit, efficere. Contra, dicet Hæreticus, non poſſum eam credere. quid ita? Quoniam, inquit, Deus efficere nequit, vt mortui reſurgant. Hoc argumentandi modo, circa propoſitam materiam Marcion vtebatur, cum obiiceret Deum non omnia poſſe. Etenim Scriptura teſtatur, aiebat ille, eum non poſſe mentiri: nec ſeipſum negare: indeque inferebat, Ergo nec magis poteſt efficere, vt corrupta corpora, & in puluerem ſoluta aliquando reuiuiſcant. Hęreſiarcham illum in veſtra Secta tuenda imitando conſectamini, dicentes Deum non poſſe omnia, vt contra veritatem Euchariſtiæ tandem, inferatis: non poteſt igitur vnum diuerſis in locis, eodemq; tempore corpus collocare: nec vno in loco, & ſpatio vnum ſtatuere, quin ſpatium occupet: nec alia quæ nos in Euchariſtię Sacramẽto credimus, nec vos credere vultis, omni admiratione digna præſtare. Quoniam igitur Catholica doctrina, ad aſſerendos fidei articulos, eſt rupis inſtar firmiſſimæ: veſtra vero ad eoſdem conuellendos, vt machina ex Inferorum officinis educta: inde eſt, quod tam pertinaciter æterni Dei omnipotentiam oppugnatis. Caluinus certe de ea nec ſcribere, nec loqui ſine ſtomacho, ingentique animi commotione conſueuit: eamque modo rem profanam, ac deteſtabilem, modo diabolicam, & execrandam vocat blaſphemiam. Eius item diſcipulus, & in Geneuenſi Papatu ſucceſſor Beza ſublatis ſignis omnes vndique exceptionum copias, & arma colli-

Lib. IV. Cap. 9.

Marcionis contra Dei omnipotẽtiam Miniſtri vſurpãt

Doctrina de omnipotentia Dei, eſt Caluino res profana ac deteſtabilis *l. 3. Inſt. c. 23. § 2. & in c. 11. Iob. conc. 43.* Blaſphemia execranda. *in c. 23. Iſa.* 39.

Libri IV. Cap. 9. S. Hieron. ep. ad Euſt. S. Aug. l. 5. de Ciuit. c. 10. Theodo. Dial. 3.

colligit, vt eã omnino proterat, aut certe debilitet. Profert enim ex S. Hieronym. Deum non poſſe virginem poſt ruinam ſuſcitare: ex S. Auguſtino, efficere non poſſe, vt quod factum eſt, infectum ſit: ex Theodoreto, non poſſe errare, & alia eiuſmodi facere, quæ Scriptura docet eius diuinæ repugnare naturæ; cuius generis ſunt hæc: negare ſeipſum, mentiri, mori: ex quibus exceptionibus colligit non eſſe in Deo Poteſtatem abſolutam, vt inde opportune probet, eum non poſſe facere quęcunque nollet ipſe Beza credere. Atqui fallitur, & fallere Beza cogitat, nihil tamen aſſequitur: ſiquidem his, & aliis huiuſmodi exceptionibus, quas vel Scriptura, vel Catholici Doctores obſeruarunt, Dei Poteſtas imminuitur, ſed potius explicatur, & illuſtratur; eo quod illa præſtare non poſſe, non eſt infirmitatis, ſed perfectionis: nõ imbecillitatis ſed poteſtatis indicium. Eam ob rem libenter Doctoribus aſſentior dicentibus Deum facere non poſſe, vt quæ fuerit virgo corrupta, non ſit corrupta: nec, quod factum eſt, ne ſit factum: nego tamen inde effici, ne ſit Omnipotens: imo vero ea ſi faceret, contra ſuam Omnipotentiam, ac Maieſtatem facere veriſſime iudicaretur: efficeret enim vt veritas & mendacium: eſſe, & non eſſe: lumen & tenebræ: affirmatio, & negatio ſimul exiſterent, imo nihil eſſent, niſi tantum imperfectionis, non poteſtatis argumentum. Et eandem ob cauſam facere nequaq̃ poſſet Deus ſine cliuo montem, ſine anima rationis compote, hominem: alioquin eſſet mons, nec mons: homo & beſtia, & ſine veritate veritas. Pari modo errare poſſe, mentiri, peccare, mori infirmitas eſt: nã ſi poteſtas eſſet, mortaliũ eſt nemo adeo imbe-

Non poſſe mẽtiri, vel interire, p̃fectio eſt, non imbecillitas.

Imbecillitatis eſt peccare poſſe.

imbecillus, nec tam exiguus terræ vermiculus, q̃n Deo ipſo longe potentior exiſteret. quandoquidẽ omnis homo mentiri poteſt, omniſq; vermiculus interire, hoc eſt, his ſunt infirmitatibus obnoxii. Eſt igitur impotentiæ, atq; imbecillitatis talia poſſe facere, non poſſe, virtutis: nec huiuſmodi exceptiones abſolutæ Dei Poteſtati aduerſantur, ſed eā magnopere, ceu quædam notæ inſignes illuſtrant. Intolerabilis eſt ergo veſani huius Sophiſtæ cum ſumma ignoratione coniuncta malignitas, qui has in medium exceptiones affert, vt ſuper iis ſuæ perfidiæ, & infidelitatis Idola conſtituat: & hoc, vel illud pro libidine reiiciat, quod Dei poteſtatẽ excedere videatur. Hoc eſt primum axioma, & maximū in Templo Delphico à vobis reformato conſtitutū Idolum, quod veri Dei Omnipotentiæ, Deiq; Patris Perſonæ opponitis, vt eam, quæ Maieſtatis eſt fontem, obruatis.

Liber IV. Cap. 9.

Alia pronuntiatorum Idololatricorum contra Dei filium, & Spiritum Sanctum farrago.

Capvt X.

Audiuntur inſuper in templo veſtro bonis ꝑmixta ſententiis axiomata plurima cõtra cæteras in Trinitate Perſonas: quib. Delphicam corruptionis farraginem pergitis imitari. De Filio iſta q̃dem credere videmini: Quod ſit hominū Redẽptor: Quod ad Dei Patris dexterā ſedeat: at hos, & alios fidei veros articulos, iſto, q̃ buccinatis, axiomate conuellitis, cum dicitis: Eum non eſſe Patri æqualem, ſed ſecundum à Patre honoris gradum tenere:

Axiomata Hæretica contra Ieſum Chriſtum.

Libri IV. Cap. 10. nere: Eius eſſe Vicarium, ſeruum, ſubditum clientem, etiam ratione Diuinitatis. Nihil vobis affingo: Caluinum omnium veſtrum nomine ſupra hęc diſerte loquentem audiſtis: vnde ſequitur vos minime credere Ieſum Chriſtum eſſe Deum: nam quod eſt inferius Deo, non eſt Deus. Sed nec eum rogatis vnquam vt Deum, quemadmodum ſuperius indicatum eſt: quam Hæreſim nihil iam attinet refellere, iampridem perſpicuis Scripturæ teſtimoniis in perſona Arianorum veterum maiorum veſtrorum iure damnatam: ſiquidem Scriptura contra eorum impietatem Diuinitatem Chriſti vindicat, eumque aperte Deum appellat. Satis ad hoc initiũ Euangelii S. Ioannis videre, vbi aſſerit verbum eſſe Deum, hoc eſt Filium Dei, Deum eſſe: & Epiſtolam Pauli ad Philippenſes vbi ſcripſit de Chriſto Ieſu, *Qui non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo.* Eſt ergo Deus, & ſuo Patri æqualis: veſtra vero doctrina mera Hæreſis nuncupanda. Nec erubeſcitis iſtam omnium virtutum, veræ Religionis, cultuſque Chriſto debiti profligatricem adeo pertinaciter amplecti, quam ſanctiſſima Concilia, maximeque Nicenum primum ad aſſerendam Diuinitatem filii Dei, & cum ſuo Patre conſubſtantialitatem coactum, diris deuouerunt, & anathematis fulmine confecerunt? Non pudet vos tantum veſtræ inſanæ opinioni tribuere, vt eam authoritati præferatis Eccleſiæ Catholicæ Doctorũque omnium, qui Chriſti Diuinitatem ab Apoſtolorum æuo, ore, calamo, vel etiam fuſo ſanguine confirmarunt, eademque opera nondum renouatam per vos Arianam impietatem refutarunt? Ecquis hoc execrandum Idolum ex ruinis antiquæ ſuper-

Supra lib. 4. c. 8.

Philip. 2. 6.

ſuperſtitionis erutum, & iterum in templo Geneuenſi Delphico, aliiſque veſtræ Reformatæ delubris collocatum, non miretur, & obſtupeſcat?

LIBRI IV. CAP. 10.

Quod ad Spiritum Sanctum attinet, vos recte quidem fatemini & Sanctum eſſe, & ab eodem hominum mentes illuſtrari: ſed peſtifero deinde axiomate, ſanam iſtam, ſynceramq; fidei profeſſionem peſſundatis: ſiquidem Spiritum Sanctum eſſe Patri æqualem negatis, & conſequenter non eſſe Deum profitemini. Nec vero eſt diu in hoc confirmando immorandum: etenim cum Filium Patre minorem eſſe teneatis, idem ſimiliter de Spiritu Sancto, qui à Patre, Filioque procedit, nimirum Patre minorem eſſe, ac proinde non eſſe Deum fateamini neceſſe eſt. Hoc inquã neceſſario ex propoſita ratiocinatione, ex veſtro ducta axiomate ſequitur. Eraſmus longe ante vos hanc Hæreſim inchoauerat, his verbis vſus in ea præfatione quam S Hilarii operibus præfixit: Audemus, inquit, Spiritum Sanctum appellare Deum verum, ex Patre, Filioque procedentem, quod veteres aliquandiu non videntur auſi. Quod profecto eſt Hæreticum dogma cum mendacio, craſſaq; ignoratione cõiunctum: quandoquidem ipſemet S. Hilarius (cui ſcriptor ille præfatur) in calce librorum de Trinitate ſcribit aperte Sanct. Spiritum minime Creaturam eſſe: ex qua ſententia neceſſario ſequitur eum eſſe Deum, vtque talem à Sancto illo Doctore agnoſci: nam quicquid eſt, neceſſario aut Deus, aut Dei opus eſt, Creator videlicet aut creatura. Nec modo Sanctus Hilarius, ſed quotquot Orthodoxi, & Catholici Doctores de Spiritu San-

Miniſtrorũ axiomata de Spiritu Sancto.

Eraſmus *in Præfat. in S. Hilarium.*

LIBRI IV. CAP. 10. tu Sancto verba fecerunt, eum verum eſſe Deum, & crediderunt, & diſerte nominarunt. E Græcis quidem SS. Athanaſius, Baſilius, Gregorius Nazianz. Greg. Nyſſenus, & hic peculiarem de Spiritu S. librum edidit: è latinis SS. Ambroſius, & Auguſtinus in numeris in locis eius Diuinitatem aſſeruerunt. Hāc certe fidem diſerte tradit Scriptura, Spiritum Sanctum appellans Deum: poſt enim quam dixit, Spiritus Domini per me locutus eſt: addidit: dixit Deꝰ Iſrael mihi, ſunt ea verba Dauidis, Deum nominantis eum, quem Spiritum Domini vocarat. Adhæc Saluator ipſe præcepit Apoſtolis, vt Euangelium prædicarent ſuum, & baptizarent credentes In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: quibus verbis Spiritum Sanctum eadem ſerie Diuinitatis, & vt Perſonam Diuinam, atque verum Deum, ſicuti Patrem & Filium collocauit. Præterea S. Petrus pro ea quam à Chriſto acceperat authoritate Ananiam caſtigaturus: *Cur tentauit Sathanas*, inquit, *cor tuum mentiri te Spiritui Sancto, & fraudare de pretio agri? Non es mentitus hominibus ſed Deo.*

S. Athan. in diſpu. cū Ario. S. Baſil. de Spir. S. c. 16 S. Greg. Naz. Ora. in Hero. S. Greg. Niſſ. lib. Quod Spi. S. ſit Deus 2. Reg. 23. 2. Mat. 28. 19

Actor. c. 5. v. 4.

En vobis tria Idola contra tres Sanctiſſimæ Trinitatis Perſonas in medio ſpiritalis Templi veſtri collocata: quæ ad ſimilitudinem Templi Delphici vt mendacium, impiamque ſuperſtitionem ſtabiliretis, quodam ſynceræ doctrinæ velo, ac ſententiis veritatis eleganter ornaſtis. At velis & fuco amotis, nuda iam Idola patent, fœtent, & intuentibus horrorem incutiunt. Ite Miniſtri, veſtra hæc præclara axiomata mulierculis, in fœlicique plebi venditate, ac vendite: & Papatus abuſus reformare velle vos, omnique ſuperſtitione ſublata ſoli Domino ſeruire, contenta voce iactate. Et ſi propoſita

è ve-

è veſtro Narthecio effata pudorem vobis nondum inferunt, hæc quæ deinde ſubiiciam inſpicite.

Quædam alia in legem Dei, farrago veritatis, ac mendaciorum.

CAPVT XI.

NIhil eſt cui ſecũdum Deum maiorem impertire debeamus honorem, quam Diuinæ ſuæ legi, Scripturæq; ſanctæ: nã in vtraq; notæ ſuæ Maieſtatis elucẽt. Nihil ſimiliter charius eſt Deo, quã ſua Eccleſia: cui legem, & Scripturam ſuam inſtar depoſiti pignoris ad eam inſtituendam reliquit: & filium quem habet vnicum tãdem miſit, libẽterq; donauit, vt eam in libertatẽ ſua morte vindicaret. Super his bona, malaque miſcuiſtis, & contra eadẽ, quæcunq; vobis ſuggeſſit Diabolus, euomuiſtis: q̃ ſuo veneno pectus veſtrum infecit, Sectæq; veſtræ blaſphemum os diduxit, vt tria ex eo portentoſa Idola extraheret. De lege Dei, certum eſt vos nonnulla vera dixiſſe: eam nimirum eſſe iuſtam ſanctã, & Datam à Deo ad mẽtes illuſtrandas: ad viã in cœlum commonſtrandam: & alia eiuſmodi: ſed his p̃claris pronuntiatis vnum admiſcuiſtis peſtiferum, quo ceu exitiali veneno illa omnia corrupta ſunt: dicentes Dei legem impoſſibilem eſſe: & ad illud confirmandum Scripturam incredibili impudentia iactatis, ac ſi ea omnino à vobis ſtaret. *Tot* ait Lutherus, *Scripturæ teſtimonia probant, mandatum Dei eſſe impoſſibile nobis, vt nihil ſit manifeſtius.* At poſſetne impoſtor, ac mortalium mendaciſſimus, vel vnicum locum, ad id quod falſo aſſerit, confirmandum afferre? Imo contra innumera poſſent pro-

Deus legẽ & filium ſuum Eccleſiæ dedit.

De lege Dei.

Luth. in cõfut. ratiõis latomiana & in reſpõ. ad Dialogũ Syluestri Prieratis.

ferri quibus aperte declaratur, poſſe homines diuina adiutos gratia Dei legem explere. Pari impudentia reſpondens Prierato, ait, *Peßime facis, quod negas Saluatorem impoßibilia iußiſſe: pluſquam peßime facis quod hoc falſitatem audes appellare.* Idemque ſubiungit fieri nõ poſſe vt homo Dei legem in hac vita exequatur. vbi ergo? Scribit quoq; Melãchthõ: *Cum iubet lex Deum amari, rem adeo difficilem iubet, ac ſi ſupra Caucaſum volare præciperet.* O blaſphemum os! O ſtupidum, ferreum & ſaxeum ex ſuo illo Caucaſo exciſum hominem! Quid? Deũ amare impoſſibile? Quidquamne homini quam amare facilius? Quam ſumma voluntate, ac ſtudio bonum, ac iucundum complecti? Bonitatem infinitam ſummãq; pulchritudinem amare, hominũ facultatem excedet? vocem illam non potuit niſi μισόθεος animo concipere, & conceptam impudenti ore proferre. Nec minor cenſenda eſt Caluini temeritas ita ſcribentis: *Sic ergo extra controuerſiam, impoßibile eſſe in hac carne legis implementum.* Iſte nouus Eccleſiæ (ſi ſuperis placet) Reformator bene agẽdi ſtudium, cum Luthero in alteram vitam ſibi reſeruat. Cæterum vt otiũ, & hominum ignauiam foueãt, nec pudet iſtos, nec religioni ducunt, ſummam oppugnare ſapientiam & bonitatem: ipſumque Deum arguere crudelitatis. Nonne intolerabilis eſt legiſlatoris imprudentia, ſi eam ſubdito, quã exequi nequeat, legẽ imponat? Nam omni barbarie crudelior acerbitas eiuſdem, ſi morte plectat, eũ qui legem ſuis virib. imparem non ſit exequutus? Eſto Rex quiſpiam edicto ſanciens pœna ſuſpendii propoſita, vt ſuæ ditionis omnes cuiuſcunq; conditionis, ætatiſue ſubditi cõflandi, ſculpendiq; artẽ perdiſcant: is & rationis expers, immaniſq; tyrañus iure habebitur: ꝙ rem ad

Luth. in reſpõſ. ad Dialogũ Sylue. Prier. prope mit.

Phil. Melã. in epiſt. ad Rom.

Cal. l. 2. Inſt. c. 7. §. 5

Imprudẽs & crudelis eſt legiſlator impoſſibilia iubens.

quam maxima hominũ pars eſt prorſus inepta fieri præcipiat, innumeroſq; mortales iñoxios neci dedat. Vos aũt abſolute, nullaq; exceptione adhibita Dei legẽ aſſerẽtes impoſſibilẽ, Deũ eiuſmodi tyrãno facitis imprudentiorẽ multo, atq; immaniorẽ: eum ſiquidẽ cunctis mortalib. eam impoſuiſſe legẽ docetis, q̃ eorũ nullus nõ ſane magis valeat ĩplere, q̃ ſe, vt ait Melanchthõ, volãdo ſupr. caucasũ attollere: cũ tñ noñulli ſint hominum, q poſſint artem cõflandi, ſculpendiq; pdiſcere: & eorum q idem p̃ſtare nequirẽt pœna, ea lege humana ĩflicta, breuis mõ eſſet, ac tẽporanea: cũ Deus legem ſuam infringentib. mortẽ imponat ſempiternam. Eam ob rem dici non põt, q̃ atrocem diuinæ, ſummæq; bonitati, ac ſapientiæ veſtrũ hoc Idolum inferat iniuriam, cũ Veritatem ipſam arguat mendacii, aſſerentẽ non mõ non impoſſibilem eſſe legem à ſe latam, verum etiam factu facilem: *Iugum meum ſuaue eſt*, dicit Ieſus Chriſtus, *& onus meum leue.* Magiſtri ſententiam cõfirmat dilectus Diſcipulus, cũ ait: *Mandata eius grauia non ſunt*: Scriptura ampliſſimum perfectæ virtutis impertit Noemo teſtimonium cum ait: *Noe vir iuſtus atq; perfectus fuit in generationib. ſuis, cum Deo ambulauit.* De Zacharia ſimiliter & Elizabetha, *Erant*, inq t, *iuſti ambo ante Deum, incedentes in omnib. mandatis, & iuſtificationib. Domini ſine querela.* Non erat igitur lex illis impoſſibilis cũ eam tã exacte Scriptura teſtãte ſeruarent. Quod ſi Dei gratia eſt infinite potẽs, vere ſiquidẽ dixit Apoſtol⁹, *ſe omnia poſſe in eo qui ſe confortat*: noñe execrãdum blaſphemiæ crimẽ admittitis, aſſerẽdo Dei legẽ impoſſibilẽ, cũ p̃terquã quod eã Deus facilem eſſe pnuntiat, vires etiam, & gratiæ ſuæ præſidiũ ad eam exequẽdam impertiat?

Mat. 11. 30.

1. Ioa. 5. 3.

Gen. 6. 9.

1. Luc. 6.

Philip. 4. 13

Digitized by Google

Ex Hæreticorum opinione multa ſequi abſurda.

Non pudet vos, impudentes blaſphemi, adeo pertinaciter pronuntiatũ, eiuſmodi, & antecedens tenere, vnde tam multa abſurda, totq; in Dei nomen, ac numen iniuriæ conſequantur? Etenim ſi Dei lex impoſſibilis eſt, vt docetis: erit ſimiliter impoſſibile ſummam Bonitatem amare: ſupremã honorare Sapientiam: Deiq; Omnipotentiam vereri, ac metuere: Item impoſſibile Idololatriæ crimine abſtinere: impoſſibile filio patri honorẽ habere: impoſſibile cædes, adulteria, furta, falſa teſtimonia mente, factoq; non conſciſcere, flagrantiq; cupiditate in vxorem, fortunaſq; vicinorum non inhiare: impoſſibile deniq; vllis Regum edictis, vllis Magiſtratuũ conſtitutionib. vllis Dei legib. Eccleſiæq; decretis obtemperare. Hæc, & alia abſurda plurima veſtræ aſſertioni, & Idolo añexa ſunt. Atq; vt gladio veſtro iugulemini, noñe eam propugnantes tot criminũ vos eſſe reos fatemini, quorum Dei lege mandata præſcribũtur? Quæ ſi, vt aſſeritis factu ſunt impoſſibilia, non igitur ea conficitis: imo vniuerſam Dei legem, violatis, infringitis proculcatis: ac proinde eſtis omnes Idololatræ, Blaſphemi, ſacrorum dierum contemptores, Mendaces, Periuri, Paricidæ, Adulteri, Mœchi, Scortatores, Inceſti, Fures, Prædones, Calumniatores, Sycophantæ, Seditioſi Litigioſi, Rixarum Faces, Falſarii, Vrbiũ ac Prouinciarũ euerſores, humaniq; generis teterrimæ peſtes: aut ſi vni mandatorum Dei ſatisfacitis, cur non etiã reliquis? Cur hoc potius quam illud, cum vniuerſa, vt ſingula ab eodem authore Deo efficienda manarint? An fuit vnquam deteſtabilior in templo Apollinis inſcripta ſententia: aut monſtroſius Idolum in eo collocatum, quam hoc teterrimũ, quod tam pertinaci

tinaci religione pro Deo teneris, & adoratis? LIBRI IV. CAP. 12.

Hæretica miſcellanea, & Idola in Scripturam S. ingeſta.

CAPVT XII.

De Scriptura vero Sancta multa interdum veritati cõſentanea prædicatis: Quod videlicet ſit Dei liber: Quod ei ſit habenda fides: & ore diducto vos nihil non ei cõgruum facere, ac dicere velle iactatis: ſed inde informe Idolum, & quoddam ſine anima corpus ex ea fabricatis iis flatis quæ referam coaceruatis: Quod Scriptura ſit perſpicua: Quod nihil ſit credendum, quod in ea inſertum nõ ſit: Quod liceat omnib. eam tractare, & in ea ſalutẽ exquirere: quib. axiomatis omnes Apoſtolorũ, & Eccleſ. Traditiones, quas Deus, Scripturaq; admittendas, ſeruandaſq; præcipiunt, abrogatis: S. Petrũ mendacii inſimulatis, aſſerentem Scripturam obſcuram, & intellectu difficilem: perturbatis inſup, & omnino peruertitis œconomiam in domo Dei conſtitutam: in qua non omnia omnibus licẽt, ſed diſtincta, propriaque ſingulis tribuuntur officia. Nec enim omnes in ea Doctoris munere funguntur: ſed vt ſcribit Apoſtolus: *Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios vero Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores:* alios igitur cõſtat oues, ac diſcipulos eſſe debere. Vos contra omnes efficitis Doctores: Doctos & indoctos: viros & mulieres: ac pro Dei libro Biblia non Dei, ſed veſtro ſpiritu afflata, exhibetis. Scripturã nobis truncatam, mutilatam, adulteratam, milleque modis deprauatam obtruditis: quæ iam Scriptura dici minime debeat: nec enim Scriptura, Dei codex ex ſo-

Axiomata contra S. Scripturã.

2. Pet. 3. 16.

Ephe. 4. 12. 1 Cor. 12. 28.

Digitized by Google

Libri IV. Cap. 12.

Biblia non ſola eſt ſcripta charta.

lis conſtat verbis, in charta exaratis, aut ore prolatis, ſed ex vocabulis vt materia, interiorique ſenſu vt corpore, & anima cõponitur: idcirco verba ſint oportet quæ Deus ipſe dictarit, & Spirit' quo ſuos ſcriptores afflarit, Eccleſiam docuerit, omniumq; Doctorum conſenſione ſignarit. Veſtrorum autẽ Bibliorum volumen nihil huius diuini Spiritus habet, ſed corpus duntaxat, quod ſpiritu contrario animatur: quem ſuggeſſit is, qui vos in fraudem, vt orbem Chriſtianum circumueniatis, induxit. Diuinus Bibliorum liber, ſenſu, Spirituque Dei animatus nihil vnquã falſum profert: in veſtro nulla prorſus continuata ſeries veritatis: ſcatet mendaciis, blaſphemiis & Hæreſibus: ſiquidem illum vt ſeduli Cacodæmonis, & veterum Hæreticorum imitatores ad Sectam veſtram ſtabiliẽdam, ex eorum ramentis, & fruſtulis coagmentatam, ſubinde profertis: quare non magis Bibliorum, Deiq; liber dicẽdus eſt, quam is quem priſci impoſtores vſurpabant. Ex ſuis Bibliis hauriebant Arriani, Filium nõ eſſe eiuſdem cum Patre ſubſtantiæ, nec ipſi æqualem: mendacium hoc erat, & Hæreſis: Sabelliani ex ſuis, nullam eſſe Perſonarum diſtinctionem in Trinitate: Neſtoriani ex ſuis Mariã Virginem non eſſe Dei matrem: Iouiniani ex ſuis non debere coniugio virginitatem pręferri, nec eo eſſe digniorem: atq; hoc modo quotquot fuerunt Hæretici, è ſuorũ Bibliorũ ſententiis ſua impia dogmata texebant, ſuæq; Sectę verbis Scriptur. ſanctę improbe detortis patrocinabantur. Hæc igitur non erat Scriptura ſancta, ſed ſua ipſorũ: nihiloq; magis veſtrã recte quiſquã dicet eſſe librũ Dei voluntate conſcriptũ. Non eſt inquã Biblior. Diuinor. ſacer Codex: ſed veſter, ſpiritu

Non mentiuntur S. Biblia.

Arriani è ſuis Bibliis ſuas Hæreſes ſtabiliebant ſimiliter Sabelliani Neſtoriani, Iouiniani &c.

rituDiabolico afflatus,Diabolicis fimbriatus gloſ-ſematis,in typographicæ Inferorũ officina,Infernalium operarũ arte,manuq; excuſus,& in contumeliam Diuini nõis ꝑ varias mundi partes diſſeminatus. Nã vobis interpretib. ea contra Deum, contraque veritatem loqui didicit, q̃ ſacrũ Bibliorum volumen,Deiq; liber non poſſet effari. Efficitis.n. vt dicat,Deum non eſſe Omnipotentem:Filium non eſſe Patri æqualem:Spiritum S.non eſſe Deum: Filii Dei corpus in Euchariſtia nequaquam præſens exiſtere:Nec Sanctos inuocandos:nec pro mortuis orandum:Deum eſſe peccati authorem: ab eodem impoſſibilia mandari : hæc & alia ſine numero impietatis axiomata hucuſq; à me notata, ac deinceps notanda,quæ Scriptura Diuina deteſtatur, vt eadẽ ipſa pronũciaret,effeciſtis. Ex his aperte colligitur Biblia quæ ad ſtabiliendos errores,& Hęreſes affertis non eſſe Dei librum, ſed vocale potius Idolum, per quod veluti idoneum ad circumueniẽdum curioſos mortales organum, vt quondam per ſimulachra Delphica, perq; Engaſtrimytham Pythiam è tripode Diabolus ſua mendacia promebat. Ne igitur,Miniſtri,poſthac adeo inſolenter Scripturam Sanctam,ac ſi ſtaret à vobis,iactate : ſed ſummã potius Diaboli fraudem,ac malignitatem, qui per vos eam corrupit,agnoſcite:& ſi quidem in vobis locũ vllum habere poteſt verecundia,ob tantam impietatem erubeſcite.

LIBRI IV. CAP. 12. Hæreſes è Bibliis per Miniſtros erutæ.

Diabolus ex ſtatuarũ ore, aut ventre Pythiæ ſua fundebat oracula.

Hæretica miſcellanea, & Idola Doctrinæ Eccleſiæ addita.

CAPVT XIII.

QVod ad Eccleſiæ doctrinam attinet,in multis q̃dẽ cap.vera ſentitis,atq; profitemini,ſed hu

Digitized by Google

iuſmodi veritates mendaciorum admixtione fœdatis. Veritas eſt, cum dicitis, Dei filium pro eadem Eccleſia incarnatum, in cruce affixum, mortuum, & à morte reſurrexiſſe, nec alibi quàm in Eccleſia ſalutem poſſe reperiri. At enim ex aduerſo quot mendaciorum myriades contra ipſam Eccleſiam excogitaſtis hactenus, & in dies fabricatis? falſum eſt omnino, craſſumque mendacium, quando vt fidei articulum, eam errare poſſe, & reipſa erraſſe confingitis: quo ſane axiomate intolerabilem Eccleſiæ Dei infertis iniuriam, & in eius locum ſubſtituitis Idolum falſitatis. Hæc enim effutiendo, vos eam poſſe mentiri, errores, ſuperſtitiones, Hęreſes, & alia Diuinæ legi contraria probare, & inducere, fatemini. Veriſſima ſine dubio hæc eſſet propoſitio, ſi de veſtra, vel aliorum Hæreticorum Eccleſia iactaretis; at vero cum Eccleſiæ Dei hæc affingitis, inſignem illi infertis iniuriam, Sanctumque Paulum mendacii inſimulatis, nominantem Eccleſiam, *columnam, & firmamentum veritatis*: quin etiam Saluator ipſum, qui perpetuam & promiſit firmitudinem fidei, cum his verbis Sanct. Petrum alloqueretur: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ Inferi nō præualebunt aduerſus eam.* Non igitur Chriſtus exoluit veſtra opinione promiſſum. Etenim ſi errare, ſi in Hæreſim cadere poteſt Eccleſia: ſi vt aſſeritis hactenus frequenter inuoluta fuit erroribus, vbi quæſo diuinæ ſponſionis effectus, quæ nec falli poteſt, nec fallere? Vbi diuini ædificii Inferorum potentiam eluſuri ſoliditas? Ecquod erit inter Eccleſiam Dei, & profanos Hæreticorum conuentus diſcrimen?

Eccleſia columna & firmamentum veritatis.

1. Tim. 3. 15

Mat. 16. 18

men? Qui poterunt Chriſtiani ſuæ fidei certitudinem habere, ſi eius fundamentum in arenæ mobilitate poſitum mutare dicatur? Hoc igitur veſtrum axioma Delphicis omnibus eſt longe peius: nimirum in Deum contumelioſum, Dei Scripturæ cõtrarium, & Eccleſiæ Catholicæ, cuius fundamenta conuellit, maxime pernicioſum. Hac tantum in re non videtur inutile, quod veſtrum detegit errorem: veſtramque fidem non ſpiritalem eſſe, ſed carnalem: non diuinam, ſed humanam euidenter oſtendit: quod ex veſtra ipſorum confirmo ſententia. Si quis enim quærat à vobis, cur credatis filium Dei humanam aſſumpſiſſe naturã, in ea fuiſſe paſſum, à mortuis reſurrexiſſe, & cæteros fidei articulos, hanc vnam cauſam affertis, quod id Scriptura teſtetur. Bene habet. At enim quoniam hoc veſtrum reſponſum non plus, quam veterum Hæreticorum habet firmitatis, qui omnes his ſe tuebãtur armis, Scripturamq; ſanctam pro ſe facere dictitabant: veſtrum hoc reſponſum veluti emendantes, inſuper additis vos nimirum Scripturam intelligere, ſi rite, & afflatu Spiritus S. expoſita ſumatur. Sed nihilo plus eſt in hac confirmatione, quam in ipſa reſponſione roboris, nam eandem ſimiliter cantilenam Hæretici omnes cantitarunt, dicẽtes, vt vos ſoletis, ſe ſumma fide, & ex Dei Spiritu præ cunctis Doctoribus Scripturam interpretari: nihil tamen ad fidem, Hæreſeſque ſuas ſtabiliendas hac oſtentatione profecerunt: vos autem multo minus, cum Doctores omnes, & Scripturæ interpretes, ſicut ipſam Eccleſiã errare poſſe teneatis: in exponendis igitur Scripturis illi poſſunt falli, vos ſimiliter,

LIBRI IV, CAP. 13.

Hugonoticum axioma Scripturæ contrarium.

Miniſtrorũ fides humana eſt, non diuina.

Inanis veterum, ac recentium Hæreticorum Scripturarũ oſtentatio.

LIBRI IV. CAP 13.

militer,&pro bono malum,pro veritate mendaciū vſurpare:& quod ex afflante Diabolo hauſtum eſt, à Spiritu S.iactare profectum. Quare veſtra fides, Miniſtri, vobis ipſis fatentibus nihil certi habet, nullo firmo nititur fundamento, niſi ſola authoritate Caluini,Bezæ, & cæterorum Scripturæ interpretum, quibus vt errori obnoxiis hominibus fidem habetis:vnde fit neceſſario, veſtram fidem eſſe plane humanam,ſuper hominum opinione, veſtroque iudicio,ac temeritate, non diuina authoritate fundatam.

Catholica fides bene fundata.

Fidei vero noſtræ longe alia eſt ratio,quippe quę Sanctis innititur Scripturis,abEccleſia,quam errare non poſſe credimus,& communi conſenſu Doctorum fideliter expoſitis.quib.non poteſt ſubeſſe falſitas:eis præſertim Saluatoris præſidente numine,qui cœtib. legitime coactis Spiritum Sanctum affuturum promiſit,vt in his de fidei capitibus ſine errore decerneretur. Eamobrem ſi rogetur Catholicus quare in Euchariſtiæ Sacramento Saluatoris corpus adeſſe credat:quoniā, dicet ille, Deus illud Eccleſiæ,Eccleſia vero,quæ falli non poteſt,ita ſibi credendum præcepit. Hæc fides Deum habet authorem,ac ſponſorem, qui non vult fallere: & Eccleſiam quæ in fraudem non poteſt induci: eſt igitur fides diuina in ſolidiſſimæ rupis firmitudine,veſtra vero in arenæ volubilitate fundata. Et hoc eſt

Mat.18.20 vbi fuerit duo &c.

Idolum per veſtrum axioma conflatum, quo per errorem poſſe labi tenetis Eccleſiam.

A Mi-

Digitized by Google

A Miniſtris nouatoribus Idolum ex homine conflari, cum eum docent libero eſſe priuatum arbitrio.

Capvt XIV.

MVlta ſunt prӕterea inter prӕclaras, veraſque ſententias miſcellanea, & axiomata in ſpeciẽ Idolorum elaborata, quӕ in Sectӕ veſtrӕ, templiq; Spiritalis nidulis collocaſtis: quibus veluti adminiculis mendacium contra hominis dignitatem, cõtra iuſtitiam & Eccleſiӕ Sacramenta, contra deniq; quodcunq; eſt in Domo nobiliſſimum, fulciretis. Cum apud vos eſt de hominis dignitate quęſtio, ex Scriptura, reique veritate illum ad imaginem, & ſimilitudinem Dei factum, ſupra res omnes corporeas euectum, immortalis beatӕque vitӕ participem eſſe poſſe fatemini: verum enimuero p̃claras iſtas, veraſq; ſententias, aliis omnino falſis, hiſque contrariis axiomatis continuo proteritis: quorum hoc vnum eſt. *Poſt Adami peccatum Homo nullum habet arbitrium liberum.* Quod quid aliud eſt, quam ab ei⁹ corpore animam rationis compotem auellere: & in eo beſtiarum modo ſentiente anima relicta, illum beatӕ vitӕ ſpe, virtutum omnium apparatu, prӕſidioque nudare? Etenim ſi libertate caret: ſi libero arbitrio ſpoliatus eſt: ſi non eſt ſuarum dominus actionum: ſi ex neceſſitate operatur: ſi veluti captiuus naturӕ impetu agitur, haud eſt homo, ſed hominis Idolum, & in ſpeciem duntaxat hominis animal figuratum: cumq; externa tantum hominis lineamenta prӕ ſe ferat, latentem interius equi, vel alterius animantis naturam gerit: & ſi non eſt homo: ſi hominem prorſus exuit ex homine, Dei imagi-

Axiomata Miniſtrorũ de natura Hominis plena ſimulationis.

Negãt Miniſtri liberum arbitrium.

imaginem, & ſimilitudinem in ſe nō habet expreſſam: nec rerum naturas ex materia, corporeq; concretas dignitate præcellit: nec denique aptus natus eſt ad virtutem vllam, ac beatitatem conſequendam. *Itaque nec gratia* ait S. Auguſtinus, *ſine libero arbitrio facit hominem habere beatam vitam: nec liberū arbitrium ſine gratia.* S. Item Bernardus. *Tolle*, inquit, *liberum arbitrium, non eſt quod ſaluetur.* Nonne vos humanæ naturæ hoſtes probatis infeſtiſſimos, cū tantum homini bonum eripiatis: quod eximia ſanctitate, atq; doctrina vir, *optimum, & omniū quæ ſunt in homine pretioſiſsimū appellat?* cōt. tum Scripturę ſanctæ capitales aduerſarios, cum ea tam frequenter, tamque perſpicue liberum hominis teſtetur arbitrium? Nunquamne legiſtis, quod Deus Caino, eadem qua vos peſte male afferto, dixit? *Sub te erit appetitus eius* (ſ. peccati.) *& tu dominaberis illius?* ac ſi apertius diceret. tu es tuarum actionum Dominus: potes, ſi velis, bonum agere. Quē locum ſic interpretatur Albinus: Tu quia liberi es arbitrii, non habet peccatum ſuper te dominium, ſed tu ſuper illud; & in tua poteſtate eſt ſiue compeſcere, ſiue concupiſcere illud. Et hoc Moyſes grauiſſima obteſtatione commendabat populo Hebręo, dicens: *Teſtes inuoco hodie cœlum & terram, quod propoſuerim vobis vitam & mortem, benedictionem, & maledictionem. Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & ſemen tuum.* Sic etiam Ioſue eidem populo: *Nunc ergo timete Dominum, & ſeruite ei perfecto corde &c. Sin autem malum vobis videtur, vt Domino ſeruiatis, optio vobis datur: eligite hodie q̄ placet, cui ſeruire potiſsimum debeatis, vtrum dijs quib. ſeruierunt patres veſtri in Meſopotamia, aut dijs Amorrhæorū in quorum terra habitatis: ego autē & domus mea ſer-*

S. Aug. lib. 3. hypogn.
S. Bernar. Tract. de lib. arb.
Greg. Nyſſ. diſpu. de anima & reſur. & lib. 7. de Philoſ. c. 1.
Albin. in Geneſ.
Deut. 30. 19
Ioſu. 24. 14

uiemus

uiemus Domino. Ergo ſi adeo pſpicue docet Scriptura, in hominis ſitum eſſe poteſtate, quodcunq; voluerit agendi, bonum aut malum eligendi: qua frõte audetis dicere, eum libero eſſe priuatum arbitrio, & ad operandum vi, ac neceſſitate compelli? Quid? nonne iſtud eſt, Deum inſimulare vanitatis, his identidem populum ſuum verbis admonentẽ? *Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis: Quod ſi nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos.* Num mendacium affingitis Saluatori quendam adoleſcentem ſic alloquenti: *ſi vis ad vitã ingredi ſerua mandata?* Et Apoſtolo Paulo virginitatẽ hac oratione cõmendanti? *Qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem, poteſtatem aũt habẽs ſuæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare virginem ſuam, bene facit.* Euidẽtiuſne potuit Apoſtolus arbitrij veritatem aſſerere, veſtrumq; errorem dãnare? Si homo ſecum, & cum animo ſuo deliberationem habet, conſultatq;: ſi eligit: ſi in ſua poteſtate volũtatem habet, vt hæc ipſa Apoſtoli verba teſtantur: poteſtne ſicut docetis, arbitrio liber. carere? Nonñe hoc pronuntiato legũ vim, atq; ſubſellia Iudicũ tribunalia cõuellitis: huic Magiſtratib. omnem, ne in ſceleratos animaduertãt eripiendo authoritatẽ: inde quibuſlibet hominib. audaciã concedendo mala quæq; patrandi, quęq; patrarint, ius & facultatẽ excuſandi? Nam ſi nulla fuit in pdone volũtas, ſi nõ aliter potuit, ſi vi ac neceſſitate ad furandũ, pdandũ, trucidandũ adactus eſt, q d in eum iuris habebit Iudex, cuius eſt in ea duntaxat facinora vi legũ agere, q electione, liberaq; voluntate cõſciſcuntur? Hinc fit vt nec phreneticum, vel amentẽ, nec furioſum, qui necem cuipiã intulerit, morti adiudicet, quod illi

LIBRI IV. CAP. 14.

Iſa. 1. 19.

Mat. 19. 17

1. Cor. 7. 37

Libri IV. Cap. 14.

illi rationis vſu, ac libera careant voluntate. Nonne hoc effato morum diſciplinam, politiam omnem, rectamq; Ciuitatum adminiſtrationem labefactatis, puelliſq; veſtris, & vxorib. ad vagam libidinem anſam datis, vt cum pudicitiam proſtrauerint, turpitudinem facti excuſaturæ dicant, ſe arbitrii non eſſe liberi: non poſſe libidinis impetum frænare, nec cupiditatis æſtum extinguere, imo ad eam voluptatem neceſſitate cogi, ſui corporis vſum negare poſſe nemini? Quid ad hæc dicetis, niſi vt ſe veſtræ doctrinæ concluſiunculis, & aculeorum telis tueãtur, atq; ex cõſectariis Hæreſis veſtræ nihil vobis eſſe iuris, ad ſe caſtigandum libera oratione cõtendant? Quid S. Auguſtin. inita cum Manichæis maioribus veſtris diſputatione, de libero arbitrio, ꝙ illi quemadmodum vos oppugnabant, dixerit, accipite: *Nec hic*, inquit, *libri obſcuri mihi ſcrutandi erãt vnde diſcerem, neminem vituperatione, ſupplicioue dignũ, qui aut id velit, quod iuſtitia velle non prohibet: aut id non faciat, quod facere non poteſt.* Hoc eſt, ſi caret arbitrio libero: ſi neceſſitatis vinculis aſtringitur: ſi illud nõ exequitur, quod nequit exequi, ꝙ ſit omni libertate priuatus. Pergit S. Doctor: *Nonne iſta cantant & in montib. paſtores, & in Theatris Poetæ, & indocti in circulis, & docti in Bibliothecis, & Magiſtri in Scholis, & Antiſtites in ſacris locis, & in orbe terrarum genus humanum?* Ait ergo nullum ibi eſſe peccatum vbi nullum arbitriũ ſit liberum, ac proinde, neq; ſupplicio, neq; vllius reprehenſionis cauſam dari. Ex veſtris igitur axiomatis, nouaq; doctrina, qua libera profligatur volũtas, nullus facinoroſus, nullus ſicari' nulla adultera, ſui criminis pœnã ſubire debebit: ex eiuſdẽ ſententia Doctoris, inſuper addentis Manichęos Hæreti-

Excepto Hæretico fatentur omnes liberum arbitrium.

S. Aug. lib. de animabus cont. Manichæos c. 11. To. 6.

reti-

reticos, proinde vos his ſimiles, Hugonotos, negare, id quod omnes confitentur: & quantum in vobis eſt Infernum, ac Paradiſum tollere: nam, vt alibi docet: *Animæ dedit Deus liberũ arbitrium, quod ſi non dediſſet Deus, iudicium puniendi nullum iuſtum eſſe poſſet: nec meritum rectè fauendi, nec præceptũ diuinum vt ageretur pœnitentia de peccatis*: Itẽ alio in loco. *Eſt igitur liberum arbitrium, quod quiſquis eſſe negauerit, Catholicus non eſt.* Eſt igitur Hæreticus, eſt Manichæus, & omni peior Ethnico: quocirca vt verus Eccleſiæ Catholicæ doctor concludens, *Ipſum igitur*, inquit, *liberum arbitrium eſſe certa fide credimus & prædicamus indubitanter.* Amplius dicam, eum qui liberam neget in homine voluntatem, non eſſe hominem, cum eã omne hominum genus vbique fateatur. Quale igitur veſtrum axioma eſſe dicemus? Immane portentum ſcilicet, Idolumque monſtroſum hominẽ exuens hominis natura, & ipſum in teterrimam beſtiam, Idolumque transformans, truculentiſſimo hominum hoſti Sathanæ dicandum. Nullum vnquam in Apollinis fano viſum eſt fœdius, nullum deformius, nullum magis brutum, brutoque ſimilius ſimulachrum, ne aſini quidẽ ahenei, quod ambraciotæ ibi anathema, & oblationem illi falſo numini conſecrarunt.

LIBRI IV. CAP. 14.

S. Aug. diſput. 2. cõt. Fortunatũ ca. 6.

Lib. 3. hypognoſt. paulo poſt initium.

Quod Miniſtri Hugonotici in doctrina de Iuſtificatione Idolum de Chriſtiana iuſtitia fabricentur.

CAPVT XV.

CVm de Iuſtificatiõe, deq; hominis iuſtitia ĩſtituitur

Libri IV. Cap. 15.

tuitur diſputatio, nonnulla de hoc argumento more veſtro axiomata vera profertis, cuiuſmodi ſunt hæc Chriſtianam iuſtitiam ex merito Saluatoris emanare: eam ad ſalutem eſſe pernéceſſariam: & alia quæ iure nemo reprehẽderit. At quorſum hæc? Vt nimirum informe quoddam Iuſtitiæ Idolum, in veræ Chriſtianæque Iuſtitiæ locum ſupponatis: vt quemadmodum hominem arbitrio libero naturalium inſtrumentorum nobiliſſimo, quo Creator animam eius ornauit ſpoliare ſatagitis: ita eundem priuatis ornamento omnium quæ ſupra naturam eſt à Deo cõſequutus p̄ſtantiſſimo, cum ei ſuam iuſtitiam aufertis. Fides Catholic. hominẽ Ieſu Chriſti merito iuſtificari, hoc eſt, ex iniuſto, iuſtum fieri profitetur: quæ iuſtitia in peccatorum remiſſione conſiſtit: quam illi Deus eius animam ab omni ſpiritali immunditia purgans largitur: & in animæ renouatione, quam gratiæ ſuæ beneficio, nouã creaturam, mira pulchritudine ſuæ Maieſtati gratam efficit. Vos autem vt huic Iuſtitiæ opponatis, peccatorum quidem remiſſionem verbo tenus fatemini, ſed re ipſa tollitis, docentes in anima quandiu corporeis incluſa compagibus tenetur hęrere peccata, ſed à IESV CHRISTO, ne Deus ea videat, ac iudicet, duntaxat adoperiri. In ſumma iuſtitiam Chriſtianam non aliam à Chriſti iuſtitia facitis, homini vt ſibi propriam imputari, atque per eam coram Deo iuſtum haberi, licet in ipſo ſemper peccati labes inhæreat, reque ipſa peccator exiſtat. *Docemus itaque*, ait Caluinus, *in Sanctis donec mortali corpore exuantur, ſemper eſſe peccatum.* Et paulo poſt. *Præſtat hoc quidem Deus ſuos regenerando, vt peccati regnum in ipſis aboleatur, ſed regnare tantum,*

non

Chriſtiana Iuſtitia.

Cõc. Trid. ſeſſ. 6. c. 7.

Anima iuſtificata noua eſt creatura.

Remiſſio peccatorũ ex opiniõe Caluini. *l. 3. Inſt. c. 3. §. 10. & 11.*

non etiam habitare deſinit. Et alibi. *Iuſtitiam Chriſti pro probis ſiſti oportet, ac iudicio repræſentari velut ſponſorem. Hac nos inſtructi aßiduam peccatorum remiſsionem in fide obtinemus. Huius puritate velatæ noſtræ ſordes & imperfectionum immunditiæ non imputantur: ſed vel ut ſepultæ conteguntur.* Hanc ille remiſſionē, & imputatiuam iuſtitiam humanæ iuſtitiæ ſimilitudine declarat: qui in rerum diuinarum diſputatione, humana duntaxat, ac terrena ſapit. *Quemadmodum,* ait, *ſi reus innocens ad tribunal æqui iudicis adducatur, vbi ſecundum innocentiam eius iudicatum fuerit, iuſtificatus apud iudicem dicitur.* Eius itaq; iudicio nihil eſt aliud iuſtificari quā ad morem tribunalium iudicialium, iuſtum declarari. Qua in ſimilitudine tanti acuminis homo ſui oblitus, admodum hallucinatur: confert enim peccatorem cum homine ob nullam noxiam in iudicium adducto, hoc eſt, cum viro innocente nulliq; culpæ affine, cum tamē eius mens ſit, quod remiſſionē peccatorum obtinere, atq; iuſtificari, nihil ſit amplius quam eadē ſemper habere peccata, ſed eadē minime imputari, & ne Deus ea inſpiciat, obtegi, & aliquē ab eo iuſtum, qui iuſtus reuera nō ſit, pronuntiari, vt in hominū iudicio ſæpe contingit. Quam ille opinionem falſam licet, & inauditā, tanti fecit, vt eam in pluribus ſuę inſtitutionis locis tertii pręſertim libri, ca.11. ſectione 2. & 3. inculcandam putarit. Hæc certe eſt peccatorū remiſſio, veſtræq; Scholę Iuſtitia, non quidem Iuſtitia, ſed fucata potius hypocriſis, Larua & Idolum iuſtitiæ, nihil omnino veræ habens iuſtitiæ præter colorē ac ſpeciem externam: & ei perſimilis, quam vi ac fraude frequenter à noſtris regibus obtinuiſtis: cū poſt captas nefariis armis, ac rebellionibus, direptaſque

Libri IV. Cap. 15.

Occulta peccata.

Calu. lib. 3. Inſt. cap. 14 §. 12.

Inepta ſimilitudo Caluini. *libr. 3. Inſt. cap. 11. §. 2.*

Iuſtitia quā docet Caluinus Idolum eſt.

Libri IV. Cap. 15.

ciuitates, vaſtatas, prouincias, cōtrucidatos populares, poſt deniq; vniuerſum Galliarū regnū ferro flammaq; vexatum, auitamq; religionem protritā regium edictum fraudulenter extorquebatis, quo funeſtati cædibus manſueti; operti ſceleribus, innocentes, pollutis ſacris, & religionibus, ſancti, profanatis, ac funditus euerſis templis Deo dicatis, religioſi, vaſtato regno, oppugnata, violataque regia Maieſtate, fideles admodum, & officioſi Regis clientes, ſubditiq; diceremini, ac ſi hæc omnia in eius obſequiū, imperiumq; patrata eſſent: & ea ratione corā hominib⁹ declarabamini iuſti, cum re vera eſſetis iniuſtiſſimi, omniq; ſuppliciorum genere plectendi: ad eum modum veſtra, non diuina trutina apud Deum iuſtificari hominem docetis, & intolerabili impudentia falſitatis Scripturam arguitis, maximamq; Deo optimo iniuriam infertis. Siquidem aperte Scriptura teſtatur hominis iuſtificati peccata omnino deleri, vt aquę lotione ſordes: fugari, vt tenebras lumine: diſſipari, vt Solis præſentia, nubes: demergi in abyſſum, vt ſaxa in profundum pelagi: & à nobis tam longe proiici, quam Oriens ab Occidente remotus eſt. *Amplius laua me*, ait regius Pſaltes, *ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.* Item; *Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor, lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.* Quid Dauidi profuiſſet hanc à Deo ablutionē animæ, tam ardēter, precibus iteratis expoſcere, ſi in ea perpetuo eſſent inhęſuræ ſordes peccatorū? Aut quo poſſunt modo ſemper adhæreſcere, ſi ablutione diuinæ gratiæ anima penitus expiatur, & omnino mundatur? An ne poterit cum inquinamento munditiesa; cum tenebris lux: cū frigore calor; vitaq; cum morte cōſiſtere?

Iuſtificatio Hugonotica per Edictum.

Per Edictū Hugonoti fideles.

Chriſtiana Iuſtitia animam lauat.

Pſal. 56. 4.

ſiſtere? Et ſi anima, fuſca, tetra, horridaq; ſemper ex- LIBRI IV.
iſtat, quare petit, ſperatq; rex pœnitens, fore ſua vt CAP. 15.
anima cœleſti abluta rore, præ niuis candore deal-
betur? Hæc olim Deus, Ezechiele vtens interpre-
te, loquebatur, ac promittebat, dicens: *Effundam ſu*
per vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus in- Mundatio.
quinamentis veſtris, & ab vniuerſis Idolis veſtris mundabo *Ezec.36 25*
vos, & dabo vobis cor nouũ, & ſpiritum nouũ ponam in me-
dio veſtri. En integra perfectaq; iuſtitia, quæ tum ex
peccatorum remiſſione, animæq; abſterſione; tum
ſpiritꝰ renouatione cõficitur. Poteſne vero talis ab
ſterſio, & ſpiritualis innouatio, cum peccati ſpurci-
tia, & vetuſtate ſubſiſtere? An poſſunt Idola deiici,
vt ſimul, eodemq; tempore deturbata, confractaq;
in ſuis pegmatis ſtent illæſaq; permaneant? Audite Oblitera-
rurſus Deus apud Iſaiã loquentẽ: *Deleui vt nubes ini-* tio peccati.
quitates tuas, & quaſi nebulã peccata tua. De hac pecca- *Iſa.44.22.*
torum expiatione Ieremias hæc vaticinatur. *In die-* Effugatio peccati.
bus illis, & in tempore illo, ait Dominus, quæretur iniquitas *Iere.50.20.*
Iſrael, & non erit: & peccatũ Iuda, & non inuenietur: quo-
niam propitius ero eis quos reliquero. Abiget igitur, ex-
terminabitq; peccatũ Saluator, nec reliquiæ illius
poterũt vllæ reperiri, proptereaq; omnino delebi-
tur: non igitur in anima hominis iuſtificati reſidet.
Oſeas ſimiliter Iſraelitas his verbis hortatur: *Conuer* *Oſea.14.3.*
timini ad Dominũ, & dicite ei, oẽm aufer iniquitatẽ. Tol-
litur ergo ab anima iniquitas, nã qui poteſt ablata
remanere? Eadẽ vaticinabatur Micheas: *Reuertetur,* *Mich vl.19*
& miſerebitur noſtri: deponet iniquitates noſtras, & proiici
et in profundũ maris omnia peccata noſtra. Vos autem in
intimis animæ iuſtificatæ medullis ea vultis inhære
re? Hæc itẽ prçcinebat Pſalmographꝰ: *Quantũ diſtat* *Pſal.102.12*
ortus ab occidente, longe fecit à nobis iniquitates noſtras. Si

tam procul, vt canit Propheta, à nobis iniquitates proiectæ ſunt, quomodo, vt docetis, in nobis exiſtunt? Voſne illo doctiores? An ne clarioribus diuini Spiritus radiis, quam Sanctus ille vates illuſtrati? Vobiſne potius erit quam diuinis Scripturę oraculis fides habenda? Ex his enim, & aliis quæ proferri poſſent Scripturæ locis, intelligitis, (ſi quid tamẽ in vobis eſt ſenſus) peccatorum maculas, in anima iuſtificata minime remanere, ſed ex ea procul expelli, ac prorſus euaneſcere. Videtis præterea Caluinũ nequaquã à veritate ſtare, cum docet hominem iuſtificatũ nihilominus ſemper implicatum eſſe peccatis; & eundem falſo ſcribere, quòd nihil aliud Saluator in remittendis peccatis efficiat, quam ea ne à Deo videantur, ac iudicẽtur, obtegere: cum innumeris aliis in locis eadẽ Scriptura teſtetur apertiſſime, cum non ad volanda peccata, ſed ad ea profligãda, & omnino delẽda veniſſe. *Ille apparuit*, inquit
1.Ioã.3.5 8. S. Ioannes, *vt peccata noſtra tolleret.* Item: *In hoc apparuit filius Dei, vt diſſoluat opera Diaboli.* Vt auferat peccata noſtra quæ inſtigante Diabolo conſciſcuntur.
1.Ioã.1.7.9. Idem præterea Apoſtolus: *Sanguis*, inquit, *Ieſu Chriſti filii Dei emundat nos ab omni peccato.* Item, *Fidelis eſt, & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos*
Apoc.1.5. *ab omni iniquitate.* Item: *Dilexit nos* (Ieſus Chri-
Iſaia.53.5. ſtus) *& lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Cuius liuore ſanati ſumus,* ait Iſaias. Denique venit in mundum, vt peccatum damnaret, deſtrueret, extinguere-
Rom.6.6. ret. *Vetus homo noſter*, ſcribit S. Paulus, *ſimul crucifixus*
Rom.8.3. *eſt, vt deſtruatur corpus peccati.* Item, *Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne.* Præterea: *Vos cum mortui eſſetis in delictis, & præputio carnis veſtræ, conuiuificauit*

cum

cum illo: donans vobis omnia delicta: delens quod aduerſus nos erat chirographum decreti, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci. Denique: *Chriſtus ſemel oblatus eſt, vt aboleret peccata.* Satiſne multa, vt manus tandẽ aliquãdo detis veritati? Quid? Adeo ne cerebroſi, ac peruicaces eritis, vt opinionem Caluini, tot ac tam apertis Scripturæ ſententiis atq; decretis, cunctiſq; Eccleſiæ Doctoribus, idem quod illa dolentibus, præferendam putetis?

Quod Idolum Miniſtri de iuſtificatione conflarunt, eſſe in Deum maxime contumelioſum.

CAPVT XVI.

CÆterum nunquid agnoſcitis quantam ex hac veſtra iuſtificatione Ieſu Chriſti imponatis iniuriam: cum eum dicitis obtegẽdo tantũ peccata remittere? Quã iniurioſi in ſummã Creatoris Sapientiam ac Bonitatẽ ſitis, aſſerendo, nec occulta peccata ab eo conſpici: nec Iuſtitiam ab illo donatã aliud eſſe, niſi remiſſionẽ iſtam, & velamentũ peccatorum, ac Iuſtitię Chriſti imputationẽ tanta per vos contentione defenſam? Ac primũ nonne malignitatis, aut impotentiæ Saluatorẽ accerſitis: ꝙ vel nolit vel non poſſit omnino delere peccata: ſed ea modo contegere, ad morem improbi Chirurgi, atq; Medici vulnus, morbumue diſſimulantium, fouentiũ, nulloq; modo ſanantiũ? Quod ſi diuinius cenſetur opus, vt eſt, animæ curare morbos, quam corporis, nunquid illum inſigni afficitis iniuria, cum docetis haud aliter ab eo, quam obtegendo auferri peccata, nihilominus vltro fateamini male affecta corpora eius poteſtate ſanari? Dicite quæſo, minorẽne fuiſſe creditis in Saluatore peccatorũ expellendorũ vo-

1. Abſurdũ Iuſtificationis Miniſtrorum.

luntatem ac poteſtatem (quæ ſunt ægrotationes animorum,& vulnera) vt imaginē ſui iis inquinatam abſtergeat, ſanet, eiq; priſtinā valetudinem, nitorē at ſpiritualem dignitatem impertiat: quam febres, membrorum ſolutionē lepram, atq; alios morbos è corporibus depellendi? Num glorioſius multo videtis in perfecta animorū, quā corporū ſanatione, ipſius elucere poteſtatē? Quod ſi eum velle,& poſſe æq; vnum atq; alterū admittitis; quid cauſæ eſt, cur peccata remiſſa permanere, ſed obtento neſcio quo velamento occultari dicatis? Si qui veſtrum de Ieſu Chriſto ita ſentirent, palamq; dicerent: Ille ſanabat ægrotantes, morbos tamē non remouebat à corporibus, ſed eos tantū obtegebat: elephātiacos obducta modo lepra, non abſterſa, recreabat; ſaucios fomentis quibuſdā adhibitis curabat, ſed tamē adhuc cruda vulnera remanebant: nonne eiuſmodi cōtra manifeſtā veritatis experientiā, nugatores, mendaces, ſycophantes, blaſphemoſque cenſeretis? Nunquid & vos iſtorū ſimiles, qui peiora de Iuſtificatione perfectaq; ſanatione blatteratis; quæ longe nobilior, maioriſq; momēti eſt, quā corporis, ac dignior diuinæ Maieſtatis effectus? quare ſi eum depulſis ægrotationibus ſalutē verā corporibus creditis attuliſſe, imo præſtantiorē quā antea habuiſſent, naturæ habitudinē impertiiſſe, in dubiūne vocabitis idem animis peccatorum expiatione præſtare? Cur vos huic opponitis veritati? Cur rei tam perſpicuæ tenebras offunditis? Nonne eam ob cauſam, quod illius Miniſtros,& præcones agitis, qui vbique, & quocunq; modo poteſt meritū Filii Dei,& immortalem eius gloriā, præſertim in peccatorum condonatione, hominūq; iuſtificatione, obſcurare contēdit? Quod eſt aūt opus aliud, in quo magis quam in

Chriſtus animam iuſtificat, vt corpora ſanabat.

Peccatorū iuſtificatio eximiū eſt opus Salua

hoc illius infinita Poteſtas, Sapiētia, ac Bonitas eluceat? Ecquid illuſtrius, quid diuinius poteſt, in eorum, quos ſuo redemit ſanguine, animis operari, quam eos omni peccatorū contagione purgare, eoſq; mire pulchros, omninoq; perfectos efficere.

Libri IIII Cap. 16. toris quod Sathan obſcurare nititur.

2. Abſurdū

Deinde nonne tribuitis ampliorē malitioſo Sathanæ poteſtatē: qui potuerit, & etiamnum poteſt animas ſcelerū maculis inficere, labefactare, deformare; quā merito, virtutiq; Saluatoris, cum eum nō niſi obtegēdo ſanare peccatū poſſe tuemini; nec niſi appoſita iuſtitiæ ſuæ larua animæ ſpeciem, ac pulchritudinē dare prædicatis? Quænam porro iſthæc erit iuſtitia, & animæ iuſtificatio? Eāne vos ex ſacrarum narthecio literarū hauſiſtis? Eſtiſne memores eorū, quæ Dauid, quę prophetæ, quę apoſtoli, diſcipuliq; Saluatoris de hac ipſa iuſtificatione dixerūt? Nonne eam illi remiſſionē, abolitionē, extinctionē peccatorū appellant? Num eam ſanationē, ablutionem, candorē, pulchritudinē animæ, & ſpiritus innouationē eſſe prædicāt? Vllumne ab his verbū de iſta veſtra remiſſione peccatorū audiſtis, quā vultis in ſolo integumento rerū conſiſtere; aut de Saluatoris quam ſomniatis imputatione iuſtitiæ? Dicit quidē Scriptura, nos ſub eius protectione, atq; prę ſidio latere, ſed ob eam cauſam, quod nos à peccatis ex piatos, ſuo Patri conciliarit. Ex eadē conſtat, nos ſuo ſanguine ablutos, ſuoq; merito iuſtificatos; non ea tamē iuſtitia iuſtos, qua iuſt⁹ eſt ipſe, ſed ea quā ſuo nobis ſanguine promeruit, quamq; miſericorditer in animas noſtras infundit: ad eum modū quo ægrotātes eius virtute firmi, beneq; valentes reddebātur, nō quidē corporea valetudine, quæ in ipſo erat; ſed per eam, quā illorū corporibus cōferebat. Quod ſi

Quibus nominibus in Scriptura Iuſtificatio nūcupetur;

Quomodo dicat Scriptura hominem iuſtificatum tegi.

LIBRI IV. CAP. 16.

iuſtitia quam nobis largitur, interdum iuſtitia Dei nominetur, id ea de cauſa fit, quod verus illius author exiſtit: quemadmodum noſtra omnia membra, ſunt membra Dei, dona, non quod in Deo inſint re ipſa, ſed ꝙ eius liberalitate donentur. Et hæc vera eſt Auguſtini ſententia, dicentis: *Iuſtitia Dei non qua iuſtus eſt, ſed qua induit hominem, cum iuſtificat impium.* Dicitur ergo iuſtitia Dei illa, quæ ineſt in anima iuſtificata; quod eam ſit elargitus. Ita ſponſa, videlicet, Eccleſia, à cœleſti ſponſo tota pulchra nominatur, non ob eam pulchritudinem, quæ eſt in ſponſo ſuo Ieſu Chriſto, ſed per eam, qua ipſius animam ornauit.

IuſtitiaDei S. *Aug. lib. de ſpir. & lit. cap. 9.*

3. Abſurdũ Iuſtificationis Miniſtrorum

Tertio quod volutabat animo Caluin⁹, aut quo vobis mentes, cum opinamini, & cum eodem profitemini, peccata, ne à Deo videātur, aut in eius appareant iudicio cõtegi? Quicquã ne poteſt occultũ eſſe, itaq; latens, vt eius fugiat obtutũ, cui nihil eſt non peruium, qui abditiſſima quæq; oculorũ acie diſpicit, penituſq; peruidet? Tantũne in vobis audaciæ, tantũ impietatis, vt ad Idolum veſtrę iuſtitię ſtabiliendũ Deo ignorationem, atq; cæcitatem affingatis? Si vero Deus peccata conſpicit; fierine poteſt, vt ea nec iudicare velit, nec debito ſupplicio punire, cum iuſtitiæ diuinæ pars illa ſit animaduerſio? An etiam iniuſtam facitis ſumma illam iuſtitiam, vt veſtra adulterina fidem, & authoritatem obtineat? At quanto facilius vobis erat, cum Eccleſia Catholica, eiuſq; Doctoribus germano Scripturæ ſenſui adhærere, reiectiſque metaphorarum vmbris, recta fide profiteri, Saluatoré proprie, vereq; peccata remittere, hoc eſt, ea penitus delere, & iis animã, vt Scriptura loquitur, omnino purgare, & auferre:

Omnia videt Deus. *Hebr. 4. 13. non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius.*

Hugonoti Deum faciunt ignarũ

ferre :, quam contra Scripturæ ſenſum dicere ea tantum ab eodem occultari ? Nonne tutius erat credere, quod ille tum dono ſuæ gratiæ, tum fide, ſpe, charitate virtutibus in animam infuſis, Spiritum, vt Scriptura teſtatur, renouet, nouumque hominem iuſtificando efficiat : quam in Saluatoris inuolare iuſtitiam, vt ſine vllo Scripturæ contextu animam peccatis infectam, obducatis? Nonne honeſtius multo diuinis oraculis aures dare, quam ad hominum tribunalia currere, vt ducta inde ſimilitudine, commentitiam hanc iuſtitiam confirmetis? Id vero quam inepte, quam ſtulte, quis non videt ? Quænã enim eſt humanis tribunalibus, cum iudiciis Dei cognatio ? Nonne iudicium hominis tantum à diuino, quantum terra diſtat à cœlo? Homines quæ ſenſibus obiiciuntur externis, modo cernunt: fallere, fallique poſſunt: & eum qui ſit iniuſtiſſimus, iuſtum de tribunali pronunciare: Deus autem intimos animæ ſinus penetrat, decipi non poteſt, neque pro iuſto reputare eum, qui re vera ſit improbus : alioquin à ſua ipſe iuſtitia, ac veritate diſcederet. Cum mortalis Iudex reum, ac facinoroſum abſoluit, quamuis illum iuſtum pronunciet, non ideo tamẽ efficit iuſtum : Deus vero cum improbum, ei peccata remittendo, abſoluit, eum iuſtum facit, ac vere iuſtum nuncupat. In mortalium tribunalibus, qui fatetur crimen, damnatur, qui cœlare poteſt, abſoluitur : iuſtusque licet falſo declaratur : at in foro Dei qui peccata confitetur, abſoluitur : qui eadem occultat, damnatur, quamuis in oculis hominum iuſtus eſſe videatur. Quanam igitur ratione ex rebus diſſentaneis, tantoq; interuallo, quantum eſt inter Ortum, Occaſumq;

Hominũ Deiq; iudicia differunt.

Confitẽtes ſe reos in foro iudiciali damnantur.

Qui ſe coram Deo confitetur peccatorẽ abſoluitur.

 diſiun-

Digitized by Google

LIBRI IIII CAP. 17.

diſiunctis, ſimilitudinem colligitis? Quid adeo inter pugnantia comparatis? Vah! quam alte depreſſas, humique defixas mentes habetis: qui cœleſtia, diuinaque myſteria ſenſu adeo terreſtri, modoque tam craſſo tractatis. Quis vos impoſtoris Sathanæ, omnisque Idololatriæ fabricatoris ſtipendiarios negabit eſſe, cui vt obſequeremini, ex iuſtitia filiorum Dei portentoſum iſtud conflaſtis Idolum, vt in nouo Delphico veſtræ Reformatæ delubro adorandum collocaretis?

Idola Hugonotica ex doctrina Sacramentorum figurata.

CAPVT XVII.

AD iuſtificationem obtinẽdam inſtituta ſunt à IESV CHRISTO nouæ legis Sacramenta, quæ ſunt veluti ſubſidia, certaque ad eam efficiendam inſtrumenta: de quibus cum diſputatis, portentoſam bonorum, malorumque permixtionem, Apollinem imitando affertis: & in mediis veritatis vmbris plurima mendaciorum Idola ponitis. Hæc à vobis quidem vere dicuntur. Quod Chriſtus inſtituit Sacramenta: Quod ea ſint pignus ſui erga nos amoris: ſuæque Eccleſiæ theſaurus. Hæc cum bene dixeritis, Idola mox veſtra ex aduerſo collocantes, quod præclare conſtructum fuerat, funditus euertitis. Primum huius generis Idolorum Gigantea, magnitudine cernitur, vexillulum manu dextra tenens, in quo Lunæ creſcentis facies, & globus Solis obſcuratus expreſſa ſunt, cum hoc Dicto literis vncialibus: *Legis nouæ Sacramenta nec nobiliora, nec meliora ſunt legis Moſai-*

Primũ contra Sacramenta Idolum: quod Sacramẽta Chriſti nõ præſtent Moſaicis.

Moſaica Sacramentis. Hoc ſignum Lutherus, Caluinus, cæterique Anteſignani Reformatæ, in multis ſuæ doctrinæ capitibus Iudæos imitati erexerunt, vt vbique pro viribus legis gratiæ Solem obſcurarent: in qua fides Catholica docet Euangelica Sacramenta longe nobiliora, & efficaciora eſſe Moſaicis: quandoquidem hæc erant duntaxat velut vmbræ Euangelicorum, quæ ſunt inſtar corporis, & veritatis. Lutherus fidem noſtram vocat errorem: Caluinus eodem modo quo pater ſuus, parique ſuperbia loquitur, ac ſcribit in ſua Inſtitutione. hanc fidem velut erroris dogma procul explodendum. Nec diſſimilia habet in ſuo Conc. Trid. Antidoto. *Vulgare eſt*, inquit, *apud Sophiſtas dogma, Sacramenta legis Moſaicæ figuraſſe gratiam, noſtra vero exhibere*: Hæc præfatus, hoc facit pro ea, qua eſt authoritate decretum: *nos autem Deum aſſerimus ſemper in ſuis promiſſis fuiſſe veracem, nec quicquam figuraſſe ab initio, quod non patribus re ipſa exhibuerit.* Eccleſiæ Chriſti fides eſt huic homini vulgare dogma: omnesq; Doctores Catholici, Sophiſtæ. Atqui, poſt quam omnia ſuo calculo damnauit, quidnā ad ſuæ ſententiæ confirmationē affert? Nugas, ſcil. craſſaque mendacia. Ait Deum in ſuis promiſſis eſſe veracem. Quis hoc negat? Poterat ſimiliter dixiſſe venturum Deum, vt mortuos, viuosq; iudicet. At quænam huius conſecutionis cum tali antecedente connexio? Quod Deus in ſuis promiſſis verax ſit, ex eone ſeq̃tur, Moſaica Sacramenta efficacitatē Euangelicis parē habuiſſe? Haud ſane magis, q̃ vbi ſi quis dixiſſet, quod Deus cœlum & terram crearit, inferret, terram magnitudine cœlū æquare. Probandum fuerat Caluino, id quod veluti cer-

LIBRI IV. CAP. 17.

Cal. lib. 4. Inſtit. c. 14. §. 23.

Nugæ Caluini.

Inepta cōſecutio Caluini.

LIBRI IIII CAP. 18. certum ponit, Deum videlicet promiſiſſe: quod nec fecit, nec faciet vnquam: imo contrarium potius confirmat, exemploque propoſito ſuum conuellit errorem. Nam circumciſio quam adducit, facitque Baptiſmo parem à Sancto Paulo nullius eſſe momenti dicitur, eo duntaxat excepto, quod filiorum Dei ſignum eſſet, ac teſſera, melioriſque Sacramenti figura. *Circumciſio*, inquit ille, *nihil eſt, & præputium nihil eſt.* At non ita de Baptiſmo ſentiret, cum eum *Lauacrum generationis* appellet ad Titum ſcribens. Et alibi. *In CHRISTO IESV neque circumciſio aliquid valet, neq; præputium, ſed noua creatura*: quæ nimirum fit in hac regeneratione per legis gratiæ Sacramentum: quod nunquam potuit efficere circumciſio, quæ multum abeſt, vt poſſit æquari Baptiſmo, cum neq; debeat cum illius dignitate conferri. Quod ſi nobiliſſimum legis Moſaicæ Sacramentorum, eſt propemodum nihil: Quid de cunctis Iudæorum Sacramentis, ſi cum Euangelicis conferantur, cenſendum eſt? Quanto hæc interuallo, vi, ac nobilitate illis antecellent? Quod autem ex Apoſtolo Caluinus affert: *Patres noſtri eandē eſcam ſpiritalem manducauerunt.* Non id ſignificat, quod Hebræi eadem eſca veſcentes, eandem quam nos in Euchariſtia, manducarint: ſed quod antiqui Iudæi, quos nuncupat Patres, boni, ac mali eundem omnes in ſolitudine panem ſpiritalem, quod erat manna, comederint: eandemque potionem ſpiritalem, nimirum aquam diuinitus è rupe ſcaturientem hauſerunt, atque biberunt: nihilominus improbos qui eodem cum probis cibo, & potu recreati fuerant pœnas acerbas de-

[Margin notes: Circumciſio. — 1. Cor. 7. 19. — Tit. 3. 5. — Galat. 6. 15. — 1 Cor. 10. 3. — Manna. Exo. 16. 15. — Aqua. Exo. 17. 6.]

baſ dediſſe. Non igitur Apoſtolus cœleſti noſtro pani manna vetus exæquat: hoc n. directe Saluatoris doctrinæ repugnaret, apud S. Ioannẽ Hebræorum cibo veteri Euchariſtiam magnifice præferentis, cum ait: *Patres veſtri manducauerunt manna, & mortui ſunt: Qui manducat hunc panem, viuet in æternũ.* ac ſi diceret, panis, & Sacramentum quod Eccleſiæ meæ daturus ſum, tanto manna veteri præſtabilius eſt, quanto vita morte, & immortalitas fluxa mortalique vita. Hinc quam ſit ridiculus in hac ſua ratione Caluinus, patet: cui perquam familiare eſt, eodem modo ſimplicioribus illudere: Nam poſtquam ſæpe confeſſus eſt, exempli gratia, Patres omnes antiquos Baptiſmi cæremonias retinuiſſe: proprium ac verum legis nouæ Sacrificium prædicaſſe: Purgatorium, & orationes pro defunctis probaſſe: ſtata Quadrageſimæ ieiunia, & cætera fidei Catholicæ capita docuiſſe, ſolet adiungere: *Nos autem veritati, verboque Dei adhærendum cenſemus.* Quam vafer, & captioſus agendi modus! Nec enim quæritur, ſitne veritati, ac verbo Dei acquieſcendum, hoc enim fatentur omnes: ſed iſtud, ſitne vero ſimile Caluinum in verbo Dei veritatem potius, quam omnes Patres, & Doctores Catholicos, quam ipſam Eccleſiam columnam veritatis, quam contemnit, ſuoque iudicio poſtponit, inueniſſe. Hæ ſunt nugæ Caluini.

LIBRI IV. CAP. 18.

Manna.

Io 6.48.59.

Ridicula Caluini agendi ratio.

1. Tim. 3. 15.

Eius autem mendacium in eo eſt, quod ait Deum nihil figurate Patribus antiquis tradidiſſe, quod non continuo re ipſa præſtiterit. Quæ ſi vera eſt propoſitio, Deus non Iudæis modo, verum etiam legis naturæ Patribus filium ſuum, quem illis figurarat, atque promiſerat, hominem factum exhi-

Digitized by Google

cuiuſpiam Baptiſmo interſit Ethnicus, ablutionem illam quippiam vulgare, & humanam prorſus actionem iudicabit: cui ſi quis dicat animæ ſordes, & peccata ea lotione purgari id veluti fabulam accipiet, & irridebit: tantum abeſt, vt ceremoniam ablutionis miratus, ad fidem ſuſcipiendam excitetur: nec fieri poſſe concedet vnquam, niſi prius de hoc myſterio per verbum Dei doceatur, ac fide illuſtretur: vt adeo mirabilis, atq; diuinus effectus, ex tam humili cauſa dimanet: contra vero ſi paralyticum priſtinæ valetudini redditum: ſi mortuũ ad vitam reuocatum: aut aliud eiuſmodi à concionatore Catholico ſupra naturæ vires factum miraculum aſpiciat, admirabundus obſtupeſcit, & ad fidem adhibendam verbis illius Doctoris, ſummæ veritatis teſtimonium habentis, ſuauiter allicitur. Quocirca Sacramentum cum minime ſit miraculum, fidem non excitat ad modum miraculi: multoq; minus poteſt verbũ Dei, eiuſq; promiſſiones confirmare: imo potius eſt opus, vt ab his confirmetur, & fidẽ obtineat, cum ſine his ne aditũ quidem habeat in Eccleſiam. Quã igitur ineptæ, quam falſæ, ac mendaces ſunt iſtæ definitiones, cum ea q̃ nequeunt efficere, Sacramentis adſcribant? Nec minus inepta eſt iſtorum comparatio, qua volunt Sacramentum eſſe veluti verbi Dei ſigillũ, verbum autem, vt datũ à principe diploma. Quid enim eſt ſigillo cum Sacramento, aut diplomati cum verbo Dei commune? Quid ſimile? Sigillum n. ſine verbis, regisq; codicillis, notã inſignit, honori habetur, & ex ſe ſolo vim, ac fidẽ habet: Sacramento aũt abſque Dei verbo nulla prorſus fides habetur. Diplomata, quæ ſigillo munita non ſunt, nihili fiunt

Non eſt Sacramentum ſigillo ſimile.

De.

Dei verbum abſque Sacramento ſuam habet authoritatem. Quis igitur hos tam abſurde ineptientes audiat, cum aiunt Sacramentum qualitatum omnino contrariarum ſigillo, eſſe verbi Dei ſigillũ; & verbum Dei quod eſt, nullo adhibito Sacramento, ſũmæ authoritatis, eſſe diplomati ſimile, quod nullam ex ſe, ſi careat ſigillo, fidem, nec authoritatem obtinet.

Propoſita Lutheri, & Caluini definitiones alijs ex locis refelluntur.

Capvt XIX.

PRæter ea quæ iam diximus; ſi Sacramentum nihil eſt aliud, vt vultis, quã inſtrumẽtum quoddam & machina, ad excitandam, alendamq́; fidem, cur infantes, & mente captos ad huiuſmodi effe-ctus nullo modo idoneos baptizatis? Eoſne excitari dicetis ex eo quod rationem intelligant, tametſi vſum illius nondum adepti ſint; eoſque fidem ſpõte, actuque capeſſere, quod plane videmus contra vſum, & experientiam euenire? Etenim cum vnda ſalutari perfunduntur eiulando, & eo quo poſſunt modo reluctando, illud ſibi eſſe permoleſtum indicant: aut non eſſe baptizandos ex fanatica Anabaptiſtarum opinione, dicentium iis tantum prodeſſe Baptiſmum, qui vſum rationis habeant, poſſintque rectum à prauo, bonum à malo ſecernere, non autem infantibus, & inſanis. Agitedum quonam Scripturæ loco docetis legis gratiæ Sacramẽta eſſe tantum teſtimonia ad excitandam fidem inſtituta, ac verbi Dei ſigilla, vos qui tanto faſtu Scripturas ſoletis obiicere, & veſtras opiniones earum authoritate propugnare? Scribit S. Ioannes homi-

Infantuli & amentes nõ poſſunt ad fidem excitari.

Anabaptiſtę ratione duntaxat vtẽtes baptizant.

Ioan. 3. 3.

luntatem ac poteſtatem (quæ ſunt ægrotationes animorum,&vulnera) vt imaginẽ ſui iis inquinatam abſtergeat,ſanet,eiq; priſtinã valetudinem, nitorẽ at ſpiritualem dignitatem impertiat: quam febres, membrorum ſolutionẽ lepram, atq; alios morbos è corporibus depellendi? Num glorioſius multo videtis in perfecta animorũ, quã corporũ ſanatione, ipſius elucere poteſtatẽ? Quod ſi eum velle,&poſſe æq; vnum atq; alterũ admittitis; quid cauſæ eſt,cur peccata remiſſa permanere,ſed obtento neſcio quo velamento occultari dicatis? Si qui veſtrum de Ieſu Chriſto ita ſentirent,palamq; dicerent: Ille ſanabat ægrotantes,morbos tamẽ non remouebat à corporibus,ſed eos tantũ obtegebat: elephãtiacos obducta modo lepra,non abſterſa,recreabat; ſaucios fomentis quibuſdã adhibitis curabat,ſed tamẽ adhuc cruda vulnera remanebant: nonne eiuſmodi cõtra manifeſtã veritatis experientiã,nugatores,mendaces,ſycophantes,blaſphemoſque cenſeretis? Nunquid & vos iſtorũ ſimiles, qui peiora de Iuſtificatione perfectaq; ſanatione blatteratis; quæ longe nobilior,maioriſq; momẽti eſt,quã corporis,ac dignior diuinæ Maieſtatis effectus? quare ſi eum depulſis ægrotationibus ſalutẽ verã corporibus creditis attuliſſe,imo præſtantiorẽ quã antea habuiſſent, naturæ habitudinẽ impertiiſſe, in dubiũne vocabitis idem animis peccatorum expiatione præſtare? Cur vos huic opponitis veritati? Cur rei tam perſpicuæ tenebras offunditis? Nonne eam ob cauſam,quod illius Miniſtros,& præcones agitis, qui vbique, & quocunq; modo poteſt meritũ Filii Dei,& immortalem eius gloriã,præſertim in peccatorum condonatione,hominũq; iuſtificatione, obſcurare contẽdit? Quod eſt aũt opus aliud,in quo magis quam in

Chriſtus animam iuſtificat, vt corpora ſanabat.

Peccatorũ iuſtificatio eximiũ eſt opus Salua

hoc illius infinita Poteſtas, Sapiẽtia, ac Bonitas eluceat? Ecquid illuſtrius, quid diuinius poteſt, in eorum, quos ſuo redemit ſanguine, animis operari, quam eos omni peccatorũ contagione purgare, eoſq; mire pulchros, omninoq; perfectos efficere.

LIBRI IIII CAP. 16. toris quod Sathan obſcurare nititur.

2. Abſurdũ

Deinde nonne tribuitis ampliorẽ malitioſo Sathanæ poteſtatẽ: qui potuerit, & etiamnum poteſt animas ſcelerũ maculis inficere, labefactare, deformare; quã merito, virtutiq; Saluatoris, cum eum nõ niſi obtegẽdo ſanare peccatũ poſſe tuemini; nec niſi appoſita iuſtitiæ ſuæ larua animæ ſpeciem, ac pulchritudinẽ dare prædicatis? Quænam porro iſthæc erit iuſtitia, & animæ iuſtificatio? Eãne vos ex ſacrarum narthecio literarũ hauſiſtis? Eſtiſne memores eorũ, quæ Dauid, quę prophetæ, quę apoſtoli, diſcipuliq; Saluatoris de hac ipſa iuſtificatione dixerũt? Nonne eam illi remiſſionẽ, abolitionẽ, extinctionẽ peccatorũ appellant? Num eam ſanationẽ, ablutionem, candorẽ, pulchritudinẽ animæ, & ſpiritus innouationẽ eſſe prædicãt? Vllumne ab his verbũ de iſta veſtra remiſſione peccatorũ audiſtis, quã vultis in ſolo integumento rerũ conſiſtere; aut de Saluatoris quam ſomniatis imputatione iuſtitiæ? Dicit quidẽ Scriptura, nos ſub eius protectione, atq; prę-ſidio latere, ſed ob eam cauſam, ꝙ nos à peccatis expiatos, ſuo Patri conciliarit. Ex eadẽ conſtat, nos ſuo ſanguine ablutos, ſuoq; merito iuſtificatos; non ea tamẽ iuſtitia iuſtos, qua iuſtꝰ eſt ipſe, ſed ea quã ſuo nobis ſanguine ꝓmeruit, quamq; miſericorditer in animas noſtras infundit: ad eum modũ quo ægrotãtes eius virtute firmi, beneq; valentes reddebãtur, nõ quidẽ corporea valetudine, quæ in ipſo erat; ſed per eam, quã illorũ corporibus cõferebat. Quod ſi

Quibus nominibus in Scriptura Iuſtificatio nũcupetur.

Quomodo dicat Scriptura hominem iuſtificatum tegi.

Digitized by Google

LIBRI IV. CAP. 16.

iuſtitia quam nobis largitur, interdum iuſtitia Dei nominetur, id ea de cauſa fit, quod verus illius author exiſtit: quemadmodum noſtra omnia membra, ſunt membra Deiq; dona, non quod in Deo inſint re ipſa, ſed ꝙ eius liberalitate donentur. Et hæc vera eſt Auguſtini ſententia, dicentis: *Iuſtitia Dei non qua iuſtus eſt, ſed qua induit hominem, cum iuſtificat impium.* Dicitur ergo iuſtitia Dei illa, quæ ineſt in anima iuſtificata; quod eam ſit elargitus. Ita ſponſa, videlicet, Eccleſia, à cœleſti ſponſo tota pulchra nominatur, non ob eam pulchritudinem, quæ eſt in ſponſo ſuo Ieſu Chriſto, ſed per eam, qua ipſius animam ornauit.

Iuſtitia Dei

S. Aug. lib. de ſpir. & lit. cap. 9.

3. Abſurdũ Iuſtificationis Miniſtrorum

Omnia videt Deus.

Hebr. 4.13. non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius.

Tertio quod volutabat animo Caluin⁹, aut quo vobis mentes, cum opinamini, & cum eodem profitemini, peccata, ne à Deo videātur, aut in eius appareant iudicio cōtegi? Quicquã ne poteſt occultũ eſſe, itaq; latens, vt eius fugiat obtutũ, cui nihil eſt non peruium, qui abditiſſima quæq; oculorũ acie diſpicit, penituſq; peruidet? Tantũne in vobis audaciæ, tantũ impietatis, vt ad Idolum veſtrę iuſtitię ſtabiliendũ Deo ignorationem, atq; cæcitatem affingatis? Si vero Deus peccata conſpicit; fierine poteſt, vt ea nec iudicare velit, nec debito ſupplicio punire, cum iuſtitiæ diuinæ pars illa ſit animaduerſio? An etiam iniuſtam facitis ſumma illam iuſtitiam, vt veſtra adulterina fidem, & authoritatem obtineat? At quanto facilius vobis erat, cum Eccleſia Catholica, eiuſq; Doctoribus germano Scripturæ ſenſui adhærere, reiectiſque metaphorarum vmbris, recta fide profiteri, Saluatoré proprie, vereq; peccata remittere, hoc eſt, ea penitus delere, & iis animã, vt Scriptura loquitur, omnino purgare, & auferre:

Hugonoti Deum faciunt ignarũ

ferre :, quam contra Scripturæ ſenſum dicere ea tantum ab eodem occultari ? Nonne tutius erat credere, quod ille tum dono ſuæ gratiæ, tum fide, ſpe, charitate virtutibus in animam infuſis, Spiritum, vt Scriptura teſtatur, renouet, nouumque hominem iuſtificando efficiat : quam in Saluatoris inuolare iuſtitiam, vt ſine vllo Scripturæ contextu animam peccatis infectam, obducatis? Nonne honeſtius multo diuinis oraculis aures dare, quam ad hominum tribunalia currere, vt ducta inde ſimilitudine, commentitiam hanc iuſtitiam confirmetis? Id vero quam inepte, quam ſtulte, quis non videt ? Quænã enim eſt humanis tribunalibus, cum iudiciis Dei cognatio ? Nonne iudicium hominis tantum à diuino, quantum terra diſtat à cœlo? Homines quæ ſenſibus obiiciuntur externis, modo cernunt: fallere, fallique poſſunt: & eum qui ſit iniuſtiſſimus, iuſtum de tribunali pronunciare: Deus autem intimos animæ ſinus penetrat, decipi non poteſt, neque pro iuſto reputare eum, qui re vera ſit improbus: alioquin à ſua ipſe iuſtitia, ac veritate diſcederet. Cum mortalis Iudex reum, ac facinoroſum abſoluit, quamuis illum iuſtum pronunciet, non ideo tamẽ efficit iuſtum : Deus vero cum improbum, ei peccata remittendo, abſoluit, eum iuſtum facit, ac vere iuſtum nuncupat. In mortalium tribunalibus, qui fatetur crimen, damnatur, qui cœlare poteſt, abſoluitur : iuſtusque licet falſo declaratur : at in foro Dei qui peccata confitetur, abſoluitur : qui eadem occultat, damnatur, quamuis in oculis hominum iuſtus eſſe videatur. Quanam igitur ratione ex rebus diſſentaneis, tantoq; interuallo, quantum eſt inter Ortum, Occaſumq;

LIBRI IV. CAP. 17.

Hominũ Deiq; iudicia differunt.

Confitẽtes ſe reos in foro iudiciali damnantur.

Qui ſe coram Deo confitetur peccatorẽ abſoluitur.

Digitized by Google

Libri IIII
Cap. 17.

disiunctis, ſimilitudinem colligitis? Quid adeo inter pugnantia comparatis? Vah! quam alte depreſſas, humique defixas mentes habetis: qui cœleſtia, diuinaque myſteria ſenſu adeo terreſtri, modoque tam craſſo tractatis. Quis vos impoſtoris Sathanæ, omnisque Idololatriæ fabricatoris ſtipendiarios negabit eſſe, cui vt obſequeremini, ex iuſtitia filiorum Dei portentoſum iſtud conflaſtis Idolum, vt in nouo Delphico veſtræ Reformatæ delubro adorandum collocaretis?

Idola Hugonotica ex doctrina Sacramentorum figurata.

Capvt XVII.

AD iuſtificationem obtinẽdam inſtituta ſunt à IESV CHRISTO nouæ legis Sacramenta, quæ ſunt veluti ſubſidia, certaque ad eam efficiendam inſtrumenta: de quibus cum diſputatis, portentoſam bonorum, malorumque permixtionem, Apollinem imitando affertis: & in mediis veritatis vmbris plurima mendaciorum Idola ponitis. Hæc à vobis quidem vere dicuntur. Quod Chriſtus inſtituit Sacramenta: Quod ea ſint pignus ſui erga nos amoris: ſuæque Eccleſiæ theſaurus. Hæc cum bene dixeritis, Idola mox veſtra ex aduerſo collocantes, quod præclare conſtructum fuerat, funditus euertitis. Primum huius generis Idolorum Gigantea, magnitudine cernitur, vexillulum manu dextra tenens, in quo Lunæ creſcentis facies, & globus Solis obſcuratus expreſſa ſunt, cum hoc Dicto literis vncialibus: *Legis nouæ Sacramenta nec nobiliora, nec meliora ſunt legis*

Primũ contra Sacramenta Idolum: quod Sacramẽta Chriſti nõ præſtent Moſaicis.

Mo ai-

Moſaicæ Sacramentis. Hoc ſignum Lutherus, Calui- nus, cæterique Anteſignani Reformatæ, in multis ſuæ doctrinæ capitibus Iudæos imitati erexerunt, vt vbique pro viribus legis gratiæ Solem obſcurarent: in qua fides Catholica docet Euangelica Sacramenta longe nobiliora, & efficaciora eſſe Moſaicis: quandoquidem hæc erant duntaxat velut vmbræ Euangelicorum, quæ ſunt inſtar corporis, & veritatis. Lutherus fidem noſtram vocat errorem: Caluinus eodem modo quo pater ſuus, pari- que ſuperbia loquitur, ac ſcribit in ſua Inſtitutione. hanc fidem velut erroris dogma procul explodendum. Nec diſſimilia habet in ſuo Conc. Trid. Antidoto. *Vulgare eſt*, inquit, *apud Sophiſtas dogma, Sacramenta legis Moſaicæ figuraſſe gratiam, noſtra vero exhibere*: Hæc præfatus, hoc facit pro ea, qua eſt authoritate decretum: *nos autem Deum aſſerimus ſemper in ſuis promiſſis fuiſſe veracem, nec quicquam figuraſſe ab initio, quod non patribus re ipſa exhibuerit.* Eccleſiæ Chriſti fides eſt huic homini vulgare dogma: omnesq; Doctores Catholici, Sophiſtæ. Atqui, poſt quam omnia ſuo calculo damnauit, quidnã ad ſuæ ſententiæ confirmationẽ affert? Nugas, ſcil. craſſaque mendacia. Ait Deum in ſuis promiſſis eſſe veracem. Quis hoc negat? Poterat ſimiliter dixiſſe venturum Deum, vt mortuos, viuosq; iudicet. At quænam huius conſecutionis cum tali antecedente connexio? Quod Deus in ſuis promiſſis verax ſit, ex eone ſeq̃tur, Moſaica Sacramenta efficacitatẽ Euangelicis parẽ habuiſſe? Haud ſane magis, q̃ vbi ſi quis dixiſſet, quod Deus cœlum & terram creatit, inferret, terram magnitudine cœlũ æquare. Probandum fuerat Caluino, id quod veluti cer-

LIBRI IV. CAP. 17.

Cal. lib. 4. Inſtit. c. 14. §. 23.

Nugæ Caluini.

Inepta cõſecutio Caluini.

LIBRI IIII CAP. 18. Circumciſio. *1.Cor.7.19.* *Tit.3.5.* *Galat.6.15.* *1 Cor.10.3.* Manna. *Exo.16.15.* Aqua. *Exo.17.6.*

certum ponit, Deum videlicet promiſiſſe: quod nec fecit, nec faciet vnquam: imo contrarium potius confirmat, exemploque propoſito ſuum conuellit errorem. Nam circumciſio quam adducit, facitque Baptiſmo parem à Sancto Paulo nullius eſſe momenti dicitur, eo duntaxat excepto, quod filiorum Dei ſignum eſſet, ac teſſera, meliorisque Sacramenti figura. *Circumciſio,* inquit ille, *nihil eſt, & præputium nihil eſt.* At non ita de Baptiſmo ſentiret, cum eum *Lauacrum generationis* appellet ad Titum ſcribens. Et alibi. *In CHRISTO IESV neque circumciſio aliquid valet, neq; præputium, ſed noua creatura*: quæ nimirum fit in hac regeneratione per legis gratiæ Sacramentum: quod nunquam potuit efficere circumciſio, quæ multum abeſt, vt poſſit æquari Baptiſmo, cum neq; debeat cum illius dignitate conferri. Quod ſi nobiliſſimum legis Moſaicæ Sacramentorum, eſt propemodum nihil: Quid de cunctis Iudæorum Sacramentis, ſi cum Euangelicis conferantur, cenſendum eſt? Quanto hæc interuallo, vi, ac nobilitate illis antecellent? Quod autem ex Apoſtolo Caluinus affert: *Patres noſtri eandẽ eſcam ſpiritalem manducauerunt.* Non id ſignificat, quod Hebræi eadem eſca veſcentes, eandem quam nos in Euchariſtia, manducarint: ſed quod antiqui Iudæi, quos nuncupat Patres, boni, ac mali eundem omnes in ſolitudine panem ſpiritalem, quod erat manna, comederint: eandemque potionem ſpiritalem, nimirum aquam diuinitus è rupe ſcaturientem hauſerunt, atque biberunt: nihilominus improbos qui eodem cum probis cibo, & potu recreati fuerant pœnas acerbas de-

bas dediſſe. Non igitur Apoſtolus cœleſti noſtro pani manna vetus exæquat: hoc n. directe Saluatoris doctrinæ repugnaret, apud S. Ioannẽ Hebræorum cibo veteri Euchariſtiam magnifice preferentis, cum ait: *Patres veſtri manducauerunt manna, & mortui ſunt: Qui manducat hunc panem, viuet in æternũ.* ac ſi diceret, panis, & Sacramentum quod Eccleſiæ meæ daturus ſum, tanto manna veteri præſtabilius eſt, quanto vita morte, & immortalitas fluxa mortalique vita. Hinc quam ſit ridiculus in hac ſua ratione Caluinus, patet: cui perquam familiare eſt, eodem modo ſimplicioribus illudere: Nam poſtquam ſæpe confeſſus eſt, exempli gratia, Patres omnes antiquos Baptiſmi cæremonias retinuiſſe: proprium ac verum legis nouæ Sacrificium prædicaſſe: Purgatorium, & orationes pro defunctis probaſſe: ſtata Quadrageſimæ ieiunia, & cætera fidei Catholicæ capita docuiſſe, ſolet adiungere: *Nos autem veritati, verboque Dei adhærendum cenſemus.* Quam vafer, & captioſus agendi modus! Nec enim quæritur, ſitne veritati, ac verbo Dei acquieſcendum, hoc enim fatentur omnes: ſed iſtud, ſitne vero ſimile Caluinum in verbo Dei veritatem potius, quam omnes Patres, & Doctores Catholicos, quam ipſam Eccleſiam columnam veritatis, quam contemnit, ſuoque iudicio poſtponit, inueniſſe. Hæ ſunt nugæ Caluini.

Libri IV. Cap. 18.

Manna.

Io 6.48.59.

Ridicula Caluini agendi ratio.

1. Tim. 3. 15.

Eius autem mendacium in eo eſt, quod ait Deum nihil figurate Patribus antiquis tradidiſſe, quod non continuo re ipſa præſtiterit. Quæ ſi vera eſt propoſitio, Deus non Iudæis modo, verum etiam legis naturæ Patribus filium ſuum, quem illis figurarat, atque promiſerat, hominem factum exhi-

Inſtitutione Caluini deprompta: *Sacramentum,* inquit ille, *externum eſt ſymbolum, quo beneuolentiæ erga nos ſuæ promiſſiones conſcientiis noſtris Dominus obſignat, ad ſuſtinendam fidei noſtræ imbecillitatem: & nos viciſſim pietatem erga eum noſtram, tam coram eo, & Angelis, quam apud homines teſtamur.* Quibus in definitionibus vtriuſque paginæ prolixis, perplexis, implicatis, falſis, & ineptis nullam bonæ definitionis partem poteſtis agnoſcere: quod poſtquam ſigillatim oſtendero, veram & Catholicam Sacramenti definitionẽ proponam, qua veſtrũ Idolum deturbetur. Ac primum quod plus æquo ſit longa, contra leges bene definiẽdi, ſatis, opinor, animaduertitis, cum plus dimidia parte verborum, quã ſit neceſſe, contineat. Quod ipſemet Caluinus agnouit, cum ſtatim aliam breuiorem, nec minus tamẽ quam ſuperiorem ineptam, abſurdamq; ſubiiciat, licet eam fruſtra conetur ad ſenſum eius, quam S. habet Auguſtinus, adaptare. *Sacramẽtum,* ait S. Doctor, *eſt inuiſibilis gratiæ ſignum viſibile.* Longe differt hic ſenſus à Lutheri & Caluini definitionibus: eſt enim verus, iſtarum autẽ ſenſus omnino falſus, & mendax: cum ante Sacramenti eſſentiã naturamq; declaret: ſed repugnantia potius eidem attribuat, eiusq; naturæ contraria. Dicunt n. inſtituta fuiſſe Sacramenta, ad excitandã, alendamq; fidem, ad miraculi modum: ſed tm̃ abeſt, vt eo ſpectent, aut eam vim, ac facultatem habeãt, vt ne quidẽ Sacramenta dici poſſint, niſi fides, Deique verbum, quod eſt ijs longe clarius, talia eſſe confirmet. Quo igitur pacto fidem, ad rationem miraculi excitabunt, ſi abſque fide, atque verbo Dei, nec miraculi vim, nec Sacramenti rationem obtineant? Etenim ſi cuiuſ-

LIBRI IV. CAP. 18. Inepta Sacramenti definitio ex Caluino. *l. 4 Inſtit. cap. 14. §. 1.*

Prolixa definitio.

Aug. l. 10. de ciui. c. 4.

Ineptæ mẽdacesque definitiones.

Digitized by Google

Dei verbum abſque Sacramento ſuam habet authoritatem. Quis igitur hos tam abſurde ineptientes audiat, cum aiunt Sacramentum qualitatum omnino contrariarum ſigillo, eſſe verbi Dei ſigillũ; & verbum Dei quod eſt, nullo adhibito Sacramento, ſũmæ authoritatis, eſſe diplomati ſimile, quod nullam ex ſe, ſi careat ſigillo, fidem, nec authoritatem obtinet.

Propoſita Lutheri, & Caluini definitiones alijs ex locis refelluntur.

Capvt XIX.

PRæter ea quæ iam diximus; ſi Sacramentum nihil eſt aliud, vt vultis, quã inſtrumẽtum quoddam & machina, ad excitandam, alendamq; fidem, cur infantes, & mente captos ad huiuſmodi effectus nullo modo idoneos baptizatis? Eoſne excitari dicetis ex eo quod rationem intelligant, tametſi vſum illius nondum adepti ſint; eoſque fidem ſpõte, actuque capeſſere, quod plane videmus contra vſum, & experientiam euenire? Etenim cum vnda ſalutari perfunduntur eiulando, & eo quo poſſunt modo reluctando, illud ſibi eſſe permoleſtum indicant: aut non eſſe baptizandos ex fanatica Anabaptiſtarum opinione, dicentium iis tantum prodeſſe Baptiſmum, qui vſum rationis habeant, poſſintque rectum à prauo, bonum à malo ſecernere, non autem infantibus, & inſanis. Agitedum quonam Scripturæ loco docetis legis gratiæ Sacramẽta eſſe tantum teſtimonia ad excitandam fidem inſtituta, ac verbi Dei ſigilla, vos qui tanto faſtu Scripturas ſoletis obiicere, & veſtras opiniones earum authoritate propugnare? Scribit S. Ioannes hominem

Infantuli & amentes nõ poſſunt ad fidem excitari.

Anabaptiſtę ratione duntaxat vtẽtes baptizant.

Ioan. 3.3.

Libri IV. Cap. 19. nem baptiſmo regenerari, renaſcique: S. Paulus eũdem ablui, ſanctificari, iuſtificari: & eccleſiam ſimiliter ſanctificari, & mundari aquæ lauacro ac Dei verbo, & hoc ſacrum eſſe regenerationis, ac renouationis lauacrum: quin etiam Scriptura paſſim de Sacramentis veluti de iuſtificationis inſtrumentis loquitur, nec vnquam ea ſigilla, vel verbi promiſſionumue Dei teſtimonia nuncupat. Circumciſio dicta eſt olim ſignaculum, non quidem promiſſionum Dei, ſed, vt ait S. Paulus, iuſtitiæ fidei Abrahæ. Si quis veſtræ ſtudioſus doctrinæ ita diceret, *Baptiſmus regenerat*, hoc eſt, dat teſtimonium diuinæ voluntatis; aut ſi is, qui baptiſmum adminiſtrat, diceret, *Ego te baptizo*, id eſt, *ego teſtificor*, nonne is ad Grãmaticulorum tyrocinium vobis amandandus videretur? Siquidem baptizare ſonat lauare, & abluere, non vt nugamini, teſtificari. Et vero ad confirmandam Dei erga nos beneuolentiam inſtitui Sacramenta quid opus erat, quando bona opera (quę liberator noſter veluti ſigna ponit noſtri in Deum amoris, cum ait; *Qui diligit me, ſermonem meum ſeruabit.*) multò ſint efficaciora quam Sacramenta, quibus Deus ſuũ in nos amorem teſtetur; cum fieri nõ poſſit, quin ſingulari beneuolẽtia eos qui ſe amãt, ſuisque mandatis obtemperant, cõplectatur? Præterea, cum improbi ficte, & fallaci ter baptiſmum, aut Euchariſtiæ Sacramentum, vt ſæpe fit, vſurpãt, nonne Sacramentum per vos efficit, vt Deus falſus teſtis exiſtat; quandoquidem ex veſtris decretis nouaque doctrina, ipſe per hæc Sacramenta promiſſum, & ſuam erga ſceleratos huiuſmodi beneuolẽtiam teſtatur; & obſignat, eoſq; ad capeſſendam regni ſui hæreditatem adoptat? Quod quid eſt aliud, quam

1.Cor.6.11. *Epheſ.5.* *Tit.3.* *Rom.4.11.*

Bona opera sũt amoris Dei teſtimonia. *Ioan.14 23*

quam intolerabilem Deo iniuriam inurere,& execrandam in eius honorem blaſphemiam expirare, cum non poſſit iniquum, nec iniquitatem amare, neque falſum quicquam teſtimonio confirmare? Neque hic tamen ſiſtit gradum Caluinus, ſed vlterius blaſphemando progrediens, aſſerit Sacramentum ſignaculum, teſtimonium, atque iuſiurãdum eſſe Dei, quo non modo præſentem amicitiam, verumetiam prædeſtinationem confirmat eius, cui Sacramentum confertur: quam opinionem cum aliis in locis, tum maxime in ſuo Antidoto his verbis exponit. *Imo*, inquit Caluinus, *quo iure ad baptiſmum eos* (de infantibus fidelium loquitur) *admittimus, niſi quod promiſſionis ſunt hæredes? niſi enim iam ante ad eos pertineret vitæ promiſſio, Baptiſmum prophanaret quiſquis illis daret.* Vult igitur Baptiſmum ſigillũ eſſe promiſſionis, atque ſanctitatis teſtimonium, ac prædeſtinationis eius qui Baptiſmo luſtratur; quod niſi eſſet Baptiſmus profanaretur, eo quod cuipiam qui non eſſet ad æternam vitam prædeſtinatus, adhiberetur. Idem in libro de conſenſu inter Tygurinos & Geneuenſes. *Præterea ſedulo docemus Deum non promiſcue vim ſuam exercere in omnibus qui Sacramenta recipiunt, ſed tantum in electis, nam quẽadmodum non alios in fide illuminat, quam quos præordinauit ad vitã: ita arcana ſpiritus ſui virtute efficit, vt percipiant electi, quæ offerunt Sacramenta.* Ex hac doctrina, Sacramenta ſunt teſtimonia, atque iuramenta, quibus Deus ſuam de æterna prædeſtinatione fidẽ aſtringit: vnde ſequitur, quotquot apud vos baptizantur, prædeſtinari, atque ſaluari; quandoquidem Deus, vt veſtro placet Reformatori, hoc ipſum certa fide iureque iurando cõfirmat, Sacramento ob-

Libri IV. Cap. 19.

Ex Caluini opinione Sacramentum eſt prædeſtinationis ſignaculũ.

In Antid. Seſſ 4. 6. c. Geneu. edito 1547.

L. de Conſ. inter Tigurinos & Geneuenſ.

Apertum Caluini mendaciũ cum multi fidem recipiãt, qui tamen dãnantur.

LIBRI IV. CAP. 19.

Sacramentũ ex Caluini opinione eſt prę deſtinationis ſigillũ. *in Antid. ſeſſ.6.c.5.*

ſignat, & Miniſtri illud conferentis ore conteſtatur. At quamplurimi in ea qua fuerant inter vos imbuti fide minime perſtiterunt; quare veſtro iudicio ſempiternum eos manet exitium. An igitur poteſtis negare illud teſtimonium, iuſiurandum, atque ſigillum prædeſtinationis in hominibus ita baptizatis falſum extitiſſe, vosq; Deum fallacem, toties mendacem, periurumque feciſſe, quoties illis collatum eſt Sacramentum? Aut etiam inficiari poteritis eos, qui eiuſmodi Sacramentum adminiſtrarunt, ſacrilegos, ac nefarios blaſphemiæ aſſertores fuiſſe? Videtiſne quanta ſit iſtius abominandi idoli à Caluino conflati turpitudo, atque deformitas? Perpendite quæſo vel in vnico exemplo quam multa ex veſtris antecedentibus conſequantur abſurda; atque ob oculos Sanctum vobis proponite Philippum, Simonem illum Magum baptizantem, &aquam fundendo dicentem: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filÿ, & Spiritus ſancti.* Hic vt aſſerit Caluinus, eodem puncto temporis Deus illi per ſuum Sacramentum, atque per os Philippi dicebat: *Ego Deus æternus declaro, per meum Sacramentũ obteſtor, & iuro, atq; per meum ſigillum confirmo te Simonem Magum ab omni æternitate à me electum, & ad regnum cœlorum irreuocabiliter eſſe prædeſtinatum.* Si vera eſt Caluini ſententia, nonne tot fuerunt in hac actione, & clauſula falſitates, atque periuria, quot motiones & verba, cum Simon ille Magus Apoſtata reprobus, omnium Hæreticorum anteſignanus, ac perduelliũ Eccleſiæ ſignifer eſſet futurus. Quid? Nonne vos etiam multis in capitibus inſigniter blaſphemare conuincimini, cum ſummam veritatem contra ſeipſam, contra ſuam ſapientiam, con-

Simon Magus baptizatus. *Act.8.13.*

traque

traque honorem ſuum atque iuſtitiam loquentem inducitis?

Tertium doctrinæ Miniſtrorum erectum aduerſum Sacramenta Idolum.

Capvt XX.

Sequitur tertium ſuper Sacramẽtorum doctrina à vobis poſitum Idolum: duo ſuperius à me demonſtrata, non quidem exæquans magnitudine, formam tamen præ ſe fert humanam; cuius in pectore duæ ſunt inſtar aperti libri inſertæ tabulæ, qualis ſolet Moſes interdum cum duabus legis tabulis figurari, in quarum vna depictus eſt fons, in altera vero panis fruſtulum cum poculo; circa collum idoli volumen eſt, in quo legitur; Sunt duo tantum. Veſtra nimirum eſt theſis qua contra fidẽ Eccleſiæ Catholicæ, quæ ſeptem profitetur à Chriſto inſtituta Sacramẽta, vos plura duobus eſſe pernegatis, ſolumque Baptismvm & Evcharistiam, ſiue quam cœnam vocatis, retinere voluiſtis: nec vero neceſſe eſt veſtrũ errorẽ mõ refellere, & orthodoxam de numero Sacramentorum fidem pluribus confirmare, cum id alias abũde præſtiterim, præſertim cum luce clarior ſit veritas, tum in diuinis literis, tum in Sanctorum Patrum monumentis: quæ ſi euoluendi, atque intelligendi vobis facultas ineſſet, tam cæcum errorem facile poſſent ex animis veſtris excutere. Hoc ſolum obiter commonebo, vos, præter admiſſum apoſtaſiæ ſcelus, omnia Sacramenta in tam exiguum numerum reuocando funeſti ominis ſignum accepiſſe. Vt enim ſeptenarius numerus eſt myſticum puritatis, honoris, atque miſericordiæ ſymbolum, ita binarius

Tertium aduerſum Sacramẽta Idolum.

Duo tantũ ſunt ex opinione Caluini Sacramenta.

Numerus binarius mali ominis.

S. Hieron. in Ezec. 11.

LIBRI IV. CAP. 21.

Animalia immunda duo,&duo in arcam inducta. *Gen.7. 2.*

rius inquinamenti, infœlicitatis,diuinæque vindictæ Hieroglyphicum eſt,quemadmodum Doctores obſeruant. Eam ob cauſam ex omnibus numeris Creator ſeptenarium primum ſacrauit; & in ſignum ceſſationis ab opere,ac diuinæ ſuæ requietis accepit:binarius autem primus eſt,qui ſe ab vnitate,ſuoque principio ſeiunxit. In ſingulis creationis diebus ita loquitur Scriptura; Et vidit Deus quod eſſet bonum; nimirum opus eo die à ſe rerũ molitore perfectum: excepto ſecundo, non quidem vt indicet, id quod illo die procrearat, non eſſe bonum,ſed vt occultam ſignificationis huius numeri notam exhiberet.Huc etiam ſpectat quod in arcam Noemi ex animantibus mundis ſeptena & ſeptena,ex immundis autem bina & bina recepta ſunt.Naaman item Syrus, vt à lepra purgaretur, iuſſus eſt ab Eliſeo ſepties in Iordane lauari. Ad perdendam Sodomam, Gomorrham, & vrbes cæteras infames duos Angelos deſtinatos fuiſſe conſtat: Duos item vitulos ex auro fuſos, duo videlicet Idola, prima duo Ieroboami primi Regis Iſraelitarum infortunia, duoque alia longe poſt ab eiuſdem populi infidelibus fabricata, cultaque fuiſſe accepimus. Eccleſia Catholica per fidei voluntatem venit in primi ſeptenarii numeri hæreditatem in ſeptem ſuis Sacramentis,quibus in Dei gratia cõquieſcit,expurgaturque; vos malum! ab hac ſeptenarii vnitate diuulſi,in Idololatriæ dualitate contaminamini; Sacramentorum dualitatẽ conglutinaſtis in veſtræ ſymbolum immundiciæ, vindictæque, quam ſcelerum vindex Deus in veſtram ſtatuet Reformatam ſuperſtitionem per duos Angelos vltores aquam nimirum & ignem exercen-

Naamam. *4.Reg.5.10*

Duo Angeli vltores. *Gen.19.1.*

exercendam, quæ vos niſi reſipiſcentes mature è Sodoma Geneuenſi exeatis, cruciabiliter ſine fine torquebunt.

Idola in Baptiſmi doctrinam ab Antiſtibus Hugonotorum ſtabilita.

CAPVT XXI.

SVperioribus Idolis ſtupendę magnitudinis aduerſus generalem Sacramentorum doctrinam, cōflatis, alia quædam minora, ac veluti ſigilla, præſertim contra Baptiſmum & Euchariſtiam fabricāda cenſuiſtis, vt hac ſimulachrorum varietate ſpiritale Reformatæ veſtræ fanum ornaretis. Veſter quidem Baptiſmus non eſt plane nullus, modo tamen ſyncere ex intentione, præſcriptoque Eccleſiæ adminiſtretur; legitima adhibita materia & forma, aqua videlicet naturali, & his Chriſti Domini verbis: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Verum enimuero ſuperſtitionum machinator Diabolus minime paſſus eſt vos diuinum hoc myſterium ſartum tectum tueri; nam vt id modo prætercam, quod eo ſuadente plurimos abieciſtis ritus, & ſanctiſſimas ab Apoſtolis inſtitutas ceremonias, quibus ab incunabulis Eccleſia Dei in huius adminiſtratione Sacramenti religioſe, digneque ſemper eſt vſa; nihil vt etiam dicam, quod vafer ille tortor animarum vobis perſuaſerit Baptiſmum nequaquam eſſe infantibus neceſſarium, quo ex errore, quot mala ſequantur ſupra demonſtratum eſt; iis inquam prætermiſſis, dico illum veſtræ Reformatæ fabricatoribus æs & formā ad Idolum deteſtabile fundendum ſuppeditaſſe, quod pro vero baptiſmo teneretis. Princeps iſtius

Quando cenſendū ſit validū Hugonotorum Baptiſma.

Baptiſmi ceremoniæ ab Apoſtolis inſtitutæ. *Tertul. S. Amb. Auguſt &c.*

LIBRI IV. CAP. 21.

Idoli conflator, ac perpolitor extitit Beza, ſcribens Baptiſmũ aqua elementari, ac naturali deficiẽte, alio quouis liquore poſſe conferri. Sunt hæc ipſius verba: *Deſit aqua, & tamen Baptiſmus alicuius differri cum ædificatione non poſſit, nec debeat: ego certe quouis alio liquore non minus rita quam aqua baptizarim.* Et ad operis ornatum adiungit: *Nec aliter de his rebus ipſi etiam ſuperſtitioſiſſimi Scholaſtici Scriptores cenſuerunt.* Qua in profani Scriptoris huius ſententia inſignẽ videtis Hæreſim, craſſo, impudentique mendacio corroboratam: neq; enim Catholicus vnquã Scriptor fuit adeo diuinæ legis imperitus, vt ei venerit in mẽtem hæc tam abſurda literis prodere, neq; tã ſuperſtitioſus, ac delirus Hæreticus, qui hæc ſit auſus comminiſci. Agite dum Miniſtri, & ſi quidem poteſtis mihi reſpondete: Quiſnam Scripturæ loc⁹ docuit flammiferum veſtræ Reformationis Bezã naturalis aquæ defectu poſſe Baptiſmum quouis genere liquoris adminiſtrari? Beza ſummus veſtræ Synagogæ Cacicus, qui mordicus tenet, & vos cum illo, nihil eſſe dicendum, nihil admittendum, nihil ſine expreſſo Scripturæ contextu ratum habendũ, qui ceremonias Baptiſmi repudiatis (quæ ſunt illius Sacramenti duntaxat adiuncta) propterea que ea minime vobis videntur in ſacris Bibliis diſertè præſcribi: tametſi fuerint ab Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus, pro tradita ſibi poteſtate ligandi, ſoluendi, leges cõdendi, abrogandique in Eccleſia ad Dei gloriam inſtituta: Qui ſalem, lumina, exſufflationes, exorciſmos, & alios generis huius Sacramenti Baptiſmi reiicitis apparatus in Scriptura fundatos, & ab Eccleſia naſcente ſtudioſe retentos, & vſurpatos, vt ex Tertulliano, Lactantio, SS. Ambroſio

Idolum Baptiſmi.

Beza epiſt. 2. ad Thomam Tilium.

Matth. 16. 19. Quodcunque ligaueris, &c.

Ioan. 20. Quorum remiſeritis, &c.

Baptiſmi ceremoniæ

Tert. lib de cor. Mil. S. Cyprian. l.

brosio, Auguſtino, Cyrillo, Baſilio, & cæteris Patribus, & Eccleſiaſticæ hiſtoriæ authoribus planiſſime conſtat; vos inquam qui hæc cum Eccleſia nata, probata, retenta, vſurpataque faſtiditis, contemnitis, tantoque ſupercilio Scripturam iactatis, qua ratione, quaue conſcientia, ſine vllo Scripturæ verbo, verbíque apice, nullo Antiquitatis præſidio, immo contra Scripturam, contraque generalem Eccleſiæ legem, ac morem probatis, recipitis, colitis Bezæ doctrinam, quæ funditus euertit naturam, & eſſentiam Sacramenti Baptiſmi; quod ea lege Chriſtus inſtituit, ſeruandumque præcepit, vt in aqua ſolum conferretur, quod ab eodem Apoſtoli edocti, iuſſiq; deinceps eo in elemento, & aliter nunquam factitarunt? Deus immortalis! Quænã eſt hæc tanta cæcitas? vnde tantus in hominũ mentibus ſtupor, tanta libido, atque malignitas? Ieſus Chriſtus iubet Baptiſmum in aqua, nullius præterea liquoris facta mentione conferri, vos præcipientis illius vocem non auditis? Beza cõtra docet adminiſtrari poſſe Baptiſmum in oleo, vino, & ſi vultis in vrina hominis vel equi, & illum audiendum, & quod tradit faciendum putatis? Vllumne in vobis eſt iudicium, quo tam abſurdum, atque pernicioſum veſtræ Pharmaciæ conſentaneum qui pro quo dignoſcatis? Vlloſne habetis oculos quibus iſtius idoli, quod vetus ac veterator inferorum opifex Bezæ manu ac miniſterio fabricatus eſt, fœditatem atque deformitatem intueamini? Stuporemne veſtrum ſentitis, quo ſtupefacti ad inſani huius Hæreſiarchæ idololatriam vos ferri, trahíque ſinitis? Non animaduertitis, non ſentitis, non videtis, veſtrum Baptiſmum eo quo docet modo collatũ, ſacrile-

LIBRI III. CAP. 21. *3. epiſt. 8.* *S. Amb. li. 1. de Sacra.* *S. Auguſt. li. de Bapt.* *S. Baſil. li. de Spir. S.*

Ioan. 3. 5. Niſi quis. &c.

ſacrilegam eſſe fabulam in hoc Sacramento exhibitam, ad Deum, & Angelos proritandos, ad Dæmones oblectandos, & ad interitum animarum, quæcunq; hac veſana Bezæ reformatione baptizãtur? Quid ſi neceſſitas, dicetis, vrgeat? ſi emoriatur infantulus? ſi ad baptizandum aqua defuerit? num ſatius eſt eum quomodocunque baptizare, quam eundem ſine omni ope, præſidioq; deſerere? Quã vero poteſtis vos neceſſitatem obtendere, quodnam obiicere periculum, qui fidelium liberos in maternis vteris ſanctificari, & ſine Baptiſmo ſaluari poſſe contenditis? Poteſtne tanti ſacrilegii crimen hoc neceſſitatis quæſito colore purgari? Hæc quidem obiectio in Eccleſia Catholica locum haberet; quandoquidem illa credit infantem non baptizatum regni cœleſtis hæreditatem nunquam aditurum; neque tamen docet inſtante neceſſitate Baptiſmum debere vel poſſe ſine aqua naturali conferri; neque vicem eius roſaceam, aut alium quemcunq; liquorem ex floribus, aliisue rebus arte expreſſum ſubire, propterea quod diuinæ id inſtitutioni repugnat. Atque vt vos fidei veſtræ vinculis aſtringam: vos profitemini, palamque ſine vlloScripturæ apice docetis, neminem poſſe præter Miniſtrum Baptiſmum adminiſtrare, & quamuis infans baptizãdus intereat, in eius miniſterium ſubſtitui poſſe neminem: quare tam facile, inconſiderateq; peregrinos atque adeo adulterinos liquores ſubſtituiſtis elemento ad collationẽ Baptiſmi à Deo expreſſa lege conſtituto? An vero Miniſter cum ſit duntaxat efficiens, ac inſtrumentalis cauſa magis attingit eſſentiam Baptiſmi, nullum vt in eo adminiſtrando vicarium admittat, quam aqua pars eiuſdem

De Baptiſmi Sacramento aximata Miniſtrorũ.

dem Baptiſmi eſſentialis, quam tamen vos immutatis? Quod ſi deficiente Miniſtro poteſtis conſciẽtia, religioneque ſalua pati abſque Baptiſmo infantes extingui, vnde hic tantus mentibus veſtris iniicitur ſcrupulus, vt Baptiſmi peſſundetis eſſentiam, ne ſine Baptiſmo puellulus extinguatur? An nō hic veſtram deformitatem, ſpiritalisque lepræ, & Hæreſis infames notas agnoſcitis, per quam electores, hoc eſt Hæretici eſtis effecti? Quanto ſapientius hoc in negotio ſe gerit Eccleſia Catholica, quę vrgente neceſſitate cuicunque perſonæ baptizandi tribuit facultatem, cum nulla id vetet Scriptura, nihilominus prohibens, ne liquorem alium quam naturalem aquam adhibeat; cum illud duntaxat elementum fuerit à Chriſto præſcriptum? Quod ſi contingat infantulum aquæ penuria, abſq; Baptiſmi lauacro emori, eo quidem euẽtu diuinam prouidentiam non magis damnandam arbitratur, quã ſi alicuius baptizantis defectu, aut in vtero matris, aut alio modo extingueretur. Nec enim in eiuſmodi caſu plura tenetur præſtare, quam illi Deus ipſe permittit; nec aliud ad Baptiſmum, quam quod eſt à Dei filio conſtitutum, adhibere: nam neque baptizaret peregrinum liquorem vſurpans, nec non ſe graui ſcelere contaminaret, quæ prouidẽtis Dei ſunt ſibi arroganter vendicando, qui huiuſmodi caſus omnes præuidebat futuros, de quibus tamen mandatum dedit nullum. Quare Beza hæc importune comminiſcens auxilia, voluit Deo ſapientiſſimo videri ſapientior: tanta nimirum eſt Hęreſis, & Hæreticorũ arrogantia, & vſque adeo illius effrænata temeritas, vt ſe decretis Dei ſemper opponat, ac ſibi quippiam de eius authoritate decerpat.

Idola Miniſtrorum aduerſus Euchariſtiam.

CAPVT XXII.

Idolum Euchariſtiæ Hugonoticæ.

QVale ſit, & quam execrandum veſtri Baptiſmi Idolum oſtendimus, nec minus fœdum eſt, quod idem opifex Beza in Euchariſtiæ Sacramēto non diſſimilibus lineamentis effinxit. Is de veſtra cœna diſſerens, docet panis, vinique defectu (quæ duo Ieſus Chriſtus vt Euchariſtiæ materiam accepit) poſſe quoduis aliud alimenti, & potionis genus, quo mortales panis vinique loco vtuntur, adhiberi. Sunt hæc ipſius verba ex eadem Epiſtola: *Vbi panis aut vini nullus eſt vſus, vel nulla certo tēpore copia, num cœna Domini nulla celebrabitur? Immo rite celebrabitur, ſi quod panis aut vini vicem, vel ex vſu communi, vel pro temporis ratione ſupplet, panis aut vini loco adhibeatur.* Adeo vt ex iſtius hominis ſententia radices, oriza, cucurbitæ, cæpæ, caſtaneæ, glandes, rapæ, caſeus, ſicera, cereuiſia, imo aqua ſola (qui fuit Aquariorum veterum error) & alia eiuſmodi fructuum ac potionum genera, quæ variis gentibus loco panis & vini ſunt, rite poterunt ad celebrandam Euchariſtiam adhiberi. Quænam hæc tanta nugatoris impudentia, vt adeo licenter Deo, diuiniſque myſteriis illudat? vt inſtitutum ab authore ſalutis noſtræ Sacramentum penitus deſtruat, aut in fabulam, riſumque conuertat? Quonam vero Scripturæ loco, qua ratione, vel authoritate ſua dicta confirmat? Pro omni confirmatione hoc vnum adiecit, eam fuiſſe Saluatoris mentem: vt ſi is, qui propoſitus eſt, caſus incideret eo modo cœna celebraretur. *Nam,* inquit, *ea fuit Chriſti mens.*

Beza epiſtol 2.

Panis & vinum non neceſſaria ad Euchariſtiam cōficiēdam.

Abſurda Bezanica.

Quæ

Quæ non quidem eſt ad probandum ratio, ſed potius tam craſſum mendacium, quã quod ſuperius attulit, cũ ſcripſit à cunctis Doctoribus Scholaſticis doceri, poſſe Baptiſmũ quocunque liquorum genere conferri, ſi naturalis aqua deficiat? At vnde certius poſſumus intentionem Chriſti, quã ex ipſiuſmet verbis, factisq; cognoſcere? Atqui hęc eius tantum verba fuiſſe conſtat, ꝙ panem, & vinum ad Sacramentũ conficiendũ acceperit. Quod ſi voluntas eius, atq; mens fuiſſet, vt in eorum locũ aliud alimenti, ac potionis genus ſubſtitueretur, id ille ſine dubio diſerte docuiſſet; quemadmodũ olim in Sacrificiorum veterum, & Sacramentorum inſtitutione feciſſe legimus. Nam ad celebrandum Paſcha, ſi ad manum non eſſet agnus, vt pro eo hœdus immolaretur, admonuit: & in Sacrificio purgationis puerperarum, ſi vel per anni tempus, vel paupertatem agnus ipſis non ſuppeteret, pro agno par turturum, aut duos pullos columbarum offerrent. Ergo ſi in antiquis Sacrificiis, quæ legis Euangelicæ myſteriorum duntaxat vmbræ fuerunt, quid incidente caſu eſſet agendum, Deus inſtituit, nonne plane declaraſſet, ſi ea fuiſſet illius mens, quid in panis, & vini vicem ad Euchariſtiam celebrandam, quidue pro aqua ſubſtituendum eſſet ad baptizandum: quæ Sacramenta ſunt veteribus illis longe nobiliora, magiſque neceſſaria, ne de eius voluntate, in negotio maximi momenti à ſe decreto, inſtitutoque quiſquam ambigeret? Bezam vero hæc comminiſcentem gloſſemata, nonne diræ imprecationes illæ, illaq; horrenda fulmina perterrent, percelluntque quæ propoſita cernuntur in libro Dei anathemate ferientis eum, ſum-

LIBRI IV. CAP. 22.

Beza maligne Chriſti mentẽ interpretatur.

Exod.12.7.

Leuit.12.8.

Luc.2.24.

Apoc.22.18.

ſummaque exitia eidẽ imprecantis, qui verbis ſuis adiiceret quippiam, detraheretue; cum is genus omne liquoris, aquæ; & quoduis alimentum & potionem pani vinoque addiderit; aliaque ex parte Saluatoris authoritatem imminuerit, cui⁹ inſtitutionem contemnit, reſcindit, & irritã facit, vimq; Sacramentorum ac dignitatem conuellit, impieq; ludificat? Eccleſia vero Catholica non ita à ſe, ſuoque munere diſceſſit, ſed modum prudẽter inuenit ex inſtitutione ſponſi ſui rite Sacramenta cõficiendi, eademque opera ſpiritali corporeæq; ſuorum alũnorum neceſſitati occurrendi, cum triticum & vinum, quæ ſunt ad Euchariſtiam celebrandam omnino neceſſaria, in Peruanum vſque regnũ, in Iapponem, Philippinas Inſulas & alias longe diſſitas à nobis regiones noui orbis harum frugum minime feraces curarit importari, ex Apoſtolica traditione laicis fidelibus in vnica ſpecie panis Euchariſtiæ Sacramẽtum impertiens, vino haud tam facile parabili, ad integrũ Miſſæ ſacrificium reſeruato. Enimvero permirum eſt vos adeo cõmoueri, excruciari, & nobis ceu piaculum obiicere, quod è communione calicem Dominicum ſubtraxerimus, homines ſacris non initiatos altera tantum ſpecie communicantes licet ſub vtraque ſpecie ſacrificiũ fiat, cum tamen nihil aduerſus veſtræ Sectæ Patriarchas moueamini, qui tam inſolenter vos ſuarum tricis ineptiarum irretitos ludificant, vt ne quidem eorum fraudes valeatis, aut velitis aduertere: quid de ſubtracto in Eccleſia Catholica vſu calicis tam ſeuere, ac pertinaciter queruntur, cum ipſi panem vobis & vinum, ſimulque corpus & ſanguinem Chriſti ademerint, teſtamentum eius

Obiiciunt Miniſtri ablatum in Euchariſtia calicẽ, & Beza panem & vinum ſuſtulit.

eius omnino peruerterint, duoque profana Idola ex radicibus, rapis, caſtaneis, glandibus, alliis, cœpis, & aliis eiuſmodi ridiculis Ægyptiorum numinibus à vobis colenda conflarint. Habetis hactenus expoſita bonarum malarumque rerum miſcellanea, ſuperſtitioſa doctrinæ veſtræ axiomata, & Idola in templo veſtræ Reformatæ ad ſimilitudinem Apollinis Delphici collocata: reliquum eſt vt in veſtra doctrina ſacrificia, dedicationis partes, & alias eiuſmodi ſuperius propoſitas ſuperſtitiones demonſtremus, vt integra iſtius Deunculi cum veſtro nouo Apolline comparatio abſoluatur.

De quibuſdam ſtatuis, & Sacrificijs Apollinis in Caluiniſmo expreſſis.

CAPVT XXIII.

EN præterea celebriores, atque præcipuas veteris Apollinis ſtatuas, ſacrificia, animantes illi dicatas, quæ in veſtræ Sectæ corpore eleganter expreſſa cernuntur. Viſitur in eo primum Leonino capite Idolum tiara veluti redimitum & coronatum manibus tenens vaccam recalcitrantem, Idolum inquam non quidem modo apud vos corporeum, craſſum ac materiatum ſed ſpiritale, ſubtile, ac prorſus idoneum quod in curioſas hominū mentes clam poſſit illabi, & in eis ſedem obtinere. Hunc leonem aſpicite, Spiritus veſter eſt elatus, faſtuoſus, cuius ſupra memini, omnino ſpiritui alterius leonis ſimilis, qui Rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ, rebellium Angelorum caput, capitalis mortalium aduerſarius; qui circumeundo loca om-

Apollinis Idolum leonino capite. *Stat. 1 Theb. Lactant. Grā mat. in eū locum.*

Leo Reformatus.

Reformatorum ſuperbia.

Diabolus ſuperborū Rex. *Iob. 4. 1.*

LIBRI IV. CAP. 23.

Leo rugiẽs *1. Pet. 5.*

ca omnia luſtrat, quæritque prædam quam deuorando inexplebilem ingluuiem exſatiet. Hic veſter eſt ſpiritus prætextu religionis ceu tiara redimitus duobus cornibus tenens vaccam, religionem ſcilicet veſtram belliſſime reformatam, duobus Sacramentis aculeatis, & eo quo audiſtis modo retortis, ipſius capiti affixis. Samſon vxorem ſuam vitulam nominauit, fuit etiam Dalila vacca nimirum libidinoſa muliercula quæ tandem maritum ſuis delinitum, captumq; blanditiis, Philiſtinis hoſtibus infeſtiſſimis vinctum tradidit, vtrique Reformata veſtra eſt ſimillima. Vacca ponderoſum, atque ſtupidum eſt animal: Quid ſtupidius, tardius, ac ſegnius ad bona opera, & exercitationem virtutum, quam veſtra Reformata? Etenim ieiunia, corporis afflictationes voluntarias, cõtinentiam, caſtitatem, peregrinationes, labores, & cætera quæ ſacris commendãtur oraculis, ita odit, vt ne ad aures quidem admittat. Vere ignaua prorſus eſt vacca, in Samſonis Dalila egregie figurata. Dalila meretrix quæ ſe omniũ libidini effudit, ſuo nomine paupertatem, macroremque deſignat: Veſtra Religio omne genus errorum amplexa eſt, Ieſu Chriſto vero fidelium animarum ſponſo contempto, ac repudiato. Omnino pauper eſt, & rerum omnium egentiſſima, ſiquidem fidem, honorem, dotem, ornatum omnem, cœleſtem hæreditatem, Sacramẽta, quicquid denique in Eccleſiæ Catholicæ ſinu habere poteratis egregium, amiſit. Macra eſt, ſine ſucco, ſine ceremoniis, ſine vigore, lacera, panniculis obſita, deformata, talis denique tota qualem Rupellani Typographi in ſuorum librorum fronte depictam exhibent, qua de re vos alias admonui. Fallax eſt deni-

Vacca Sãſonis. *Iud. 14. 18.*

Hugonotica Religio tarda, & ignaua ad bene operandum vt vacca.

Hugonotica vacca laſciue libidinoſa, inops macra.

In lib. de S. Miſſa

eſt denique, perfidaque proditrix: nam vos ſuperbiæ, atq; peruicaciæ vinculis aſtrictos, infeſtiſſimo hoſti prodidit quocunque libitum eſt illi, pertrahendos, vt viciſſim vos eadem vrgente arrogantia, vaccam Reformatam cornibus alligatam tenetis: Sed vt mente cæcati, veſtram calamitatem minime videtis: nec vt ſtupidi: ſeruitutis malum ſentitis. Poſtremo habetis aliam ſpiritalem iſtius Dei ſtatuam forma lupi figuratam: nam ſi omnis Hæreticus, vt docuit Magiſter Chriſtus, vt etiam omnis Pſeudopropheta eſt lupus: Si præterea omnis Hęreſiarcha luporum eſt pater, veſtrum eſt videre quantus ſit ſpirantium ſtatuarum veſtris in templis numerus, crudelem feram ad viuum exhibentium, inſpicite Lutherum & Caluinum quam graphice figura gigantæa luporum omnium proauos exprimant, qui ſub tenebricoſa poſtremi huius æui nocte ex inferorum antris eruperunt, ſuis vt vlulatibus errorem ac ſeditionem intonarent, obtutu malefico, & halitu animas faſcinarent, peſtifera lue afflarent, impetuque rabido, feralique dente IESV CHRISTI gregem inuaderent, diſſiparent, diſperderent, & Eccleſiæ Catholicæ ouiculas, & agnos inſita crudelitate laniarent.

Libri IV. Cap. 23.

Lupi ſimulacrum.

Hæretici lupi.

Matt. 7. 15.

De ſtatua Apollinis quaternis auribus; deque menſa Sacrificiis, & animalibus in Idololatria Hugonotica reformatis.

CAPVT XXIV.

SVum denique locum in ambitu doctrinæ veſtrę, veſtriſque in templis obtinet humanum ſimulacrum cum quatuor auribus, totidemque

Statua Solis quaternis aurib.

quid ei videtur apte in vſum Idoli ſui poſſe conuerti. Præterea veſtris in templis myſtica Æthiopum menſa, quam SOLIS MENSAM nuncupatam accepimus, adumbratur. Cœna veſtra eſt, quam veluti menſam myſticam celebratis: nec ea eſt Solis menſæ abſimilis: nempe eſt vt illa, ſed diuerſo genere profana: nam illa ſub fictitij Dei nomine colebatur: veſtra falſæ titulo Religionis: ſed illa longe quam veſtra melior, quod ſummo mane quotidie variis, & ſolidis dapibus inſtrueretur, cum cœnula veſtra nihil præter fruſtulum panis, & vini hauſtulum ter quaterue ad ſummum quotannis exhibeat. Hoc maximum eſt myſterium, atque mirabile Solis Euangelici nuper reformati conuiuium, ad quod omne genus hominum, vſurpatis Scripturæ ſacræ verbis, atque ſententiis, tanquam ad cœleſte, & opiparum epulum conuocatis: cum tamen inanis duntaxat figura ſit, & vmbraticus, planeque dignus ſplendore atque magnificentia ficti veſtri Apollinis apparatus.

Quod ad ſacrificia attinet, apud vos nulla eſſe non magis quam apud Turcas, & Iudæos ingenue fatemini: bonorum nihilominus operum ſacrificia vobis vendicatis. Quænam tandem illa? Ex veſtris nota ſunt aſſertionibus ſolitaque doctrina: auſteram vitæ rationem, atque pœnitentias omnes Papiſmi, vt vocatis contemnere, planeque deteſtari: nec purgantis ignis pœnas, nec ſempiternos Inferorum cruciatus extimeſcere: pro re minime dubia, ac veluti fidei caput credere, Paradiſum, cœleſtemq; beatitatẽ ſine

Digitized by Google

candido amictu excultum, erecta nihilominus ceruice incedere, vt in altero hypocritam, in altero ſuperbum poſſit agnoſcere. An igitur in vos Corui, ac Cygni propoſita cadat ratio: & in auiarium Apollinis referri debeatis, iudicate. Galline præterea eſtis Apollinarij? Id vos contemplantes expendite: eſt enim vero ſimillimum. Quid enim vobis arrogantius, quid ſuperbius in veſtro præſertim Ilio Geneuenſi, aliiſque locis in quibus regnatis? Illic Thraſones agitis: illic Gallinaceorum more roſtrum & vngues oſtentatis: illic præclara veſtra facinora, ac triumphos decantatis: ſi quis tamen vos ex iſto regno ſeorſim in aciem educat, & haſce criſtas nimium elatas tantillum retundat, nihil vobis timidius, nihil ignauius, nec canere, nec paululum prodire præ pudore audetis. Ecquis vos inſolentia, pariter & ignauia Apollineos eſſe Gallos negaret? Gallus.

Cæterum nulla, aut certe perexigua vobis eſt cum Lauro ſimilitudo: niſi in hoc tantum quod virentibus verborum foliis, & atris, & ſupra modum acerbis, & ingratis operum baccis abundatis, quæ ſane qualitates vos eſſe Lauros in Apollinis tutela declarant. Laurus.

Quæ veſtræ Muſæ? Nimirum mulierculæ, non tamen vt priſci Chori Apollinis, virgines: tales ſiquidem auerſamini: veſtras vero fœminas diligenter inſtituitis, vt veſtris in templis Bezæ, Marotique cantilenas ſuauiter, claraque voce modulentur, quarum vos choris tanquam noui Apollines præſidetis. Et hac in re priſco Apollini ſimiles euaſiſtis. Muſæ.

Medicinam denique corpoream Apollinis in- Medicina.

Digitized by Google

Libri IV. Cap. 24. uentioni ab Ethnicis conſecratam Miniſtrorum vulgus non quidem profiteri, vel exercere videtur, quam fictus ille Deus dicitur factitaſſe, ſed ſpiritualem medendi artem ſaltem in ſpecie tractatis. Etenim debilium conſcientiarum pulſum exploratis: animis curandis medicamenta præſcribitis: vobis ſolenne eſt conſilium dare, conſolari, exhortari, arguere, obiurgare, præſertim in Conſiſtoriis, & alias eiuſmodi animarum curationes tentare: verumtamen omnino infeliciter, tot enim interficitis miſerabiliter, quotquot præſcriptis à vobis remediis, atque medicamentis vtuntur: in quo recte Apollinem exprimitis, qui ſagittis peſtem quocunque ſtatuiſſet, immittebat. En Ethniciſmum, & Idololatriam Apollinis in veſtra Religione renouatam. Ad alias progrediamur.

DE IDOLOLATRIA HVGONOTICA
LIBER QVINTVS.

De Idololatria Veneris, deque Diaboli aſtutia, qua vſus eſt Diabolus ad cultum, & adorationem libidinis inducendam.

Capvt I.

QVandoquidem hactenus Planetarum (excepto Saturno) ordinem tenui, & ad inerrantium ſtellarum ſitum, & ſeriem, Idololatriam, quæ olim circa eas viguit, ſum perſequutus: nunc Veneris, quæ proxime Solem, de quo paulo ante diſſeruimus, conſequitur, cultum infamem aggrediemur

diemur exponere. Cum primum Adamus interdictæ ſibi ab omnium rerum procreatore Deo arboris fructum decerpſit, editque, non ſibi tantummodo, ſed vniuerſo quoq; hominum generi, quod in eo, veluti radice cõtinebatur, mortiferum vulnus inflixit: vnde iure, meritoque factum, vt qui ſuperiori ſuo, nempe Creatori auſus eſſet repugnare, partem ſui inferiorem, quam cum mutis animantibus habet communem, ſuperiori, ac nobiliori contumacem aduerſariam præfracteque eius imperio reluctantem experiretur. Hæc inquam pars hominis, in qua irarum ardor exiſtit, eaque maxime in qua vis ineſt concupiſcendi, adeo læſa, afflictaq; fuit, vt ex ea reliquæ animorum ægritudines erumpant idemtidem, ac rurſus in eandem, veluti colluuionem, vaſtamq; ſentinam refundantur: ad eum fere modum, quo vitioſi humores humani corporis in partem ſauciam, ac debilitatem influere ſolent. Quamobrem nullus vnquam fuit homo, nullusque populo aliquo vitiorum genere infectus, quin huic quoque morbo fuerit obnoxius, quantoque maiora in aliquo vitia, præſertim ſuperbia, inerant, tanto ille vehementioribus libidinis obſcœnæ facibus exardeſcebat. Quid autem eſt neceſſe hoc exemplis facere longius? Plenæ ſunt hiſtoriæ, plenaque Scriptorum veterum monumenta eorum ſcelerum, quæ Reges, Principes Ethnicarum Gentium: quæ Nabuchodonoſores Sardanapali Babyloniorum & Aſſyriorum, quæ Cambyſes Perſarũ, quę Ptolomæi Ægyptiorum, q̃ Alexandri Alcibiades & cæteri Duces Græcorũ, q̃ Cęſares, Nerões Heliogabali, cæteriq; Romanorũ Imperatores turpiſſime flagitioſiſſimeq; vel cõtra

LIBRI V. CAP. I.

Concupiſcentia maximus generis humani morbus.

Omnes vitioſi populi libidinoſi.

Ethnicorũ prodigioſæ libidines.

LIBRI V. CAP. I.

ipſius naturæ leges, omnique animanti præſcripta iura geſſerunt. Poſt vero quam mundo perdito morte ſua liberator Chriſtus vitam, & ſalutem attulit, omnes quotquot ad eius Eccleſiam oppugnandam arma ceperunt Hæreſiarchæ, & Hæretici, hi non minus caſtitati, ſanctoque pudori, quam ſponſæ ipſius integerrimæ bellum indixerunt: vtque in elatis eorum animis ſuam ſedem habebat ſuperbia, qua ſe ſupra mortales omnes efferebāt, æquum erat, vt caro ipſorum ſuo depreſſa pondere, in cœnoſam flagitioſarum libidinum voraginem immergeretur. Cum igitur malorum artifex cacodæmon ſe nullam pernitioſiorem videret habere machinam ad hominum labefactandam ſalutem: nec ad vſum aptiorem, quam huiuſmodi flammam viſceribus corruptæ naturæ inhærentem: qua virtutum regno vaſtitatem inferret, & remediis omnibus, & auxiliis, quæ corporibus, ac mentibus ægris poſſent adhiberi, aditum præcluderet, magnisq; cladibus exiguo conatu, leuique impreſſione mortales afficeret, ac perderet: in hoc ſtudium omne ſuum, & operam contulit, vt hunc ignem foueret, aleret, excitaret, quod vt efficeret, cibi & potionis illecebras, conuiuiorum intempeſtiuorum apparatus, ſaltationes, veſtium luxum, prodigioſos amores, artis amatoriæ libros, cantiones impudicas, amuleta, philtra, cæteraque fomenta, irritamentaque libidinis ſolerter excogitauit, & vt in vſum venirent aſſiduum, ſtudioſe perfecit. Ac primis illis ab orbe condito ſæculis ad Noemi vſque ætatem tam alte & intime in mortalium viſceribus, atque præcordiis hunc æſtum accenderat, vt Scripturæ his verbis

Hæreſiarchæ libidini dediti.

Varia libidinis fomenta Dæmon inuexit.

Digitized by Google

his verbis diſerte teſtetur, quod *corrupta eſſet terra coram Deo, & repleta eſſet iniquitate: Omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram.* Hanc autem generis humani deprauationem, morumque corruptionem ex carnis intemperantia potiſſimũ effluxiſſe teſtatur Saluator, his verbis: *In diebus Noe edebant & bibebant, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias vſq; in diem qua intrauit Noe in Arcam: & venit diluuium, & perdidit omnes.* Hoc eſt, perfuſa erat mortalium in cibo, potuque luxuries, ſe in omne libidinum genus effundebant, idq; illi, quemadmodũ vos, Miniſtri ſpecie, nomineque matrimonii obtendebant, legitimiq; iura coniugii fœdiſſime violabant; vt apud vos fieri conſueuit. Ergo cum adeo vigeret morbus, latiſſimeque ſerperet incendium, neceſſe fuit, vt ad illud extinguendum iuſtitiæ, debitæque vindictæ ſuæ Deus torrentes effunderet. Emiſſis igitur aquarum eluuionibus, quidquid in terra vitalem hauriebat ſpiritum extinxit, deinde ſulphureo igne ſuperne vibrato Sodomã Gomorrham, & cæteras flagitioſo nefariæ libidinis æſtu flagrantes vrbes combuſſit, penituſque conſumpſit: tanta in orbe fuit flagitiorum coluuies, & iniquitas, vt ad exequendum ab æquiſſimo iudice latum vltionis decretum, duo huius vniuerſitatis omnium furioſiſſima elementa ſuis è ſedibus erumpentia, ſe ad mortales delendos effuderint. Neque tamen ob id à maleficio conquieuit Diabolus, quin Noemi poſteros, furioſius etiam quam ante eluuionem fecerat peiori artificio, ad omne libidinis genus excitaret. Nec enim humanis duntaxat rationibus, otio nimirum, deliciis, & aliis eiuſmodi illecebris ſicut ante, vt vitium hoc paſſim regnaret,

Libri V. Cap. I.

Geneſ 6. 11. 12.

Luc. 17. 26. 27.

Mat. 24 38

Sodoma, Gomorrha &c. delet. *Gen. 19. 28.*

effecit: verum etiam illud titulo Deitatis ornauit, ſuam vt fraudem rationis, ac pietatis ſpecie corroboraret. Nec fuit illi ſatis turpes quoſdam, ſupraq; modum libidinoſos deos Iouem, Martem, Apollinem, & alios huiuſmodi impudicitiæ patronos generatim induxiſſe; quin etiam alias ſub Deorum, ac Dearum nomine Religiones inſtituit, tum vt adorandam apertius libidinẽ proponeret; tum vt vim concupiſcentis animi horum numinum fictitiorũ inſtinctu vehementius inflammaret: quemadmodum iraſcendi facultatem inducta Martis ſuperſtitione faſcinarat: tum denique vt miſeros mortales non minus ſuperſtitioſe, quam efficaciter deprauaret, dum eos diuinis hiſce coloribus allectos, extra ſuppliciorum aquæ vel ignis aleam collocaſſe videretur; vt illi deinde non modo ſumma conſcientiæ libertate, ſed etiam opinione cultus, & obſequii religioſi Deorum, ad virtutis pietatiſq; præmium obtinendum, gloriam nimirum immortalem, in omnium libidinum cœno volutarentur.

Libido in Idololatria Veneris adorata. Ira in Marte adorata.

E multis quas inuenit Deabus huius generis, Venus primas tulit; quã flagitioſiſſimi quiq; mortalium ſumma religione coluerunt. Eiuſdẽ ordinis Deos item inſtituit, filios eiuſdem Cupidinem, & Priapum, atq; eis præcipuum tantæ meretricis Lenonem adiunxit Adonidem. Quocirca, vt omnes intelligant quo pacto commentitiæ iſtius Deæ atque Deunculorum Tartareorum Idololatriam Diabolus in veſtra Secta renouarit, ſummam cultus, ſacrificiorum, & honorum illi exhibitorum proponam: & quantum Chriſtiana modeſtia patietur, opera tenebrarum, ac turpitudinum aperiam ab illis authore Diabolo patrari ſolita, quos ad ſe in

Venus. Arnob. lib. 1. contra Gent. Lact. Pauſan. in Meſſen. Plut. in Probl. Lil. Gyr. de Diis Gent. Synt. 13. Priapus. Cupido. Adonis. Poſſid. li. de Heroib. & Dæmon.

ſe in illius famoſi ſcorti Idololatriæ adorandum inducebat: eadem quo vos, ſed diuerſa paulum ratione, in veſtræ Reformatæ Idolo Venereo, vt faceretis, edocuit.

Libri V. Cap. 2. Apollonium interpres in Argon.

Orph. in Hymn Proteg. Lil Gyr. de Diis Gent. Synt. 8. Hygin. libr. fabul. Placiad Fulgent. libr. 3 Mythol. S. Auguſtin. libr. 3 de ciuitate ca. 7. Prob. in Gallum Virg.

Qualis, quantuſue fuerit poſt cataclyſmum Veneris cultus.

Capvt II.

HVius ergo fictæ Deæ cultus, atque religio poſita erat maxime in fide, quam Ethnici de illius Diuinitate imbiberant; & in ſacrificiorum ritu, quæ ſecundum fidẽ illam factitabant. Quod ad ortum eius attinet, eam nonnulli cœlo, dieq; natam; alii à Saturno, marique genitam credebant: eoque Vulcano, ignis Deo nupſiſſe quidem, nihilominus aliis tum Diis, tum hominibus corpus identidem vulgaſſe, corporum pulchritudini, prolis procreationi, voluptati, luxuriæque præeſſe, in mortalium animos ardentes libidinis obſcœnæ flãmas immiſſis à Cupidine ſuo telis accendere, & fouere, cuius gratia, fauore, & præſidio mortales cupitis amoribus potirentur, aut eadem vlciſcente ne iiſdẽ fruerentur impediri. Tot illi fuerunt nomina, quot nationes, quæ ſane erãt plurimæ, diuinos illi honores impertiebant, & vtq; Deam venerabantur. A Perſis ANAITIS: ab Ægyptiis NEPHTE, aut vt cenſet Epiphanius,

Tib. lib. 1. Muſ in Leandro. Heſiod. in Theogon. Phil in Ven. Eleph. *Venus vxor Vulcani.* Libido ſuũ fert ignem *Cic. 3. de Nat. D. Ouid. 4. Met. fab. 5. Lil. Gyr. de Diis Gent. Synt. 8. & 13.* Cupido. *Cic. 3. de Nat. D.*

Phil. in Ven. Eleph. Anaitis. *Aga. in Hiſtor. ex Beroſo.* Nephte. *Plutar. in Iſidor. & Oſir.* Senephte. *Epiphanius libr. 3. de Har.*

Epiphanius, SENEPHTE: ab Arabibus ALYTIA: ab Aſſyriis SALAMBO: à Græcis APRODITH, à Sidonis ASTARTE, ab incolis Cypri Inſulæ CYPRIS: aliiſque eam nominibus, atque cognominibus cæteræ gentes nuncupabant. Illius ſimulachra veteres variis modis effingebant; modo vt puellam in concha è mari prodeuntem, modo vt fœminam manu concham tenentem, roſis, aliiſque floribus coronatam, quam pone Charites ſequebantur, cui ad dexteram Cupido, ad læuam Anteros adiungebatur. Alias curru vectam figurabant, quem modo Columbæ amoris Hieroglyphica, modo Cygni volucres canoræ, modo paſſerculi ſalaces, modo ſimul omnes coniunctim trahebant: cuius obſequii ratione in Veneris tutela eſſe dicebantur. Fanum in Saxonia fuiſſe ex eius regionis, & Gentis Annalibus recitat L. Gyraldus, vbi tale Veneris Simulachrum colebatur. Stabat Dea in curru nuda, Myrto, quæ planta eſt marina, & odore ſuauis, capite redimita, ardentem facem (notam, ſcilicet, flammæ, quam in mortalium pectoribus accendit) in pectore, dextra mundi figuram, ſiniſtra mala aurea tria ferebat, (quæ ſunt eius ampliſſimæ in orbe dominationis, promiſſionumque puerilium ſiniſtra ſymbola) poſt eam nudæ Gratiæ, nexis manibus poma geſtantes, auerſis inuicem vultibus, & dona conferentes; iugales quadrigæ aderant, gemini Cygni, ac totidem columbæ.

Ex omni genere animantium ei ſacrificabatur; hirci præſertim, & vaccæ, quod his apte vis, furorque libi-

Lamprid. in Heliog. Aſtarte. *Theophil.* *Nat. Com. Myth. lib. 4 cap. 13.* Cupido ād Veneris dextram. Anteros reciprocus amor. *Veneris currum colūbæ, & Cygni trahebant. Ouid lib. 10. Met. & libro 15. Stat. libr. 1. Sylu. in epit Stel. Lil. Gyr. Synt. 13. Hiſtor. Saxon.* Vigē in ven *Eleph. Philoſtr.* Paſſeres currui Veneris iuncti. *Sappho in quodā Hymno.* Globus in dextra Veneris Aurea mala in læua, Gratiæ comites Veneris: Veneris ſacrificia ex hircis & vaccis. *Lucian. in Dialog. Meret.*

que libidinis deſignetur. Sunt qui ſcribant porcos in eius ſacris nunquam immolatos fuiſſe, quod ob interfectum in venatione ab apro Adonidem ſcortatorem ſuum, id animalium genus auerſaretur: ſed contrarium teſtatur Atheneus. Nec ex rei veritate ſcripſerunt ſimiliter alii, maribus eam duntaxat animalibus fuiſſe delectatam, ſiquidem ex ouibus, & vaccis, vt modo dixi, ei ſacra fiebant. Quanquam author eſt Tacitus eius aram in Cypro immolatæ victimæ ſanguine nunquam aſpergi, in eaque tantum preces, & ignem offerri: cui conſuetudini Romanæ matronæ congruenter diem Veneris feſtum myrto coronatæ menſe Aprili, roſis & floribus aliis, nulla cruenta victima colere ſolebant. Immortali odio, vt ferunt fabulæ Poetarum inſectabatur Apollinem eiuſque filios: tum quod is in ſuum amæſium Adonidem aprum commouiſſet: tum etiam quod ei maximam intuliſſet ignominiam, cum ipſam vna cum adultero Marte reprehenſam omnium Deorum oculis ſpectandam, ac deridendam expoſuit. Quo ex odio Scotia, id eſt, tenebroſa, & lumen auerſans nuncupatur: cuius tamen figmenti honeſtiores aliqui authores aliam cauſam afferunt, quod illud peccatum, non palam, vt pleraq; ſcelera, ſed in occulto, denſiſque tenebris, vt plurimum perpetretur. Eam tum perpetuam cum Marte cõiunxiſſe amicitam canunt Poetæ: quo figmento indicãt viros militares Venereis voluptatibus inprimis deditos, libidinumque tedis frequenter ardere: nec ſine furore, rabieque Venerem, vbi ſedem obtinuit, regnare. Huius ergo fœderis inter Venerem, & Martem initi, illa fingitur per medias pugnantiũ acies armis inſtructa nonnumquã verſari: vnde

Libri V. Cap. 2. Adonis. *S. Aug. lib. 6. de ciuit. cap. 7.* *Ouid. lib. 10 Metam. fab. 12.* *Tacit. l. 18.*

Venus Apollinis inimica *Ouid. lib. 4 Met. fab. 5.*

Lil. Gyr. Synt. 13.

Præ cæteris peccatis libido lucẽ auerſatur. *Ioan 3. 20. Qui male agit odit lucem.*

Venus armata. *Lact. libr. 1. Inſt cap. 20* *Pauſan. l 3. Auſon. in Epig. ſumpto ex lib. 4. Epig. Græc.*

ſari: vnde Symmachia, & ἐνόπλιος, id eſt, Venus armata nominatur: quanquam ex Lacedæmoniis hoc profectum eſſe videatur: qui, vt auctor eſt Lactantius, cum Meſſenios obſiderent, hique furtim eluſis obſeſſoribus egreſſi, ad diripiendam Spartam concurriſſent, à Lacænis mulieribus, fuſi, fugatique ſunt, quare Spartani in huius facti memoriam ædem Veneri armatæ, ſimulachrumque poſuerunt, quam credebant ſuis vxoribus ſuppetias ad eam victoriam obtinendam tuliſſe. Ægyptii eidem cornua affingebant, vt Lunæ, quod vnam, & eandem eſſe Diuinitatem arbitrarentur: nouaque habitus ſuperſtitione, viri ornatu muliebri, fœminæ virili eius ſacra factitabant; quæ agendi ratio, non modo lege diuina verum etiam conſuetudine, vſuque ciuili damnatur. Illius autem cultus, atque ſuperſtitio paucis annis tantos habuit progreſſus, vt nullus eſſet in orbe populus, quin huic commentitiæ Deitati nomen dederit: maximiſque impenſis templa magnifica, & ſtatuas ſumma arte perfectas certatim dicarit. Praxiteles ſculptor arte, famaq; nobilis, Veneris ſignum è marmore tanta pulchritudine Gnidii elaborarat, vt illius viſendi ſtudio plurimi variis è locis Gnidum nauigarent. Quid attinet de Aſſyriis, Ægyptiis, Græcis, Romaniſque dicere, qui ſin ſuis quique celebrioribus locis, & vrbibus, templa maximis ſumptibus ad cultum Veneris ædificarant? Erat in monte Libano huius Deæ ſimulachrum, capite obnupto, ſpecie triſte, faciem manu læua intra amictum ſuſtinens, lachrymæ viſione conſpicientium

Ægyptii Veneris cornua tribuunt. *Stat. libr. 1. Theb. S. Auguſt. libro ſeptimo, de ciuitate Dei, capit, 15. Macrob. libro primo Saturn. Lil. Gyral. Syntag. 13. & 17.* Viri veſtitu muliebri. *Apul. libro vndecimo transform. ad Lunam. Deut. 22. 5. Non induetur mulier veſte viri. Nec vir veſte muliebri.* Praxiteles. *Plin lib. 36. capit. 5. Lucian Dialog. de amor.* Venus in monte Libano. *Macrob. lib. 1. Satur.*

cientium manare credebantur, nimirum Venus ſuo in ſimulachro Adonidis miſerabilem caſum effićta deflebat. Ne ipſe quidem peculiaris Dei populus huius impietatis crimen effugit: ſiquidem diuina teſtatur hiſtoria Sidoniorum Deam ASTARTEM, quam Venerem ipſam eſſe diximus, à Salomone cultam fuiſſe: & apud Ezechielem Deus, inter multas ac deteſtabiles Iudæorum quas recenſebat ſuperſtitiones, hanc addidit, & maxime querebatur quod in atrio templi verſus Aquilonē mulieres Iudææ ſederent, plangentes Adonidem, eiuſque, vt D. exponit Hieronymus, anniuerſariū celebrarent; qua in templi parte meliori æuo Hebræorum matronæ, Deiq; obſequio dicatæ virgines morabantur. Atque vt in tanta obſcœnitatum colluuie aliquis virtutis color appareret, Rex hypocritarum Diabolus inſtituerat apud Sicyonios, vt curandis Veneris ſacris duæ tantum in eius templo fœminæ præficerentur; quarum altera ſacerdotio fungebatur, legi perpetuæ caſtitatis aſtrićta: altera eidem miniſtrans ſimiliter virgo: hæ ſolæ in illius fani adytis ſacra curabant, plebe extra cancellos interea, precationibus intenta. Sed enim ne huiuſmodi ſimulata pietas honeſtam in animis cogitationē inſereret, idem vaferrimus impoſtor apud Lydos, & Cappadoces, aliam ſuperiori plane contrariam ſuperſtitionem inſtituit. Nam illius inſtinctu & opera, nobiliſſimæ quæq; illius regionis virgines ita Veneris cultui dicabantur, vt omnium libidini paterent: nuptui deinceps tradendæ maritis, qui ſe perbeatos prædicabāt quod in tantæ Deæ cultum vulgata, & ſacra corpora in thori ſocietatē ſibi liceret admittere. Habetis iam, quibus artibus

Libri V. Cap. 2.

Salomon Aſtartem coluit. *Lib. 3 Reg. 11. 5. 35.*

Ezec 8. 14. S. Hieron. ibidem.

Diaboli hypocriſis.

In Lydia. *Herodot. in Clio.*

artibus malorũ opifex Diabolus à diluuio ad Chriſti liberatoris aduentum vniuerſum terrarum abominandis ſceleribus contaminarit: cuius vt malitiæ veſtigia deprehendantur apertius, operæpretium erit obiter qua in re, quo modo quoue fine hanc Idololatriam fundarit, aperire.

In quo, qua ratione, & fine Diabolus Veneris Idololatriam ſtabilierit.

Capvt III.

DVo habuit ad manum, opifex ſcelerum Diabolus fundamenta, ſuper quæ cultum, & Idololatriam Veneris moliretur, atq; firmaret; vnum è cœlo, alterum à terra quæſitum: quod etiam in cæteris fundandis Idololatriis celebrioribus illum feciſſe conſtat. Horũ igitur prius ex vi, naturaq; ſtellæ petiuit quæ Venus à Latinis dicta eſt, omnium inerrantium ſyderum magnitudine, atq; ſplendore ſecundum Solem & Lunam præſtantiſſima; tantũ enim eſt in ea luminis, vt ea ſola illorum æmula vmbra in terris efficiat. Duobus indigitatur nominibus, ex vario eius cũ Sole curſu deſumptis: à quo non pluribus, quam ſex & quadraginta gradibus vnquam recedit. Nam cum Solis ortum mane anteuertit Lucifer, & Phoſphoros, ſiue Diana nuncupatur, auroram illuſtrans, & inſtar parui Solis, Solem ipſum antegrediens. E contrario poſt eiuſdem Solis occaſum, quem proxime conſequitur, Veſperus ſolet appellari: & veluti altera Luna diem, Lucemque producit. Quinetiam mane & veſperi humore quodam ad animalium, omniumq; plantarum generationem vtiliſſimo, terram irrorat. Quibus ex qualitatibus Idololatriæ Venereæ

Cic. 2. de Nat. Deorũ. S. Aug. lib. 7. de ciuit. cap. 15.

Venus Lucifer.

Plin. lib. 11. S. Aug. lib. 21. de ciuit. cap 8. Ariſt. lib. 1, de Mundo. Hygin. li. 2. Varro lib. 5. de ling. lat.

Veſper.

pegma

pegma primum molitus eſt Dæmon, hominibuſq; perſuaſit admirandæ pulchritudinis eſſe Deam, Dei, luciſque filiam, Gratiarum atq; procreationis Magiſtram ac Dominam, quam in curru magnifico inſidentem Columbę & Cygni quæ ſunt Hieroglyphica luminis, traherent; his & aliis eiuſmodi commentis, ad commemorandum minime neceſſariis, titulum ipſi, nomenque Diuinitatis attribuit. Atque vt cæteros planetas Saturnum dico, Iouem, Martem, Apollinem, & alias res creatas, ad procreatoris Dei contumeliam, & dedecus, cõtraque debitum illi honorem in Deorum album referri curarat, ſic etiam hoc ſydus, vt ipſemet inter denſas ignorationis, ac ſuperſtitionum, quas fabricabatur, tenebras in ſuis Idolis coleretur. Hoc eſt primum iſtius Idololatriæ fundamentum, è cœlo deductum.

LIBRI V. CAP. 3.

Alterum terra ipſa ſuggeſſit, fuit enim Venus in Cypro fœmina primaria, eiuſque Princeps Inſulæ, in omnem intemperantiam, ac libidinem effuſa: cuius plura numero fuerunt adulteria, vt notat Lactantius, quam partus. Illa eſt, quæ tam iuſſu, quam exemplo ad vulganda corpora Cyprias omnes fœminas induxit. Cœleſtem ergo Venerem Diabolus in hanc terreſtrem, & rurſus hanc in illam, cœlum terramque miſcendo tranſtulit: iſtam è terra Venerem aſſumens ad eum modum, quo cœteros Deos, & Deas, & cætu mortalium acceperat. Vtque in famoſæ huius lupæ flagitioſis libidinibus, quandam vt in eius perſona, Diuinitatem ineſſe perſuaderet, maioremq; vim, & authoritatem ad expugnandam omnium pudicitiam obtinerent, Poetis fuit author, vt illius adul-

Venus Cypria.
Lact. lib. 1. c. 17. Inſtit.
D. Aug. lib 4. de ciuit. cap. 10.
Lil. Gyr. Synt. 13.

LIBRI V. CAP. 3.

teria carminibus celebrarent; quod ea non modo cũ mortalibus viris Anchiſe, videlicet, Buteo, Adonide, verum etiã cum Diis immortalibus, Marte, Mercurio, & aliis ex eadem officina profectis numinibus, perpetraſſet.

Dæmonis propoſitũ.

Hinc liquido patet, nihil aliud illi veteratori fuiſſe propoſitum in iis fabularũ mæandris partim ex natura rerum, partim ex hiſtoria ciuili petitis, niſi vt ardentes libidinum tedas hominum animis inijceret; atq; concupiſcentem facultatem, ſatis iam ex ſe corruptam, ad omne flagitii genus nouis rationib⁹ excitaret. Illudq; maxime curabat, vt quia Deus, & ipſa natura, quoddam pudicitiæ præſidiũ verecundiam, ingenuumq; pudorem eſſe voluerunt, muliebrem ſexum, qui hoc veluti frœno ab omni turpitudine coercebatur, ad admittenda flagitia inſigniter impudentem, proiectumq; redderet. Iam quoſdam Ioues, Martes, Apollines, libidinoſos, omnique turpitudine contaminatos, vt propoſitum haberent homines ad imitandũ exemplar, adinuenerat; quare viſum eſt illi ſimiliter Deam nudam, in omni genere ſcortandi magiſtram exercitatiſſimã exhibere, quæ fœminis ad omnem impudicitiã facem præferret, vt vel honeſtiſſimæ quæq; hoc tam præclaro exemplo, religionis nomine palam expoſito ad luxuriam, omniumque libidinum intemperantiam audaces euaderent. Ad hoc inſtitutæ Hircorum, vaccarum, & cæterorum ſalacium animantium victimæ, & ex ſtirpibus, plantis, & floribus, vt myrtho, & roſa ad luxum, & luxuriam ſignificandã idoneis, ſacrificia. Ad hoc Cygni, Columbæ, Paſſeres, volucres curtui Veneris iunctæ, obſequio, & tutelæ illius adſcriptæ quibus amantium luxus & mollities

Verecũdia puellis, & mulieribus præſidii ergo datur.

Digitized by Google

mollities aptiſſime deſignantur. Ad hoc falſę huius Deæ nuda, ſimulacra, ſtatuæ & ſummo artificio fuſa, ſculptaq; Idola conſtruentium ſubiecta oculis, vt ex aſpectu nefario viri ac fœminæ, pueri, puellæq; turpia quæq; animo concipientes, ſtupra deinceps, adulteria, variæque libidinum monſtra pudore abiecto parerent. LIBRI *V.* CAP. 3. Statuę *Veneris* nudę.

Fœdus autem, atq; commercium Martis, eiuſq; furiarũ cum Venere quid aliud indicat, quam martialem ipſam, ac furioſam eſſe Deã, non in eo quidẽ bello, vbi locus eſt exercendæ virtutis, ſed in omni luxu, impotentiq; libidine, qua ſolet robuſtiſſimos quoſq; Thraſones edomare. Quod veriſſimum eſſe complures Ethnicorũ teſtantur Duces, Themiſtocles, Iaſones, Cæſares, Annibales, aliiq; bellica laude præſtantes, qui vt in cædendis in acie, hoſtibus fortes extiterunt, ita in conſuetudine fœminarum robuſtæ, indomitæq; libidinis exempla poſteritati dederunt. Quænam huius rei cauſa, vt qui bellatores fortiſſimos in campo ſuperaſſẽt, in molli thoro à mulierculis ignauiſſime vincerentur? Nimirũ ſuperbia, quę vt ante dixi, luxuriam aut patentem, atque omnibus conſpicuam, aut occultam comitem ſemper habet adiunctã: cęteraq; vitia, quæ huic fomitem, illerebraſq; ſuppeditant. Ex quo fit, vt cum viri militares plurimis ſcateant ſceleribus, luxuria tamen in primis, libidinumq; fœditate habeantur infames: & cũ hoſtes generoſe debellarint, carnis deinde mollitiei cedant, haſtã & enſem quibus aduerſariorum phalanges profligarant, fœmineæ colui, fuſoque ſubiiciant. In quo nulla eos ſolida animi virtute præditos eſſe declaratur, tametſi corporis viribus, quæ ſunt eis cum belluis commu-

Martis & *Veneris* adulterium.

Maximi duces effœminati.

Ignauia maxima eſt, hoſtiũ victores à fœminis vinci.

Digitized by Google

nes, præſtare videantur. Hæc eſt Veneris Idololatria, & præcipue illius partes.

De Cupidine, Priapo, Adonide & Cybelle.

Capvt IV.

Varia fuit Cupidinis filii Veneris Idololatria, ſicut Priapi, & Adonidis, quam eodem ſpectaſſe conſtat. Erat Cupido, vt cæca credebat antiquitas, Deunculus infans ſemper ætate, malitia tamen virilis, ac robuſtus, ſuæ matris Leno, amoris inſani tela obductis eiaculans oculis, nullique parcens, vno verbo Dæmonem illum dixeris, contra quem Chriſtianos ſtare, ac depugnare his verbis hortatur Apoſtolus: *Accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnib. perfecti ſtare, &c. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere.* Verus eſt Leuiathā malaſue Genius Aſmodæus, qui ſe Deum in ea quam mouebat carnis aduerſum ſpiritum pugna furioſiſſima; & identidem mouet, & accendit, & nominari & externo Idololatriæ apparatu coli ab inſanis mortalibus ſatagebat.

Epheſ. 6. 11. 13. 16.

Priapus Veneris item filius eſt habitus, & Deus non infantulis, ſed iuſtæ magnitudinis ſtaturæ, qui horribili, ſupraque modum omnē obſcœno Idolo expreſſus, in hortis veluti tutelaris eorum Deus collocabatur. Eum Græci Phallon & Ityphallon nuncuparunt, quem vt peruetuſtum Numen, & Idolum Ægyptii, & omnes fere Gentes Ethnicę ſuperſtitioſe coluerunt: à qua impietate ne ipſi quidem Hebræi abhorruerūt, vt ex ſacra Regum patet hiſtoria, quæ præclara Regis Iuda Aſa percenſens facinora

Digitized by Google

facinora, addit: *Abſtulit effœminatos de terra, purgauitque vniuerſas ſordes Idolorum, quæ fecerant patres eius. Inſuper & Moacham matrem ſuam amouit, ne eſſet princeps in ſacris Priapi, & in luco eius quem conſecrauerat: ſubuertitque ſpecum eius, & confregit ſimulachrum turpiſſimum, & combuſſit in torrente Cedron.* Hunc vos Scripturæ locum inſigniter veſtro more deprauaſtis, nam in Bibliis Geneuenſibus Gallice verſis loco vocis *Idolorum* poſuiſtis, *Imaginem.* Item quæ ſequuntur omnino corrupte: *Maacha Imaginem fecerat in luco, & Aſa confregit eius Imaginem, & combuſſit Imaginem prope fluuium Cedron.* Quæ interpretatio maxime differt, à vero quem ad verbum retuli contextu: nullam ſiquidem de ſacrificiis, deque nomine Priapi mentionem facit, per ſummam malitiam ac fraudem volens oſtendere, fuiſſe duntaxat imagines, & eam ob cauſam à Rege fuiſſe combuſtas: cum tamen certiſſime conſtet, fuiſſe falſas, falſi Dei imagines, & Idola turpiſſima, quæ iuſſu Regis ſublata, vſtulataque fuerunt. Vox hebræa Miphletſeth vos id perſpicua docere poterat, niſi vobis ad legendum oculi, & mens ad intelligendum defuiſſet: nunquam enim ſimpliciter imaginem, vt falſiſſime vertiſtis, ſignificat, ſed ſemper Idolum ſpeciale: quin etiam omnis chorus veterum interpretum, Priapi nomine vocem Hebræam reddentium, aures vellicabat, ſi æque ad verum audiendum dociles, atque infeſto in caſtitatem, & ſacrarum imaginum honorem animo fuiſſetis: Atenim potius fuit vobis à Priapo Ethnicorum Idolo, quam à ſacris Chriſtianorum imaginibus mentem manus & calamum abſtinere.

LIBRI V. CAP. 3.

3. Regum. 3. 12. 13.

Verterunt Miniſtri Gallice Hoſta tontes Images. Pro Il purgea tontes ls ordures des Idoles. Sic illud. *Il depoſa ſamere Maacha, laquelle auoit faict vne image vt bois: & Aſa mit en pieces l'image dicelle, & bruſla l'image aupres en flenne de Cedron.*

מפלצת *Miphletſeth.*

LIBRI V. CAP. 4. Adonis.

Fuit Adonis adoleſcẽs Leno, perdite adamatus à Venere, quem venabundum Aper ab Apolline immiſſus oppreſſit. Ei ſacra fiebant aſſiſtente, extinctumq; deflente Venere, aliiſq; matronis huic ſuperſtitioni addictis, maxime in monte Libano, vbi, vt ante monuimus, Veneris colebatur Idolum.

Cybelle. *Plin. lib. 11. c. 49. & lib 35. cap 12. Herodian. in Cõmodo. S. Aug. lib. 2. de ciuit. cap. 4. Diod. Sic. l. 4. Biblio.*

Aliud prçterea fuit impudicæ Idololatriæ genus ſub nomine Cybelles, quæ à Romanis Bona Dea Materq; Deorũ nominabatur: de qua non eſt neceſſe pluribus agere: præſertim cum ea, quæ de Venere dicta ſunt, ſatis ſuperq; declarent, id modo fuiſſe in hiſce Idolis & ſacrificiis Dæmoni propoſitũ, vt cuiuſcunq; generis libido Diuinæ Maieſtatis inſignita titulo, paſſim, totoq; orbe regnaret. Neque ſane ſpes eum ſua fefellit. Nam quantam quæſo in Ethnicos iſtius Idololatriæ cõmentis pudoris, morumq; corruptionem inuexit? Quotus enim quiſque in ea gente, vir aut mulier, ſenex aut iuuenis, aut cuiuſcunq; cõditionis repertus eſt, quin ſe huic impuriſſimæ Veneris religioni mancipari? Quã pauci numerantur, qui non modo ſine pudore, verum etiam ſumma conſcientię libertate, ac religionis nomine, & oſtentatione ſe omni turpitudinum genere cõtaminarint? Teſtes huius rei ſunt omnium Gentium Annales: teſtes omnes hiſtorici: teſtes Græcorum ac Romanorum Ducum & Imperatorum mores, & vitæ ſcriptorum monumentis conſignatæ: Sanctuſq; Paulus Apoſtolus hanc tantam Ethnicorum turpitudinem ad Romanos ſcribens non abſq; dolore commemorat, Lactantius, Arnobius, S. Hieronymus & Auguſtinus eandem ſuis ſcriptis exponunt, & inſectantur. Quocirca nõ eſt in hac re diutius immorandum, ne puri animi,

Miſeranda Ethnicorũ obſcœnitas.

Turpiſſimam Ethnicorum libidinẽ deplorat Apoſtolus. *Epiſt. Rom. 1. 26 27.*

caſtæq;

Digitized by Google

caſtæq; aures eiuſmodi narrationibus oppleantur, quarum ignoratio longe eſt ipſa cognitione præſtantior. Vtilius erit multo paucis oſtendere, quo pacto Dei, virginiſque filius, ſtabilito caſtitatis regno, Veneris Idololatriam euerterit, vitiatæ naturæ noſtræ vulnus inflictum ſanarit, & ex hominum animis has religionum turpiſſimarum nubes, ſua diffuſa luce diſſiparit: deinde vobiſcum agam, quos Diabolus ad reſtaurandum Veneris cultum, & regnum excitauit.

Quomodo Ieſus Chriſtus euerſa Veneris Idololatria Caſtitatis regnum ſtabilierit.

Capvt V.

ETſi multi egregia virtute viri, zeloque diuini honoris flagrantes, olim ad Idololatriam euertendam ſtudium omne ſuum, operamque contulerint, victoria nihilominus totius Idololatriæ ſoli Dei filio Ieſu Chriſto reſeruabatur, huiuſque præſertim Venereæ: qua nulla ad mortales contaminandos turpior, nulla ad eos effœminandos, frangendoſq; potentior, ex Orco potuit erumpere. Moſes, inquam, aliiq; non pauci Dei famuli certis occaſionibus eam aggreſſi ſunt: at nec virium ſatis illis, nec armorum fuit, vt eam omnino opprimerent: opus nimirũ erat duce ſapientiſſimo, qui bellandi rationem inſtitueret, eodemq; bellatore fortiſſimo, qui ſummam victoriam de tam potenti hoſte reportaret. Is erat, ſcil. vnicus Dei ac Domini exercituum filius & ipſemet exiſtens armorum Deus, qui cum in mundum è cœlo deſcenderet, cœleſtia diuina virtutis Caſtitatis iacere fundamen-

Idololatriæ proſtratæ victoria Ieſu Chriſto reſeruata.

Ieſus Chriſtus exercituũ Deus.

LIBRI V. CAP. 5.

ta conſtituit, in ſanctiſſima primum virgine, quam in arcano ſuæ æternitatis conſilio matrem, ex qua, & in qua naturam induceret humanã, elegerat. Eam igitur voluit eximio virginitatis flore ornatam præſtare: non certũ in tempus, vt ſuperſtitioſę Veſtales, non caſu, ac fortuito, vt nonnullæ Iſraeliticæ gentis puellæ virgines, ſed nouo plane modo, omninoq; inaudita honoris prærogatiua, certo nimirũ cõſilio, liberaq; voluntate virgo vt eſſet, æternoq; Deo ſe perpetuæ virginitatis voto cõſecraret? Talẽ nouo exemplo ſtatuit ab æterno Deus exiſtere virginem, quę omnium prima ſacrum virginitatis colendæ vexillum extolleret, eſſet integritate ſua Virginibus, fœcunditate, coniugatis: morum honeſtate viduis propoſitum ad imitandum exemplar: ex cuius diuina caſtitate maximus honor, ac dignitas, omnium ætatum, & graduum caſtimoniæ futuris temporibus accederet; & in Eccleſia Dei ſacrarum Virginum ſtatus admirabilis, & glorioſus haberetur. Quis ſummam æterni Dei ſapientiam in huius Virginis molitione non admirabitur: quod eam his tantis illibati pudoris, diuinæq; prorſus integritatis priuilegiis ornatam in orbem produxerit, quã ex aduerſo impuræ Veneri opponeret; & in ea abominandam fictitiæ Deæ Idololatriam extingueret; quã prædator animarũ ad virgines, viduas, nuptaſque corrumpendas, & ad omniũ ordinum pudorẽ expugnandum in orbem inuexerat? Quin etiam ipſe Dei filius nullius mortalis hominis interueniente commercio ab eadem Virgine mirabiliter, Spiritus nempe ſancti virtute conceptus, & integro plane permanente pudoris ſigillo, ſaluiſq; omnino ſacræ virginitatis clauſtris ab ea in lucem editus, ea-

Cur matrẽ habere voluerit virginem.

Virgo Maria caſtitatis princeps

Virgo ante partum in partu & poſt partũ.

tus, eademque ſummi Principis porta nulli vnquam mortalium patefacta, ſanctiſſimum corpus ſuum, quemadmodum totius vitę curſum, & quicquid eſſet facturus, admirabili, omnique humano voto longe ſublimiori ratione, æterno ſuo patri dicauit. Quod tametſi Scriptura diſerte non indicet: tamen quæ mentes diuino fidei lumine illuſtratæ poterunt, quin ita factum ab illo ſit, dubitare? Vt ergo in matre ſua ſanctiſſima caſtimoniæ virtutem commendarat: & in ſublime faſtigium honoris euexerat: ita in ſemetipſo, non ſolum diuini conceptus, ortusque ratione, verum toto ſuæ vitæ curſu quanti eam faceret, factis, verbisque monſtrauit. Cum primum enim de myſteriis cœleſtibus in monte ſermonem haberet, inter octo quas exponebat beatitudinum gradus, generale quoddam virtutis huius poſuit fundamentum, perbeatos prædicans eos, qui mundo ſunt corde: hoc eſt, vt cum cæteris Eccleſiæ Doctoribus Sanctus Chryſoſtomus exponit: qui non ſolum corpore, verum etiam mente caſti ſunt. Deinde cum apud diſcipulos de matrimonio ſermo incidiſſet, diuinæ caſtitatis incitamentum ſpargebat, & ſemina, ijs genus illud Eunuchorum exponens, *qui ſe propter regnum cœlorum caſtrauerunt*: non quidem acie ferri, ſed nuncupatione voti caſtitatis: quod altius quam intima corporis penetrans, in anima vim ſuam exercet, nec modo carnis effectum, & opus, verum etiam effectus voluntatem abſcindit. In mundi quidem primordiis dixerat Creator hominibus ac beſtiis, *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram*: homo autem ipſe factus, homini ſoli ratione prædito ad cœleſte regnum bea-

LIBRI V. CAP. 5. IESVS CHRISTVS caſtitatem vouit.

Matth. 5. 8. *S. Chryſoſt. in Matth.*

Matt. 19. 12.

Gen. 1. 22. 28.

Digitized by Google

LIBRI V. CAP. 5.

tis ciuibus implendum nouam, multoque ſublimiorem rationem aperuit, cum ei de amplectenda caſtitate conſilium tradidit. Quo ex ſemine iacto, cœleſtisque Schola Magiſtri, viri, & fœminæ, iuuenes, & ætate prouecti, virgines, ac viduæ prodierunt innumerabiles: qui voto caſtitatis emiſſo, in Eccleſia ſua vero ſe Deo conſecrarunt, & adhuc ſubinde conſecrant, caſtam, religioſamque vitam in terra beatorum ſpirituum, ciuiumque cœleſtium imitatione traducunt.

Virginitatis ſemen.

Sacerdotes continētiæ voto adſtricti.

Hoc quidem in vniuerſum: ſpeciatim vero idem voluit Dominus, vt ſuæ familiæ adminiſtri, & œconomi eadem cœlibatus perpetui lege, votoque tenerentur: vtque Apoſtoli, atque Diſcipuli, ſi quas ante vocationem habuiſſent vxores, deinceps cum ijs, ſicuti cum ſororibus verſarentur, & à priſtini thori communis conſuetudine prorſus abſtinerent. Quod ad Chriſtianorum vulgus attinet, qui vel matrimonium iam inierunt, vel qui nondum ſunt eius vinculis aſtricti, ijs omnibus certam caſtitatis legem præſcripſit, vt veteri libertate plures vxores ducendi ſublata, eſſent vnica contenti: certoſque conſtituit cognationis & affinitatis gradus, intra quos nefas eſſet inire coniugium: quod inſuper nouæ acceſſione gratiæ, peculiarique muniuit auxilio, Sacramentique titulo decorauit, quibus pudicitia coniugalis inuiolata conſeruaretur. Adhæc auguſtiſſimi corporis, ſanguiniſque ſui Sacramentum inſtituit, ſe nobis corpore ſimul & animo communicans, vt diuinis his nuptiis, carniſque ſuæ ſanctiſſimæ commercio, ſordium fœditate noſtram expiaret, caſtamque, diuinamque redderet, in eaque nobiliſſi-

In coniugio lex caſtitatis.

Matrimoniū eſt Sacramentū.

Sacramentum altaris.

liſſimarum quarumcunque actionum ſementem faceret. Denique modis omnibus, atque præſidiis quæ ſumma potuit excogitare Sapientia, cuius amores, deliciæque ſunt animæ, & corpora pudica, & integra, caſtitatis virtutem ſepiuit, omnique ex parte vallauit. Ex his patet qua ratione liberator noſter, euerſis Veneris altaribus impuris, cultuque flagitioſiſſimo profligato in nominis ſui laudem, ſponſæque ſuæ ornamentum caſtimoniæ & virginitatis ſtatum religioſum inſtituerit. Nunc videndum nobis eſt, quibus conatibus & machinis Diabolus proſtratam ſuæ Veneris Idololatriam, tum in priſcis Hæreſibus, tum hoc æuo in veſtræ pſeudoreformatæ Idolis renouare contenderit.

Quo pacto Diabolus ſtuduerit nouis conflatis Idolis, deiectam per legem gratiæ Veneris Idololatriam inſtaurare.

Caput VI.

Maior nunquam Sathanæ mentem ſtupor inuaſit: nec ille prædator animarum maiori vnquam furore fuit inflammatus, quam cum Idololatriam Veneris, arcem regni ſui inexpugnabilem, vidit priſtina munitione, præſidioque nudatam, atque labefactatã: contra vero magno cum ſplendore, atque maieſtate in Eccleſia Dei regnare caſtitatem. Quapropter neruos omnes contendit, & quaſcunq; potuit machinas admouit, ſi qua ratione poſſet auitam tyrannidẽ intra ſuperſtitionis ſuæ proſtratæ ruinas tueri. Sedenim cum quos in hac diuina virtute oppugnãda conatus adhibebat, irritos

Digitized by Google

LIBRI V. CAP. 6.

Religioſis maxime aduerſatur Diabolus.

irritos attenderet, fruſtraque Chriſtianos excitatis in eos variis grauibusque vexationum procellis afflixiſſe: eoſque maxime, qui virginitatem, caſtamque vitam profitebantur: omninoque cognoſceret, ſe vix, ac ne vix quidem poſſe diutius, veteris, & obſoletæ Veneris Idola opinione diuinitatis retinere: alia noua, diuerſa tamen ratione figurata, mentis videlicet, eodem tamen, quo quæ ex aſpectabili materia conſtabant, ſpectantia, ſubſtituere cogitauit. Eam ob cauſam iam inde ab incunabulis naſcentis Eccleſiæ, quo fœlici æuo caſtimoniæ virtus in primis vigebat, & altas agebat in animis Chriſtianorum radices: binas admodum pernitioſas in ſuorum mancipiorum cerebris architectatus eſt Hæreſes, quas variis hominum ingeniis, rationique temporum accommodauit, & honeſto quodam velo caſtitatis obtexit: earum altera, ad ſecundas nuptias aditum occludebat, quod eas Dei voluntati contrarias eſſe diceret: altera matrimonium veluti pactum, & conuentum minime licitum, verboque Dei contrarium omnino damnabat, nec minus primis quam ſecundis nuptiis aduerſabatur. Prioris Hæreſis præco fuit *Nouatus* circa annum incarnati Verbi ducenteſimum quinquageſimum: quem *Montanus* & eius aſſeclæ, *Cataphryges*, aliique multi ſecuti ſunt: qui vt ſcribit D. Auguſtinus, inter alios Doctores, vno omnes ore ſecundas nuptias, veluti ſcortationem duxerunt.

Aſtutia qua Diabolus caſtitatē proditorie aggreſſus eſt oppugnatio.

Montaniſtæ.

S. Auguſt. de Hæreſ. Hær. 31.

Altera multos quoque propugnatores habuit: quorum primus circa ſalutis annum ſexquicenteſimum fuit *Seuerus*, adeo effrenatæ temeritatis Hæreſiarcha, vt fœminam à Diabolo factam aſſereret,

Seuerus.

Nicet. l. 4. Ortho. fid. Hær. 17.

reret,

reret, & maritos illius vtentes conſuetudine, cacodæmonis opus explere. *Tacianus* Encratitarum parens, eodem ſæculo perturbator Eccleſiæ, ſimiliter aſſerebat, vt refert S. Irenæus, Epiphanius, & Theodoretus, Diaboli nodum eſſe matrimonium. *Marcion* anno ducenteſimo eandem Hæreſim propugnauit: pauloque poſt *Manichæi*: ac tertio ſæculo illi, qui arroganter ſe Apoſtolicos nominabant. Quarto deinceps *Euſtachius*: Quinto Sancti Leonis tempore *Priſcillianiſtæ*: hi omnes nuptias veluti ſcortationem, atque libidinis commercium improbabant, certaque fide perſuadere nitebantur, nullam hominibus coniugio implicatis eſſe ſpem obtinendæ ſalutis. Eos tamen omnes vt impios Hæreticos ſanctiſſima Concilia anathemate percuſſerunt: Erant illi videlicet quos fore prædixerat Apoſtolus data ad Timotheum Epiſtola: quam maiores veſtri *Lutherus*, & *Caluinus* in Eccleſiam Catholicam importune, malitioſeque detorſerunt. Tantum ſiquidem abeſt ab eo, vt matrimonium damnet Eccleſia, vt illud longe ampliori, quam vos honore, ac dignitate ſemper ornarit: contraque omnes ſuperiorum Hæreticorum latratus illius honeſtatem propugnaret: quemadmodum contra vos ipſos non deſiſtit tueri, qui tanto illud afficitis dedecore, vt ei Sacramenti nomen, ac rationem adimatis: nomen, inquam, & titulum, quæ ſacræ illi tabulæ attribuerunt. Atenim haud id erat vafro illi nequiſſimoque machinatori propoſitum, cum in extremas illas interque ſe repugnantes Hæreſes, homines ageret præcipites, vt purius ipſi viuerent, ac cœlibatum amplecterentur: ſed vt in aliud

LIBRI V. CAP. 6.
Irenæus. Epiphan. Theodoret. de Taciano.
Marcion. *Tertul. l.1. cont. Marcio.*
Clem. lib.3. Strom. anno 190.
Manichæi. *Epiphan. S. Auguſt. anno 270.*
Apoſtolici *S. Auguſt. Hæreſi 40.*
Euſtach. Socrat. l.1. c. 23. Conc. Gangren. anno 325.
Priſcillianiſtæ. *S. Leo lib.1. Epiſt. 17. c. 7.*
1. Tim. 4. 3.

Digitized by Google

Libri V. Cap. 6.

aliud extremum (quippe quem ſemper extrema delectant) eoſdem impelleret; quo effractis pudicitiæ repagulis, ſe in vrſam genera libidinum effunderent. Quod re ipſa perfecit: hos enim quos modo recenſui, eiuſdemque notæ alios omnes Hæreticos immunditia, ſtupris, flagitiis, omniſque genere obſcœnitatis infames extitiſſe, Hiſtoriæ Scriptores Eccleſiaſticæ prodiderunt. Sic ille diuerſis quidem ſemitis, & anfractibus, in eandem nihilominus concupiſcentiæ, libidinumque prodigioſarum voraginem mortales inſanos agebat Ethnicos olim aſpectabilibus Veneris Idolis: deinde inter Chriſtianos ſpiritualibus eiuſdem falſi numinis Idolis, quemadmodum hac noſtra memoria certum eſt ab eodem factitatum eſſe: modum, quo ſit vſus, exponam.

Hæretici matrimonium damnantes libidinoſiſſimi.

Quibus modis Diabolus Veneris Idololatriam in Caluini Religione renouarit.

Capvt VII.

Ethnici Poetæ veterem Deum quendam, imo verius Dæmonem carminibus celebrarunt Protheum nomine: qui variarum rerum formas inducere ſolitus erat, puta corui, canis, lupi, ignis, aquæ, & ſimilium, vt facilius quoslibet poſſet in fraudem inducere. Quem alium Prothea re ipſa fuiſſe dicemus, niſi deſertorem ſpiritum, qui primum in cœlo factus eſt, Creatori ſe opponens ſuo, ex Angelo Diabolus: deine ſerpens in terra: poſtea ſe in tot ſpecies, & figuras transformauit: quot genera vitiorum ad decipiẽdos mortales in mundum inuexit. Vix dum Eccleſia Dei per Chriſtum

Diabolus eſt Protheus varias aſſumens formas.

Diabolus olim induit habitũ caſtitatis.

pro-

prodierat in lucem, cum hic veterator amictum induit caſtitatis, eas quas modo dixi Hæreſes illis temporibus accommodans: vt ementitæ pudicitiæ obtentu libidinis tueretur imperium, exoletæque ſuæ Veneris cultum inſtauraret. Hoc poſtremo ſæculo cum mortales ad omnem voluptatem, carnisque mollitiem propenſos videret, ad id, ad quod comparati, affectique videbantur ſe componens, priſtinam figuram exuit, nouamque ſuſcepit, vt ſuam Venerem in auito regno ſtabiliret. Ergo vt omnem à ſe fraudis ſuſpitionem amoueret, hanc ſuam ille machinationem pigmento virtutis obduxit, hac vniuerſim theſi propoſita: *Hominum infirmitati ſubueniendum eſt.* Quod profecto merum eſt, ad veſtram mentem mendacium: quandoquidem hoc axiomate intelligebatis, explendum eſſe carnis deſiderium, ac ſenſuum titillationi indulgendum. Ad hypotheſim deinde veniens, ſpeciatim ſculpſit abominanda Veneris Idola, non quidem ex auro, argento, marmore aliaue craſſa materia, qualia olim apud Ethnicos, eſt fabricatus, verum haud paulo magis illis ſpiritalia, quæ ad iſtam Tartareæ concupiſcentiæ flammam Reformatæ Religionis illecebris excitandam plurimum haberent efficacitatis. Horum maximum ſtaturæ formæque Giganteæ nudum omnino propalam expoſitum viſitur: hinc minutiori forma illi comes Cupido adiungitur: inde paulo maiori Priapus: ex ore Veneris volumen exporrectum eminet, hæc verba continens: *Vnuſquiſque ſibi adiungat vxorem, ſit licet Sacerdos, aut Religioſus.* Cupido aptam arcui tenet flam-

Libri V. Cap. 7.

Theſis fucata.

Maximū Veneris Idolum.

Idola à Luthero reformata.

Libri V. Cap. 7. *Serm. de matrimo. & à Caluino in 19. c. Matth. & lib 4. Inſtit. c.12. 23. & l. 2. c 8. §. 42. 43.*

Secundum & tertium Idolũ eorundem.

Antiqua Montaniſtarum, & Manichæorum Idola.

Luth. to.5. ſerm. de matrimonio habito Wittenbergæ anno 1552. prope initium.

flammeam ſagittam oculis obuelatis pittacio, in quo ſcriptum legitur: *Nullo modo fieri poteſt, vt ſine vxore vita retineatur.* Priapus impudens, & obſcœnus adgeniculatur matri, annis in galiri faſciæ picturæ argumentum hoc indicatur. *COELIBATVS eſt tyrannis, atque ſuperſtitio.* Quæ Idola ſunt prioribus ante propoſitis omnino contraria: quorum hæc erant dicta: *Nemo ducat vxorem. Impoſſibile eſt cum fœmina bene viuere. Cœlibatus ſolus gratus & acceptus eſt Deo.* Sed hæc vniuerſa vnum eundemque ſpectant finem, nempe vt Veneris cultus, & Idololatria quocunque modo diuerſis licet viis, reparetur, ac regnet. Vos primi illius Idoli verbis, omnes cuiuſcunque conditionis homines, ſiue liberi ſint, ſiue caſtitatis voto aſtricti, debere ad nuptias conuolare traditis. Hoc Lutherus docuit impudentiſſime pro concione de matrimonio his verbis: *Vt non in viribus meis ſitum: vt vir non ſim, tam non eſt etiam mei iuris, vt abſque muliere ſim.* Et paulo poſt: *Verbum hoc quod Deus ait*, Creſcite, & multiplicamini: *non eſt præceptum, ſed pluſquam præceptum, diuinum puta opus.* Addit præterea: *quod non eſt noſtrarum virium, vel vt impediatur, vel vt omittatur, ſed tam eſt neceſſarium, quam vt maſculus ſim, magisque neceſſarium quam edere, bibere, purgare, mucum emungere, ſomno, & excubiis intentum eſſe.* Tandem ita concludit: *Quod ſi quiſquam prohibere molitur, egregie, vt eſt, perdurat, ſuumque mentum ſcortatione, adulterio, καὶ διὰ ἀφώνων τῶν περιπτωμάτων quæritat. Eſt enim hic naturæ neceſſitas, non arbitrij voluntas.* Dicite Miniſtri, ſi loqui poſſet equus, nonne iſtum Veneris patronum, effrænatumque libidinis mancipium

falſa

falſa dixiſſe conuinceret? Num iis quibus facile careat equus, hominē carere poſſe teſtaretur? Et vero quod adeo impudenter pro concione docuerat, id impudentia pari, re ipſa perfecit: fuit enim primus tædifer, atque Paranymphus Deæ Veneris; nàm è Cœnobio vbi ſolenne caſtitatis votum emiſerat, egreſſus, Monialem ſacro pariter vinculo integritatis aſtrictam, è Religioſarum Virginum clauſtro extraxit, ſibique copulauit: & inceſtum illud ſacrilegumque commercium nuptias, ac matrimonium appellauit. Vos doctrinam illius & exemplum ſequuti, ita veſtræ Reformationis Diuam comparaſtis, vt ſentina eſſet luxuriæ, libidinumque obſcœnarum receptaculum, eorum omnium, qui effractis caſtitatis aſylis ad vos conuolāt, vt nomine cōiugii nefarias libidines expleant. Matris legem & inſtitutum, Idoli Cupidinis verba corroborant: nā cum fieri non poſſit, vt ſine vxore vita cœlebs agatur, ſequitur ex matris ſentētia, debere vnumquēque ſibi vnam adiungere. Sed enim triplici machina vtraque Hæreſis, & hæc duo Idola conuelluntur, Scriptura videlicet, ratione, & experiētia. Scriptura docet aperte quoſdam Eunuchos eſſe, qui ſe propter regnum cœlorum caſtrauerunt. Si ſinguli ſuas habent vxores, vt veſtrum monet Idolum, vbi erunt huiuſmodi Eunuchi ab ipſo Chriſto commendati? Eadem Scriptura per Dei gratiam nihil non fieri poſſe teſtatur. Hoc de ſeipſo diſerte profitetur Apoſtolus: *omnia poſſum* inquit, *in eo qui me confortat.* Docet igitur, gratia Dei fauente ſeruari poſſe caſtitatem. Et vero quàm atrox ſit iniuria potentiſſimo Deo, dicere, aut mente concipere validiorem eſſe cōcupiſcendi vim innatam, nos vt im-

[Margin: Libri V. Cap. 7. — Cupido. — Scriptura Veneris Idola proterit. — Eunuchi. *Mat. 19. 12.* — *Philip. 4. 13*]

Digitized by Google

pellat ad malum, quam Dei gratiam ad eius impetum coercendum? Quantam homini ratione prædito infertis iniuriam cum eum negatis, poſſe cum virtute præſtare, quod arte, ſiue neceſſitate poteſt mutum animal, vſu videlicet fœminæ abſtinere? Eſt igitur doctrina æque Deo atque homini rationem habenti contumelioſa, quam per os Lutheri Cupido veſter canit: Vſum ſcilicet fœminæ, opuſq; Venereum, *magis eſſe neceſſarium, quam edere, bibere purgare*, & cætera quæ modo ex eodẽ audiſtis. Ratio vero docet illud quod infinitæ poteſtatis eſt, lõge plus poſſe, quam aliam quamcunq; poteſtatem. Atqui certum eſt Dei gratiam nullis circumſcribi finibus: ſed infinitæ eſſe poteſtatis: num igitur poterit concupiſcendi facultatem, (quæ finita eſt, & admodum imbecilla) ſuperare: Num penitus debilitare, ac frãgere? Quid quod ſexdecim vſus, ſeculorum, & experientia certiſſima, viros innumerabiles, ac fœminas in Eccleſia Dei ſemper extitiſſe, & adhuc non paucos eſſe teſtantur, qui eam virtutem ſanctiſſime coluerint, & colant, & ab omnib. quas vos vſque adeo ſectamini, corporeis voluptatibus abſtineant? Quam experientiam cum negatis, perinde eſt, ac ſi dicatis meridiano tempore nequaquã eſſe diem: inſignemq; ignominiæ notam inuritis, veſtris adoleſcentib. & puellis, qui iam ex ephœbis exceſſerunt. Nam ſi ex veſtro pronuntiato nõ queunt niſi matrimonio ſint cõiuncti viuere, ſequitur neceſſario, eos niſi puberes illud ſtatim ineant, fœdis libidinib. inquinari. Tot igitur ſcortatores, tot meretriculas habetis, quot puberes adoleſcentuli, atq; puellæ Reformationis veſtræ Synagogas frequentãt. Quin etiam tot erunt in ipſo matrimonio adulte-

Luth. ſer. de Matr.

Ratio.

Experientia.

Quæ pariat abſurda pronuntiatum Lutheri.

adulteri, atque adulteræ, quot per aliquod tempus coniuges erunt locorum interuallo diſiuncti. Perpendite Miniſtri quam infame, quam turpe Idolũ primi veſtræ factionis principes fabricarint: & vos eius pudeat, ſi tamen vllus pudor in vobis locũ habere poteſt. Quod deniq; dicit Priapus, Cœlibatũ eſſe tyrañidem: digna profecto eſt tali authore ſententia, Caluino, Bezaq; digniſſima: qui eam ſumma virium contentione docuerunt, lingua calamoque propugnarunt. Si admiſſarius equus altis præſepib. alligatus teneretur, ne poſſet in equas inſilire, ac vſum haberet linguæ, idem prorſus aſſereret, nec aliud eſſet, quam equina locutio: nec profecto alia eſt veſtrorum Patriarcharum, & proinde indigna, q̃ alia ratione, quã hoc obiecto probro refutetur. Quapropter ea omiſſa præſtat veſtram Idololatriã cum Ethnica Veneris ſuperſtitione conferre: qua ex collatione vtra ſit deteſtabilior apparebit.

Libri V. Cap. 7.

Cœlibat' Caluino & Bezæ tyrãnis cẽſetur

Hugonoticam doctrinam carni, libidiniq; patrocinantem Idololatria Veneris deteſtabiliorem eſſe.

Capvt VIII.

QVam recentem colitis hoc æuo Idololatriam Veneris, pernicioſiorem eſſe veteri, quæ viguit olim apud Ethnicos, euidenter oſtendo. Tota vis peſtifera priſcæ Veneris, & abominãda ꝑnicies erat in eo, quod concupiſcendi facultatem, turpiumq; rerum appetitionẽ vehementer accẽderet: & excuſſo tẽperãtiæ fræno ad voluptuariã impelleret libertatem: atq; p̃textum quendã obtẽdẽs diuinũ, nomẽq; Religionis, luxuriã proponeret adorandã.

Quid efficeret Ethnicæ Veneris Religio

Digitized by Google

LIBRI V. CAP. 8.

Quid efficiat. Reformata.

I.

Non tantum hæc omnia veſtra doctrina perficit: ſed plurima præterea è ſuis nartheciis deteſtabilia adiecit, quo peſtilentior euaderet. Primum Caſtitatis votum improbat, & veluti tyrañidem abhorret, & damnat: quod nunquam antiqua Venus feciſſet: quamuis enim illa re, factiſq; impudicitiam doceret, tamen nec Cœlibatum, nec Virginitatem vnquam damnauit: imo vero quaſdam ſuis in templis ſuo numini dicatas, habuit Virgines, ac Matronas, vt ante dixi, quæ perpetuam caſtitatem profitebantur: in quo ampliorem Virginitati ac Cœlibatui deferebat honorem quam vos, qui ne nomen quidem horũ vultis ad aures admittere: & à veſtræ Reformatę cunabulis vtrique ſtatui non deſtitiſtis voce ſcriptiſque oblatrare.

Supra c. 2. Caſtitatis votum deteſtantur Miniſtri.

II. Nuncupatum violant.

Vouete & reddite.

Pſa. 75. 12.

Deinde non ſolum, ne Caſtitatis fiat ab vllo votum, obſiſtitis: verum etiã factum iam, & religioſe, ſponteque nuncupatum Deo minime perſoluendum, nec eo quẽquam teneri docetis: quæ doctrina Diuinæ legi è diametro aduerſatur, diſerte præcipienti vt facta Deo vota reddantur: legibus item repugnat humanis, quib. iubetur, vt quæ fuerint Deo, hominibuſue promiſſa, ſoluantur: Quod autem ſoletis, ad veſtrum ornandum Idolum, obiicere: votum de re, quæ non ſit in hominis poteſtate fieri minime poſſe: id vero falſum eſt, vtpote falſa Hæreſis iam refutatæ hypotheſi fultum: non poſſe nimirum caſtitatem ſeruari: quod effatum Scripturæ, rationi, & experientiæ repugnare docuimus.

Poteſt continẽtia ſeruari.

III.

Tertio quotquot deſertores Eccleſiæ, & Apoſtatæ, violata voti religione ad vos conuolant, ac ſi egregium facinus edidiſſent, ꝙ nimirum vt nefariæ libidini obſequantur, Caſtitatis iugum excuſſerint, non modo libenter, ſed etiã

cum

cum plauſu, & approbatione, triumphantium in modum excipitis: à quibus ſuperſtitioſi antiquæ Veneris cultores abhorruiſſent: quandoquidem grauiter in eos animaduertebant, qui caſtitatem alicui (vt credebant) diuinitati, ſponſione voti promiſſam fuiſſent auſi violare. Hinc nonnullas Virgines Deæ Veſtæ dicatas obſequio, admiſſi flagitii, ac ſtupri pœnas dediſſe grauiſſimas, & viuas humi defoſſas fuiſſe Romana prodit hiſtoria. Quarto iſtis Eccleſiæ perduellibus, & Apoſtatis vxores à vobis parantur, nomineque matrimonii copulationem illam inceſtam, & ſacrilegam nuncupatis: nec pudet vos execrãdum concubinatum cum inſigni Chriſtiani matrimonii contumelia nomine ſacro appellare. Hæ veſtræ ſunt artes: hæ ſpecioſæ ad pelliciendos Apoſtatas illecebræ: hæc retia, & pedicæ, quibus, ne ſaturi obſcœnarum libidinum reuolent, implicati tenentur: ſic eos ad improbitatem facitis audaces: cum non modo ſcelerum impunitatem, ſed etiam prœmia ſint à vobis conſequuturi. Quicquamne eiuſdem priſcæ Veneris feciſſent Idololatræ? Quis hic prodigioſam mentis veſtræ cæcitatem non obſtupeſcat: quę impedimẽto eſt, ne veſtræ Sectæ ignominiam intueamini: & inſuper ad credendum vos inducit, eam Religionẽ eſſe ad normam Euangelii reformatam? Excitate vos tandem Miniſtri, & veternum quo veſtri ſenſus tenentur oppreſſi, aliquando excutite: vt iſtius Idoli deformitatem videatis, viſamque deteſtemini. Pudeat vos talium Magiſtrorum eſſe diſcipulos, atque doctrinæ adeo execrandæ Miniſtros, horũq; turpium Idolorum cultores, & antiſtites. Vos infamiæ veſtræ tædeat, quod non ſolum ab honeſta-

Libri V, Cap. 8.

Veſtales virgines. *Val. Max. l. 1. c. 1. Feſtus Põp. l. 9. Iulius obſeq. Prodig. c. 62. Liu. 3. Dec. l. 8.*

IV.

te filiorum Dei abſitis longiſſime, verum etiam ipſos exoletæ Veneris Hierophantas Idololatras luxu, luxuria omnique obſcœnæ libidinis genere ſuperetis.

Diluuntur Miniſtrorum de impudicitia Sacerdotum obiecta: quam ſit impurus Hugonoticæ Reformatæ Spiritus.

CAPVT IX.

Caluini rationes cõtra Cœlibatum. *l. 4. Inſt. c. 31. 21* Et Lutheri *ſer. de Matrim. To. 5.*

VEſtræ conſuetudinis eſt, ad Idoli, doctrinæq; Caluiniſticę turpitudinem obtegendam, Sacerdotum Catholicorum impudicitiã nobis obiicere, quam è Cœlibatu, votoque caſtitatis falſo cõfringitis emanare: ob idq; vos recte facere, q̃ nullius velitis voti caſtitatis vinculis aſtringi, nec ſi factum aliquando ſit, ratum habere: imo fas eſſe infectum reddere: veſtriſq; proſelytis cuiuſcunq; ſint conditionis, omnino liberum eſſe, ac neceſſarium vxores ducere, quominus vetitã, vagamq; libidinẽ conſectentur. Ad hæc primum reſpondeo, vos negare non poſſe, innumerabiles in Eccl. Catho. ſemper fuiſſe, & adhuc eſſe Sacerdotes ſeculares, & Antiſtites; plurimos item Religioſos, ac Moniales, qui vitam agant caſtiſſimam. Si quis hoc verum eſſe nõ aſſentiretur, is à cõmuni omniũ ſenſu abhorreret, & manifeſtam experiẽtiam argueret falſitatis. Nec illud eſt auſus negare Caluinus: ſed more ſuo calũniari, cum ait, Monachos, qui exterius caſti videntur, occulte turpes ac libidinoſos eſſe: quod nequit inficiari, fatetur, ſed nititur veritatem tenebris inuoluere. Ecquis ei clandeſtinam iſtorum turpitu-

dinem indicauit? Quis flagitiorum, quæ dicit occulte patrari, teſtis oculatus adeſſe potuit? A quo tantam adeptus authoritatem, vt poſſit de ſcelere, quod fatetur occultum, iudicare? Si Religioſorum hominum impudicitiam habet certo cognitam, ea qui poteſt occulta eſſe? Si neſcit, cur audet aſſerere? Num iſtud eſt, hominum corda, & intimos ſenſus eorum perſcrutari, ſummiq; Iudicis Dei munus ſibi vendicare? Et quod ipſe caſtus non ſit, nullumne abſque conſuetudine mulieris poſſe eſſe caſtum arbitratur? Nunquid iſtud eſt alios ſua ipſius malignitate metiri: eoſque opinari eadem prorſus qua ſe, flamma libidinis ardere? Hoc Neronem eſt imitari: qui cum ſuam pudicitiam vſqueadeo proſtituiſſet, vt omnibus pene membris contaminaretur, perſuaſiſſimum habebat neminem hominem pudicum, aut vlla corporis parte purum eſſe: verum pleroſque diſſimulare vitium, & calliditate obtegere. Quocirca nemo, qui ſit ſana mente negauerit in Eccleſia plurimos olim fuiſſe viros Eccleſiaſticos caſtitatis virtute conſpicuos, nec modo nō paucos eſſe in ea, qui honeſte, caſteq; verſantur. Quod ſi qui ſint (quoſdam eſſe minime negarim) qui à caſtimonia affectionem animi habeant auerſam, hoc prauę ipſorum voluntati tribuendum, q̄ ipſos ad malum impellit, & obſtat ne diuinæ gratiæ opem implorent, qua freti, poſſent vt cæteri, ſe intra temperantiæ, & caſtimoniæ ſepta cōtinere. Quænam igitur turpitudinis ipſorum, impudicæque vitæ cauſa? Votumne caſtitatis ſuſceptum, an ipſorum ignauia? Hæc profecto. Nam qui poteſt votum cauſa obſcœnitatis exiſtere, cum è contrario ſit opportunum eis frænum, ſi vti velint,

LIBRI V. CAP. 9.

Caluinus de caſtitate loquitur vt Nero. *Inſt. l. 4. c. 13. §. 21.*

Suet. in Nerone c. 29.

Libri V. Cap. 9.

ad concupiſcentiæ laſciuientis impetus comprimendos? Enimuero hic vos tam ineptos Dialecticos, quam inſulſos, ac futiles Theologos exhibetis, cum Cœlibatui, votoque caſtitatis, libidinis cauſam adſcribatis: nec diceretis ineptius humorem è ſiccitate manare. Etenim votum caſtitatis eſt (ſi neſcitis) contractus cum Deo factus, quo prius Chriſtianus, eius gratia diuina fultus religioſa ſponſione promittit corpus integrum & animam puram, omniſque venereæ contagionis expertem conſeruare, ad ſanctiſſimum ſuæ Maieſtatis obſequium. Cœlibatus eſt huius voti praxis, & vſus: vtrumque in Dei gratia fundatum, ſua vi ad recte operandum confirmat voluntatem, & intemperantes carnis appetitiones valide coercet. Votum hoc ſpiritalis eſt ille gladius, quo fiunt ii, de quibus agebat Saluator, Eunuchi, cæteris Spadonibus ex ſectis vitæ perfectione longe præſtantiores: etenim qui corporis membro duntaxat exſectus eſt, concubitus ſibi tãtum ademit poteſtatem: at qui ſe voto caſtitatis aſtrinxit, non veneream modo copulationem, ſed eius præterea deſiderium, ſenſum omnem, atq; cogitationem amputauit. Quo igitur modo poterit ex hoc fonte pudicitiæ, obſcœnitas oriri? Indene fluet luxuria, vnde corporis animique ſanctitas, & integritas, procreatur, conſeruatur, augetur? Num ex aquilis veſpertiliones, è columbis viperæ, è panchreſtio medicamẽto venenum, è lumine tenebræ, è virtute vitiorũ colluuies emanabit? Quis vnquã adeo ſenſu fuit, animoq; turbatus, vt more veſtro, tam contra Dialecticorum leges argumentaretur? Religioſi, Deoque dicati homines caſtimoniæ votum faciunt: ergo libidinoſi ſunt. Quodnam adeo peruer-

Logica Miniſtrorum.

Cœlibat⁹ ac votum Caſtitatis ex ſe cauſa non eſt impudicitiæ.

Spadones Euãgelici. *Matt. 19.*

Miniſtrorũ Dialectica.

peruerſum ratiocinandi genus ? Quid hac Gebēnenſi Dialectica vanius? Quid ineptius? Vnde igitur, dicetis, impuri mores illorum qui Caſtitatis vota nuncuparunt? Quæram ergo viciſſim: vndenam ſtupra, adulteria, & obſcœnæ libidines eorum, qui in veſtra Secta matrimonio coniuncti ſunt, nulloque voto caſtitatis obſtricti? Ad hoc reſpondete, ac deinde veſtram quæſtionem enodabo. Etenim ſi Sacerdotum impudicitiam Cœlibatui, tanquam illius cauſæ dicatis adſcribendam, per vos mihi ſimiliter licebit aſſerere, omnium ſtuprorum, & adulteriorum, quæ apud vos patrantur cauſam, & originem eſſe coniugium: atque in hac mea cōſequutione maior ineſt quam in veſtra antecedente ſumptione probabilitas. Nam longe minus eſt probabile, imo prçter omnes naturalis rationis metas, caſtitatis votum, aut Cœlibatum cauſam eſſe libidinis: propterea quod citra controuerſiam, longiori multo à rebus venereis abeſt interuallo, quam matrimonium: quare recte poſſum affirmare flagitia potius è matrimonio, quam è Cœlibatu proficiſci. Inſtabitis porro: quod coniugatus habeat in promptu concupiſcentiæ ſatiandæ remedium: ne longiꝰ vetita cupiditate procedat. Cōtra inſiſto, longe efficacius illum habere, qui caſtitatis votum emiſit, modo tamen eo velit vti. Habet is gratiam diuinā, nimirum præſens contra vitia omnia, ſummumq; remedium: habet voti ſui præſidium à quo frænatur, & de cauendis peccandi occaſionibus admonetur: habet ad manum muneris Sacerdotalis, ſiue Religioſæ profeſſionis auxilium, in quo ieiunia, ſacræ Vigiliæ, orationes varia mortificationis ſtudia, ſacra lectio, aliarumque virtutum excellentium, ac bono-

LIBRI V. CAP. 9.

Quæ cauſa adulteriorum.

Dei gratia ſummum contra vitia cuncta remedium

Virtutū exercitia ad caſtitatem tuendam.

Digitized by Google

LIBRI V. CAP. 9.

bonorum operũ exercitationes continentur: quarum tum ſingula ſunt huic virtuti præſidio, tum vniuerſa coniunctim eam vndique circumuallant, ac velut inſtructa acies tutãtur, ſecuram, ſtabilemque præſtant. Eam obrem cum his tot, ac tantis auxiliis, multo facilius in Cœlibatu, quam in matrimonio ſeruari poſſe caſtitatem affirmo: longeque difficilius in hoc, quam in illo caſte viuere.

Miniſtror. fallaciæ.

Num igitur videtis vos errore labi, & hominibus imponere, cum impudicitiæ Sacerdotum cauſam docetis eſſe Cœlibatum: & eo etiam longius à vero aberrare, cum traditis matrimonium portum eſſe tutiſſimum vitando pudicitiæ naufragio comparatum? Sic enim plus efficaciæ datis carni, quam ſpiritui: actui venereo, quam voto: cohabitationi fœminea, quam Diuinæ gratiæ, quæ quam abſurde, quam falſo, quam contra rationem omnem dicantur, nemo non intelligit. Sentiebat S.

2. Cor. 12. 7. 8. 9.

Paulus ac permoleſte ferebat carnis ſtimulum: cui tertio vt eo ſe liberaret, Dominum roganti, reſpõdit Deus: *ſufficit tibi gratia mea.* Ex veſtro ſenſu ac doctrina Gebennenſi debuit illi dicere Deus, vxorem ducito. Maneat ergo mentibus veſtris infixum, Dei gratiam maximum tuendæ Caſtitatis eſſe remedium: neque Cœlibatum incontinentiæ Sacerdotum, ſed eorum ignauiam cauſam exiſtere. Non enim enituntur ſe in amoris, gratiæque Dei ſinu continere: nec aliis vti ſubſidiis, quę ſuis alumnis ſuppeditat Eccleſia, quibus adiuti myriades hominum innumeræ Virginitatis palma, peploque candoris inſignes in cœlum euolarunt: quibus iſti pares eſſe potuiſſent, ſi Spiritum potius, doctrinamque parentis amplecti maluiſſent, quam pati

ſe mo-

Digitized by Google

ſe more Taurorum huc illuc, ab effrenata Cupiditate raptari. Libri V. Cap. 10.

Quod Hugonotica doctrina gignat ex ſe luxuriam: contra vero Catholica ſit procreatrix Caſtitatis.

Capvt X.

PORro quemadmodum Cathol. doctrina paſſim iuuat Caſtitatem, eamque in animis ingenerat; ſic ex oppoſito veſtra Reformata carnis cauſa nihil non molitur: tota fertur in carnem, ſpiritus eius omnino eſt immerſus carni, ac totus deniq; carneus, animalis, & capitalis caſtitatis aduerſarius. Atq; vt is qui ſpiritu Eccleſiæ Cathol. eiuſq; doctrina imbutus eſt, ſtudioſus caſtitatis amator euadit: ita qui huius Reformatæ ſpiritu afflatur, carnis voluptati, ac libidini totus addicitur. Quicunque in Eccleſia Cathol. libidinoſus eſt, is deprauata voluntate, ſed reluctante conſcientia, ſeruit obſcœnitati, mente iudicans, ſe intemperanter, ac ſcelerate facere, cui morbo facile fit medicina: nam integra fides in eo perſeuerans, efficere poterit, vt impudicus aliquando reſipiſcat: ſaluumq; iudicium exiſtẽs, illuſtrationis eſt capax, poteritq; adhibita ratione voluntatem ad amorem ſtudiũq; caſtitatis inflectere. At .n. qui ſcortator eſt apud vos, is non modo vult patrare flagitium, ſed illud etiam honeſtum eſſe iudicat: eſtq; ipſius deprauata voluntas, cæcatumque iudicium. Sacerdos ſacris apud vos eiuratis, Monachus Apoſtata, Monialis fugitiua libidini ſeruit, nõ tantum voluntate peruerſa, ſed etiam iudicio: ex quo fit, vt quæ ſuæ ægritudini ſanandæ poſſent

adhi-

Digitized by Google

LIBRI V. CAP. 10.

adhiberi remedia, fugiat, irrideat, deteſtetur. Catholicus impudicus in appetitu tantum, & carne morbum habet infixum: vos autem non modo appetitione & corpore, ſed Spiritu etiam totoque animo ægrotatis: triplicique ſatyriaſmo intellectus, voluntatis, & carnis, ad inexplebilem, obſcœnamque libidinem anhelatis. Intellectus veſter errori pertinaciter inhæret, quo ſemel contra ſtudium caſtitatis imbutus eſt: deinde voluntas ad exequendũ inhiat quod intellectus faciendum cenſuerit: poſtremo ipſa caro tum illius conſilium, tum tyrannicum huius imperium re ipſa exequitur. Catholici voluptuarii in ſpiritum, & documenta matris eorũ ſanctiſſimæ peccant: Monachi vero Apoſtatę, Moniales ſacro velamine abiecto, Sacerdotes execrati, Hugonotiſmum profeſſi ſcortando, flagitioſeque viuendo id omnino perficiũt quod eorum animis, & corporibus, doctrinæ, Religioniſque veſtræ ſpiritus infudit: & docuit eſſe faciendum. Catholicus minime caſtus, integræ tamen fidei, quippe qui, vt par eſt, credit luxuriam eſſe peccatum, ei ſimilis eſt, qui domus ſuæ tectum, parieteſque deiecit, relicto tamen intra ſolum fundamento, vnde ſperat euerſam domũ denuo inſtauratum iri: At Monachner Apoſtata, & quiuis alius transfuga, doctrinæ veſtrę ſectator ſpeciem gerit illius, qui deturbatis parietibus & tecto, conuellit inſuper fundamentum, vt ędificium funditus euertat: nam error illi fidem adimit, quod eſt primum virtutis Chriſtianæ fundamentum: creditque non modo fas eſſe, verum etiã neceſſarium caſtitatis votum infringere: præterea licere ſibi interueniente adulterio, aut cõiugis abſentia vxorem aliam adiungere, & cæteris obſcœnitati-

Triplex Hugonoticæ doctrinæ impudicitia.

Digitized by Google

ñitatibus indulgere,quas Lutherꝰ, Caluinuſq; docuerunt,Eccleſiæq; Geneuenſis conſtitutiones ꝓbarunt,ſeruandaſque ſanxerunt. Quocirca proſelytus iſte his Hæreſeon armis inſtructus,cũ partes omnes ædificii demolitus fuerit,ipſumq; fundamẽtum eruerit,quam ſibi ſpem miſerabiles ruinas ſarciendi relinquet?Nullã Prorſus: opus habet extraordinario gratiæ auxilio,vt poſſit ex iis quas ipſe fecit ruinis ad priſtinum temperantiæ ſtatũ, & ſaniora conſilia reuocari. Flagitioſus Catholicus eum ſimiliter opificem exprimit, qui quod rem familiarẽ negligenter adminiſtrarit, in ſummam egeſtatem inciderit,ſaluis interea manibus & pedibus, quib. incedat,laboretque deinceps,& tum vt vitæ tuendæ neceſſaria conquirat, tum vt fortunas meliores conſequatur. At Hugonotus cum veſtra imbutus doctrina credit fas eſſe voti rite nuncupati iura violare,aliaq; patrare ſcelera,idq; non in vitio ſed laude numerandum, non ſolum ſubſtantiam omnem inſtar Euangelici prodigi deuorat, ſed manus inſuper ac pedes ſibi gladio Hæreſis abſcindit,vt nec ad miſericordiæ patrem valeat accurrere, nec poſt tm̃ fortunarum ſpiritalium naufragium ſalutaris Pœnitentiæ tabulam arripere, vt felicitatis portũ tenẽt: mauultq;Sirenarum voluptuariis illecebris delinitus,in obſcœnitatũ ſyrtib. hærere, monſtriſq; Tartareis in prædã obiici:aut ſicut male conſultus adoleſcens facultatibus luxurioſe conſumptis non vt is aliquandiu,ſed perpetuo inter grunnientes porcorum greges miſerabili fame contabeſcere. Videtis,opinor, vt veſtra Reformata, caſtitatis fundãmenta conuellat, arcemq; pudoris funditus euertat,quo ſui alumni nepotuli in Caluini Gurguſtiis, luſtriſ-

LIBRI V. CAP. IC.

Digitized by Google

luſtriſque Gebenenſibus Veneris reformatę ſacris licenter incumbant, omnem ſibi præcidẽtes ſpem caſtitatis aſylum repetendi. Quamobrem ne poſthac veſtram vt obſcœnitatem hoc fœdiſſimo centone contegatis, Sacerdotum Catholicorũ impudicitiam obiectate: imo fateamini oportet veſtram quam dicitis Religionem, ſuis axiomatis, & elogiis nequaquã Religionem, ſed turpiſſimã Idololatriã eſſe iudicandam, vtpote cui Ethnicæ Veneris collata ſuperſtitio cenſeri poſſit honeſtior.

Quo pacto Miniſtri Venereis maculis matrimonium inquinent.

Capvt XI.

Virginitas matrimonio prę̃ſtat *1. Cor. 7. 32 38.*

VEteres Hæretici cum præ ſe ferrent tueri caſtitatem, eandem oſcitanter propugnando infamabant: vos ſimiliter matrimonium parui faciendo dedecoratis: hinc enim ſic illud extollitis, vt aut Virginitati præferre, aut certe contra fidem cõtra communem ſenſum atque conſenſum Eccleſię Cathol. contraq; Scripturæ authoritatem æquare nitamini: inde nobiliſſimo illud ſpoliatis ornatu quem ei ſponſus Eccleſiæ Chriſtus noui Teſtamẽti tabulis legarat. In primis illi titulum adimitis Sacramenti, quo illud Saluator in ſtatu Euangelico ſupra coniugia Naturæ Moſaicæque legis extulit: his enim vigentib. ciuilis duntaxat habebatur contractus: poſt vero Chriſti inſtitutionem in Sacramentorum album fuit adſcriptum, ſacri myſterii vt loquitur Apoſtolus gerens fœderis, atque coniunctionis diuinæ Filii Dei cum ſpõſa Eccleſia ſymbolum:

Digitized by Google

lum: tum in eo quod cum vna tãtum vxore, perpetui nexu vinculi celebretur: quemadmodum Chriſtus vnicam ſibi copulauit Eccleſ. nunquam habiturus alteram: tum q̃ ad nexam habeat certiſſimæ gratię promiſſionem, ſine qua non poſſet fides matrimonii ac pudicitia incorrupta ſeruari. Actus .n. coniugii non ſolum non eſt, præcipuum, vt vultis, ac ſummum cupiditatis frænandæ remedium, imo ne quidem ſatis idoneum: etenim ſi verum eſſet, quod de eo docetis, qui poſſent adulteri in coniugatorum thalamos irrumpere? Quis vnquam ſanctiſſimi thori iura violaret? Ad ea igitur tuenda neceſſarium eſt prorſus gratiæ diuinę ſubſidium: quę ſi deſit multo difficili⁹ eſt, vt ante dixi, in Matrimonio, quam in Cœlibatu pudicitiã tueri: propterea quod vt homini hydropiſis morbo laboranti frequens aquæ potus ſitim, ac morbum adauget: ita Matrimonii vſus nequaquam cõcupiſcentiam extinguit, ſed eius incendium potius alit, ac vehemẽtius inflammat. Huius veritatis vel ſola poteſt produci teſtis experientia. Nec enim vlla adulteria, niſi inter homines nexu Matrimonii deuinctos reperiuntur: nec ſunt vlli ſalaciores cõiugatis adulteris. Eſt ergo coercendæ cupiditati, & intra temperãtię cancellos continendæ remedium coniugio efficacius requirendum, nimirũ gratiæ diuinæ præſidiũ: quod rite flagitantibus bonorum largitor Deus nunquam recuſabit, ſuperante pręſertim corruptę naturæ vires difficultate: quo in caſu nequaquã ope ſua adeuntes ſe fruſtrabitur, cuius eſt rebus naturæ neceſſariis præſenti numine nunquam non adeſſe. Porro ſi Matrimonium rei ſacræ eſt ſignum externum & aſpectabile, & ſecum gratiam infert,

Libri V. Cap. II.
In Matrimonio inſunt oẽs Sacramenti partes. Eſt ſignum.
Epheſ. 5. 32.
Adiunctã habet gratiæ promiſſionẽ.

Sacramẽti definitio ipſis Hugonotis probata.
Eph. 5. 32.

Libri V. Cap. II.

infert, verum eſt igitur Sacramentum ad veſtram definitionem: & huic veritati S. Paulus aperte ſuffragatur: agens enim de Matrimonio, *Sacramentum hoc*, ait *magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.* Vos vt huius loci vim eleuetis, Græce non Sacramentum, ſed μυςήειον legi, dicitis: at hoc cæcorum eſt diuerticulum: cum μυςήειον idem plane ſit Græcis, quod Latinis Sacramentum: quo ſenſu hoc loco ſumitur: docet enim Apoſtolus Matrimonium eſſe magnum Myſterium, magnum videlicet Sacramentum, Chriſtiq; Ieſu & ſuæ ſponſæ Eccleſiæ ſignum, quod ſatis eſt ad naturam, rationemq; Sacramenti, qua nimirum ſignificatione ſumitur ab Eccleſia. Matrimonium ergo tum ex Sacramenti definitione, tum ex Scriptura ſacra verum eſt Sacramentum: vos nihilominus & tale eſſe, & gratiam conferre pernegatis: ſuoq; illud principe nudatis præſidio, veſtrique pertinaciam erroris vniuerſæ opponitis antiquitati: quæ eãdem quam nos tenuit fidem, rationi Scripturęque ſanctæ conſentaneam. Quare magnum & impudens eſt mendacium Caluini ſcribẽtis, neminem ante Gregorium primum, qui ſedit ſeculo ſexto, de Matrimonio, vt Sacramento loquutum fuiſſe: cum S. Leo ducentis & quinquaginta annis Gregorio vetuſtior, de eodem vt Sacramẽtum eſt, & eo nomine ac fide ſemper in Eccleſia habitum, ſcripſerit. S. Chryſoſtom⁹ idem μυςήειον appellat, quæ Græca vox, vt modo dixi, latine Sacramentum ſignificat. Beza Caluini mendacio alterum æque magnum, ac portentoſum adiungit, cum ait Matrimonium nunquam à Sancto Auguſtino Sacramentum vocari. Atqui ſi tanti Doctoris volumina legiſſet, haud ſane tam impu-

μυςήειον idẽ quod Sacramentum.

Caluini mendaciũ: *l. 4. Inſt. c. 19. § 34.*

Matrimonium à S. Leone dicitur Sacramentum. *Epi. 92. ad Ruſticũ Epiſc. Narb.*

S. Chryſoſt. Hom. 20. in ep. ad Eph.

Matrim. S. Aug. nũcupat Sacramentũ.

impudenter fuiſſet Beza mentitus: frequenter enim vidiſſet matrimonium ab eo Sacramenti appellatione decorari: præſertim *nono libro de Geneſi ad literam. l.1. de fide, & operibus, l. de Bono coniugali. l. de Virginitate. l.5. contra Iulianum de peccato origin. & alibi. & in l. de Nuptiis & Concupiſcentia*, de eo loquitur eodem modo, quo de Baptiſmo, vt ante Auguſtinum S. Ambroſius, ac Papa Siricius. Et profectò permirũ eſt, veſtros Patriarchas in tam manifeſta veritate adeo impudentes ad mentiendum fuiſſe, ipſumq; Caluinum ita in hoc argumentũ iniurioſum eſſe voluiſſe, vt dixerit matrimonium nõ magis eſſe Sacramentum, quam textoris, tonſoris, ſutoris, & cæterorũ artes. Agite dum, quam nam ob cauſam veſtra Venus hanc vobis mentem iniecit, vt matrimonium ſuo honore ſpoliaretis? Quid ſua eius intererat? Nonne vt illud omni præſidio, fauoreq; diuino nudatum, è ſacro profanũ faceret, nec ei quicquam amplius, quã Turcarum, Ethnicorum, ac Iudæorum coniugiis tribueretur? Vt nihil aliud eſſet quam Venerea copulatio, qualis nimirum eſt inter excucullatos Monachos veſtros; ac Sacerdotes Apoſtatas, & eos omnes qui contra impedimẽta legitima, Dei, & Eccleſiæ legibus declarata nupſerunt? Nec ſane mirãdum, quod ex his neglectis, maximeq; ex hac Veneris Idololatria tot incommoda in veſtras familias importentur, & huius Idoli magno veſtro malo effecta ſentiatis. Quod ſi veſtrorum capitũ germina per ætatis gradus gradatim corneſcentia, ſicut in ceruis cerneremus: haud dubie plurimi iam fruticantes in ijs cornuum rami veſtræ doctrinæ ſymbola illuſtriſſima multifida ſerie prominerent.

LIBRI V. CAP. II.
Lib. 9. de Gen. ad lit. c. 9
l. de fide & oper. c. 7.
Lib. de Bono Coniug. cap. 7. 8. 15.
Lib. de Virginit. c. 12.
lib. con. Iul. c. 9. l. 2. de pecc. orig. c. 34.
lib. 1. de nupt. & concup. c. 10. 17. 21.
S. Ambr. in c. 5. Epheſ. & lib. 1. de Abraham, c. 7. Siric. Ep. 1. c. 4.
Caluinus matrimonium cum ſutoria cõfert.
l 4. Inſt. c. 19. §. 34.
Cur diabolus perſuaſerit Miniſtris vt dicerẽt Matrimoniũ nõ eſſe Sacramentũ.

Digitized by Google

Alia per Miniſtrorum Venerem matrimonio illata contumelia.

CAPVT XII.

NOn fuit vobis ſatis tantam, quantam ſuperiori capite diximus iniuriam inferre matrimonio, quin etiam vos ſtudioſi carnis curatores, Venerisque patroni quatuor illud egregiis qualitatibus, vnitate ſcilicet, firmitate, perpetuitate & conſanguinitatis gradib⁹ nudaſtis. Etenim Lutherus primus iſtius reformatæ Veneris, veſtræq; Religionis parens, tenet contra Chriſtiani Matrimonij vnitatẽ cuilibet fas eſſe, & integrum plures vxores ducere, & vno eodẽq; tempore illas ſimul habere: vt quondã in lege naturæ, ac Moſaica, & hoc æuo ab Ethnicis, Turcis, & Iudæis factitatur: licet enim dicat nolle ſe hunc morem inducere, tamen aſſerit ſe eum non poſſe damnare. Atenim nugatorem iſtum latere non potuit hæc tam perſpicua Chriſti Domini ſententia: *Quicunq; dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit, mœchatur.* Ex quo fit neceſſario eum nõ poſſe alteram habere priore ſuperſtite, quãuis ob ipſius impudicitiã ſe ab ea ſeiũxerit, ſuaſque ſibi res iuſſerit habere. Quam veritatẽ S. deinde Paulus aſſeuerãter inculcauit: qui de Matrimonio ſcribens, vnius duntaxat meminit vxoris, eãq; tamdiu eſſe ſub viro, legique alligatam, quandiu vir eius vixerit. Nec ſcire non potuit ille fidei deſertor ab initio Matrimonium authore Deo vnius Adami cum vnica Eua inſtitutum fuiſſe: Polygamiam vero, & vxorum multitudinem non quidem ſtabilitam, aut decretam, ſed certas ob cauſas nonnullis Patriar-

Luther. in Propoſitionibus de bigamia Epiſcoporũ anno 1528. Propoſ. 65. 66.

Matt. 19. 9.

Vxor alligata viro quamdiu viuit.

Rom. 7. 3.
1. Cor. 7. 38.

• Polygami infames.
ff. de iis qui notantur

Patriarchis, puta Abrahamo, Iacobo, & Dauidi, à Deo permiſſam, & toleratam: quod ius ipſi quoq; Ethnici agnouerunt: qui licet aliquando facerent Iudæorum more diuortia, tamen polygamiam nequaquam probabant: vt patet ex Imperatorum legibus infamiæ notam inurentibus pluriũ vxorum maritis. Aſſertor eſt etiã Ariſtoteles monogamiæ, damnatque polygamiam. In lege vero Chriſtiana portento ſimile eſt, vni viro plures vxores alligari. Norunt omnes quam fœda infamiæ macula ſe Valentinianus aſperſerit, cum ſanxit licere Chriſtianis duas ſimul vxores habere: nec obſcura fuit huius ſanciendæ legis, ac permiſſionis cauſa, praua ſcilicet eius animi affectio, non recta ratio, qua ſuam polygamiam coloraret: cum enim vnam haberet vxorem, alteram quam perdite adamabat, ſuperinduxit, ratus ſe crimen nefarium, multitudine criminum obtecturum.

LIBRI V. CAP. 12.

infamia. l. 1. & C. de Inceſtis nuptiis. l. eum qui.

Ariſtot. in Polit. in vtroq; œcunomico.

Valentinianus.

Socrat. l. 4. c. 27.

Deinde ſtabilem Matrimonij ſtatum, conſtantemque ipſius conuellitis firmitatem: idque nulla ſanctionis Chriſti Domini habita ratione: qui quãdiu coniuges ambo vixerint, eorũ matrimonium ſtabile, ac perpetuum eſſe decreuit: nec illius vinculum alio modo poſſe, quam morte diſſolui: addiditque diuortij libellum, & facultatem nubendi alteri fuiſſe tantum indulgentiam pertinacibus olim Iudæis tributam, nec ita factum à mundi primordiis. Fixum igitur in animis veſtris teneto te, neminem hominem poſſe viuente adhuc vxore aliam ducere, nullique mulieri fas eſſe, ſuperſtite priori marito, alteri viro coniungi. Lutherus hanc legem reiicit: eandem Caluinus tyrannicam

Matrimonij firmitas.

Matt. 19. 4
Marc. 10. 11
Rom. 7. 1.
1. Cor. 7. 10.

LIBRI V. CAP. 12. appellat: vos ſecundum eoſdem tenetis, adulterij, vel abſentiæ cauſa, caſuue interueniẽte licere vtrique coniugum ad nouum thorum conuolare.

In conſtitutionibus Geneuenſium.

Quod denique ſpectat ad gradus affinitatis, religioni vobis non eſt, ſpiritualem neceſſitudinem omnem repudiare: è ciuili autem cognatione ſanguinis, neglectis Conciliorum decretis, atque ſanctionibus Eccleſiaſticis, eos tantum gradus retinetis, quos à maioribus veſtris accepiſtis: vel qui ad ſenſus veſtros videntur accommodati. Nec vero, ſi Lutherum auditis, vllus obſtabit ſcrupulus, quo minus veſtræ vobis nubant ſorores: ſiquidem docet ille voce licet tremebunda, Scripturam ſacram ab hoc non admodum abhorrere: quod vt confirmet Ammonis, & ſororis ſuæ Thamaris exemplũ adducit: atque inexpiabilem iniuriam infertis matrimonio, cum illud quantum in vobis eſt, Ethnicorum nuptiis exæquetis: vtque Veneri faueatis, vias omnes ac ſemitas panditis, quibus cuique in promptu ſit quaſcunque voluptatum illlecebras, cunctasque libidinum formas ſumma libertate conſectari.

Lutherus omnẽ ſpiritualem cognationem damnat. *lib. de capt. Babyl. c. de matrimon.* *Beza l. de Diuortiis.* *In ſtatutis decretisq; Geneuenſium.* Sorores in matrimonium à fratribus accipi. *Luth. ſer. de Matrim. to. 5.* *2. Reg. 13. 14.*

De ſtatuis, & Idolis Veneris, Cupidinis, Priapi: de columbis, cygnis & ſacrificiis Veneris, aliisq; ſuperſtitionibus in Hugonotica Religione innouatis.

CAPVT XIII.

NE quæſo vos huius, & ſequentium capitum inſcriptio commoueat, Miniſtri, ac ſi ab ijs, quibus vos onerat, alieni eſſe videamini: id modo quid dicat attendite: & ſi falſo vos accuſare, calumnia-

lumniatoris nomē minime deprecabor. Fieri quidem poteſt (quod tamen pro certo non auſim affirmare) vt nullas ex metallo, ligno, marmore, aliaue materia fictas, & ſculptas Veneris ſtatuas, nec cætera quæ inſcriptione capitis indicantur, apud vos habeatis: attamen vos peiora facere contendo. Veſtra ſimulachra, ſtatuæ, Idola, veſtri Cupidines, Priapi, & cæteri Hugonoticæ Idololatriæ apparatus, & inſtrumenta, longe tenuiora ſunt, maioriq; arte ac vafritie quam Ethnicorum ad fallendum elaborata: illa ſiquidem ſpirant, & altius intimis animorum ſenſibus inhærent: eoſq; vehementius quam iſtorum Idola permouent, quorum quidem locum exquiſitiſſima dæmonis arte ſubierunt: & cum animos affecerunt, in maſſam aſpectabilem, carnemque formantur. Quæ ſunt igitur, ſi quis roget, obſcœnæ, nudæq; Veneris ſtatuæ à vobis, veſtræq; Reformatæ molitoribus fabrefactæ? Illa ſc. quæ ſupra dixi Venerea Theoremata, primum in veſtris animis concepta, ingeniiq; acumine artificioſe formata, quæ deinde lingua, ſtyloq; prædicatis: nec modo ſine fronte, ſed etiam cum religionis oſtentatione, opere, req; ipſa palam adoratis. *Vnuſquiſq; ſacer, ac profanus, laicus & Sacerdos vxorē ducito. Virginitas exulato. Cœlibatus exterminator. Nemo voto caſtitatis aſtringitur. Nullus iam emiſſum continentiæ votum violare ducito.* Sunt hæc Idola veſtra, nullo obtecta velamine, ſed nuda prorſus palam expoſita, quę viuunt, ac loquuntur: ac proinde in iis maior vis ineſt ad excitandam libidinem, quam in antiquæ Veneris ſimulachris, quæ corporeis modo ſenſibus externis obiiciebantur, vt facile eſſet eorū impreſſionibus rationi diligenter excubanti, beneq;

Hæreſes in locum Ethnicorū veterum ſuffectæ.

S. Cypria. ſupra l. 1.

Idola Veneris à Miniſtris conflata, ac palam propoſita.

affectæ voluntati reſiſtere. Veſtra vero Idola, vt impreſſæ animis imagines primo inſultu mentis oculos perſtringunt, rationem obcœcant, voluntatem peruertunt, perq; internos ſenſus in carne luxuriæ flammas accendunt. Ethnicorum Idola ſe duntaxat ſpectantes ſauciabant, nec tamen omnes ea ſpectabant: veſtra vos percellunt omnes, quandoquidem nemo non ea ſecum, & vbique circumfert. Nec vero ab annis circiter octoginta, quibus veſtra Reformata fœtaue virguncula puſiones reformatulos parere cœpit, inuentus eſt vllus, qui perpetuæ ſe ſponſione caſtitatis obſtrinxerit: aut qui ritum hunc inſtar meræ ſuperſtitionis non habuerit. Neque ſane mirum, cum veſtri principes, ac præcipua Sectæ columina, excucullati Monachi, ſacrilegi Sacerdotes, vagæ diſſolutæque Moniales caſtimonię vota retractarint, libidinoſa carnis propudia, viuaque Veneris Idola euaſerint: & illi in hac infida fide, vitæque flagitiis omnibus contaminatiſſima, inter beatas cœlorum mentes, & choros Sanctorum deſtinatam ſibi, certoque paratam ſedem eſſe confidunt. Quicquamne fuit olim in fano Veneris impurius, ac turpius ad adorandum expoſitum? Ecquid poteſt excogitari ad libidinem ciendam ardentius? Vnquamne valuit Cupido Ethnicus oculis obductis, flagitioſi amoris telis vibratis grauiora mentibus infligere vulnera, ac vehementiores, quam veſtra hæc Idola, & impura carnis Idololatria, concupiſcentiæ faces admouere?

De Idolis Priapi.

CAPVT XIV.

NEc vero Idola Priapi in veſtra Reformatione deſiderantur: tot enim ab eius incunabulis fuerunt, & adhuc ſunt, quot in ea Sacerdotes & Monachi Apoſtatæ verſantur. Singulos ne proferam vetat pudor: tantam obſcœnitatem retectam non ferunt aures religioſæ: Bezam vnum ſit ſatis nominaſſe: tum vt ex eo de cæteris coniectura capiatur: tum vt in illius turpitudine tandem erubeſcatis. Eiuſne legiſtis, aut aliquando audiſtis Amores, Poemata, verſus præſertim de ſuis *Audeberto*, & *Candida* compoſitos? Fuerunt enim typis in lucem editi, vulgati, nec in hortulis, vt Idola Priapi, ſed in Muſæolis, in Conclauibus, in Scholis, in compitis, in theatris, templiſque veſtris, expoſiti, oſtenſi decantati: eoſne ignorare potuiſtis? Quid cenſetis? Vllusne Priapus extitit vnquam libidine ſalacior, oratione inquinatior, ſuæ membro obſcœnitatis impudentior, quam hic veſtræ Reformatæ Pentapolitanus Antiſtes? Dicite Miniſtri, Pindarusne, Anacreon, aliique profani Pæderaſtæ de ſuis Batyllis, ac Theoxenis obſcœnius vel impudentius ſcripſerint, quam de ſuo Idolo carneo Audeberto Beza Chriſtianus, vt putatis, reformatus, eximiusque Doctor Euangelicus? Ethnicam, Venerem aiunt, Priapum à ſe editum erubuiſſe, eumque ob deformitatem membrique indecentiam abieciſſe: nũ par eſt veſtram Religionẽ rubore ſuffundi, quod huiuſmodi fœtũ millies Priapo monſtroſiorẽ ediderit? Quid ad obtegendũ Priapi hui⁹ tã fœde reformati obſcęnitatẽ afferetis?

Idola Priapi.

LIBRI V. CAP. 14.

Quid dicetis? Idne fortaſſe quod pridem occinuiſtis, vos has Bezanas libidines improbare, ipſumq; Bezam eas deinde fuiſſe deteſtatũ? Recte omnino, ſi quidem vera dicitis. Atenim qui ſcire poſſumus? Qua nobis iſtud ratione perſuadetis? Extant, omniumq; impudicorũ manib. teri poſſunt execrãda Poemata, quibus ille prodigioſam libidinẽ ſuã profitetur: quænã reſipiſcẽtis, & palinodiã canẽtis indicia? Quo genere carminũ libidinoſus verſificator execrandã defleuit obſcęnitatẽ? Vbi ſcripta veſtra quibus eũ in hoc ſaltem, quod in illo deteſtamini, damnandũ putatis? Dauid Rex inclytus ſancte vixerat: præclara admodum facinora, ad Dei gloriã, & cõe ſui populi bonum fecerat; ſed cum duplici crimine patrato, adulterio nimirũ & homicidio ſe deinde contaminaſſet, diuinum virũ ſe de his arguentẽ libenter audiuit, ſtatimq; cœpit contractas, ſcelere maculas lacrymis abſtergere: atq; reliquũ vitæ ſpatium flendo, pœnitendo, dolẽdo, ſeq; diu noctuq; affli̇ctãdo conſumpſit. Teſtes ſunt animi vere pœnitentis diuini Pſalmi, ſacræ Odæ, cœleſtiq; ſpiritu afflata Cantica: quibus ita dolenter ſua confitetur, deteſtatur, defletq; peccata, vt illi ſacri verſus non tam atramento, quam lacrymis conſcripti fuiſſe videantur. S. Auguſtinus nondum Chriſtianus ex ephebis egreſſus, concubinam ſibi adiunxerat: cuius vitæ reliquum, quid aliud poſtea fuit quã perpetuũ frugalitatis, modeſtiæ, temperantiæ, pudicitiæ, & cæterarũ virtutũ tanto pœnitente Doctore & Eccleſiæ Dei paſtore digniſſimũ exẽplar, ac perennis exercitatio? Nec fuit illi ſapiẽtiſſimo viro ſatis intra priuatos parietes delicta iuuentutis acerbiſſime deflere, ac de ſeipſo volũtarias ad offenſum

Bezæ annorum retractatio nulla.

Pœnitẽtia Dauidis. Pſal. 50.

S. Auguſtinus in Confeſſionibus.

numen

Numen placandum pœnas repetere: quin etiam certo conſilio librum conſcripſit, in quo non Deo ſolum, ſed etiam hominibus admiſſam culpã, quæ alioquin non ita multis erat manifeſta, libera confeſſione detexit: eamque ingemiſcens deteſtatus eſt, eorum etiam omnium, quæ turpiter patrarat adoleſcens veniam flebiliter petiit à Deo, egregium poſteris, & iis omnibus reſipiſcendi exemplum ſtatuens, & documentum, qui ſe peruerſitate morum imitarentur. Agite dum, vbinam Bezæ confeſſio? vbi lachrymæ, gemituſq; reſipiſcentis? Vbi ſaccus, cinis, cilicium, ſqualor, & cætera eiuſmodi Chriſtianæ veræq; pœnitentiæ, & animi ſerio pœnitentis argumenta? At quid hæc à vobis requiramus? cum neque pœnitentiam viuis, nec vllum vita functis purgationis locum relinquatis? Quibus ſaltem patebit orbi Chriſtiano teſtimoniis, ipſum flagitioſos iuuentutis ſuæ mores, crimenq; Gomorrhæum deteſtatum fuiſſe? Vbi Scripta veſtra, quæ propudium improbent, damnent, execrentur? S. Paulus non acriter modo redarguit Corinthium hominem, qui ſe inceſtu nefario contaminarat, verum etiam diris deuotum, anathematiſq; telo confixum, è cœtu fidelium exturbauit. Ecquis inter vos æmulus Apoſtoli Pauli, vel vnico verbo hunc Chriſtianum Reformatum admonuit, cum nefariis indulgebat amoribus, cum ſe infamem adulterum, & quouis Priapo turpiorem Pæderaſtem palam exhibebat? Diceti ſne fieri potuiſſe, vt clam ſua peccata Beza defleuerit? Vt nemine conſcio infanda illa ſcelera fuerit execratus? At enim quibus veſtigiis occultam illam pœnitentis viri cellam, tantorum gemituum, lachrymarumq; conſciam per-

Libri V. Cap. 14.

Digitized by Google

De Columbis, Cygnis, Paſſeribus, Hircis, & Vaccis Veneris, in Hugonotica Secta renouatis.

CAPVT XV.

COlumbæ currum Veneris trahentes à vobis ſimiliter in veſtra Reformata cernuntur expreſſæ. Multæ ſunt huic aui proprietates egregiæ, quibus in ſacris literis virtus adumbratur, ſed illæ nihil ad vos. Sunt & aliæ malæ, vitiorum ſymbola; ex quo fit: vt eadem Scriptura ſtolidam appellet columbam, non habentem cor. Viribus caret: atque prudentia, nouit tantum mari coniungi, & parere: ſuo columbario vbi ſecura degebat relicto, per auia, deſertaque loca vagatur ſolitaria, vbi nec Milui, nec aliarum volucrum rapacium vngues & roſtrum effugiat, cedatque illis in prædam. His qualitatibus, authore ſancto Hieronymo, ſtolidos, maximeque Idololatras, & Hæreticos adumbrat. Ita Oſeæ Propheta Ephraimitas columbę ſeductæ, ac vecordi ſimiles eſſe querebatur; quod Ieroſolymis derelictis, ac templo, Idola ſibi fabricaſſent. *Factus eſt Ephraim*, aiēbat. *quaſi columba ſeducta non habens cor: Aegyptū inuocabant, ad Aſſyrios abierunt. Væ eis quoniam receſſerunt à me: vaſtabuntur qui præuaricati ſunt in me: & ego redemi eos: & ipſi locuti ſunt contra me mendacia.* Hæc omnia de vobis apertiſſime dici poſſe quis negabit? Nonne his qualitatibus vos columbas currui Veneris iunctas agnoſcitis? Vnum omnium veſtrum opus eſt iugari, oua parere, fouere, carnis, ac tenebrarum operi dies, ac noctes incumbere. Ab auita fide maiorum, Eccleſiaque Catholica ad Ægyptios, & Aſſyrios

Columba in S. literis ſymbolum ſimplicitatis. *Eſtote ſimplices, Mat. 10. 16.*

Columba ſtolida. *Oſee 7. 11.*

Columbis notantur Hæretici. *S. Hierō. in Pſalm. 77.*

Probrum Hebræis obiectum. *Oſe. 7. 11. 13*

ſyrios defeciſtis, vt vos prædam, æternumq; pabulum Tartareis miluis obiiceretis. Aduerſus enim, qui ſui ſanguinis pretio vos in libertatem vindicauit, mendacia loquimini, & pudore abiecto docetis: ac ne longum faciam adiuncta maligna columbæ, vos Veneris columbas indicant, inprimis idoneas ad currum Deæ tanti nominis trahendum, eiuſq; obſcœnitates tuendas.

Cygni.

Deinde, cur eiuſdem Diuæ Cygni nominari non debeatis minime video, quandoquidem earum volucrum proprietates, in vos aptiſſime quadrant. Cygni immundæ ſunt volucres, longitudine colli Hieroglyphica ſuperbiæ, candore plumarum, cantuſque ſuauitate hypocritarum; & in eo quod roſtro ſe viciſſim impetunt, aſperos crudeleſque deſignant. Hæreticos autem omnes arrogantia eſſe timidos, ſimulatione pietatis, hypocritas, domeſtica diſſenſione, & mutua roſtro, & vnguibus laceratione, non cygnis modo, ſed miluis & vulturibus ferociores, iampridem eſt ſatis ſuperque toti orbi teſtatum. Et ſi veſtra pronuntiata rebus Venereis patrocinantia, his adiunctis Cygnique proprietatibus copulentur, nulla ſupererit cuique dubitatio, quin vos currui Veneris trahendo alligatos eſſe fateatur. Inſuper cur non Diua Paphi vos, vt ſuos paſſeres admitteret, cum minime ſitis inferiores ſalacitate paſſeribus, & ad Dominæ veſtræ currũ, cum cygnis & columbis trahendum idonei? Præterea

Hirci & Vaccæ.

Periuri Sacerdotes, deſertores Monachi, fugitiuæ Moniales, quos tanto plauſu in veſtras ſynagogas excipitis, fouetis, oſculamini, ſunt hirci, vaccæ, & opimæ, lectiſſimæq; Veneris Deæ veſtræ victimæ. Denique cætera carnis exercitia, ad eiuſdem ſacrificia pe-

Digitized by Google

ſicia perficienda aſſumuntur: veſtra deſideria, ſuſpiria amores occulti, quæcunque demum ad oblectationem curamque corporis, cuius eſtis fouendi ſtudioſiſſimi, hæc omnia ſunt vobis inſtar obnuptę Veneris, ſuum Adonidem extinctum lugentis. Hęc ſunt figurata lineamenta, quibus antiquæ Veneris Idololatriã in veſtra recens conficta religione ad viuum expreſſiſtis. Ad Mercurium veniamus.

LIBRI V. CAP. 16.

Venus obnupta.

Quibus fuerit innixa fundamentis Idololatria Mercurii, quanam eius proprietates, quæ ſacrificia.

CAPVT XVI.

VEneris planetam ſequitur Mercurius, nec multum diſpar vtriuſq; Idololatria; proinde Ethnici ſtatuas amborum ſimul in templis collocabant. Hunc ego ſimiliter ordinem tenebo. In Deorum priſcæ Gentilitatis album relatus fuit Mercurius, eadem qua reliqui ſuperſtitione, fallaci nimirum opinione Deitatis, quã malorum opifex Diabolus ad fallendos mortales nouo modo, nouoq; Idolo excogitato perſuaſit. Quoſdam maximæ authoritatis Deos, qui cæteris præeſſent, & imperarent, effecerat: vnum qui eorum iuſſa faceſſeret, eſſe voluit, quem ἙΡΜΗΝ Græci, MERCVRIVM Romani, aliæ Nationes aliis eum nominibus appellarent. Ac primum mortalibus fuit author, eum vt cœli, & diei: aut Iouis, & Maiæ filium Deorum nuncium atque interpretem pacis conciliandæ cauſa, vt belli nunciandi ſimiliter Irin, viatorum ducem, Deum denique Mercatorum, ac furum eſſe crederent. Quæ vana ſuperſtitio partim explane-

Venus vna cum Mercurio.
Plutar. in γαμικοῖς παραγγέλμασι.
Emblem. Alciat. 209

Mercurius Iouis ex Maia filius
Heſiod. in Theog. Orpheus in Hymn. Homer. in Hymn. Virg. 4. Æne. & 8. Arnob. l. 4. cont. Gent.

LIBRI V. CAP. 26. *Apollod. lib 3. Biblioth.* Iris. *Virg. 5 & 9. Æn. Seruius & Põtan. ibidem* Idololatriҫ Mercurianæ fundamentum. Angeli Dei nuncii. Miſſus ad Danielem Michael. *Dan. 10. 13.* ad Tobiã Raphael. *Tob. 3.* Aſtutia diaboli. Quidnam Diabolus ex viris illuſtribus ad Mercurium ſuum fingendum acceperit.

ex planetæ, cui idem Mercurii nomen eſt inditum, natura manauit; qui cum cœlo ſit affixus, in eoque fulgeat, ad familiam cœli, diei, ac luminis videtur pertinere: ſuoque ductu, fulgoriſq; adiumento iis qui peregrinandi conſilium ſuſceperunt, expeditam, tutamq; viam præſtare: partim vero ex imitatione peruerſa, quod nequam ille Genius in adminiſtratione mundi fieri videbat; in qua Deus ſolet cœleſtes ſpiritus ad ſua mandata perferenda mortalibus, eoſq; per ſalebroſum vitæ curriculum dirigendos, deſtinare. Ita Michaelem Archangelũ, vt Danieli futura declararet, & Raphaelem, vt Tobiæ ductorem, medicum, ac negotiorum curatorẽ miſſos à Deo fuiſſe diuina prodit hiſtoria. Ita pleroſque alios ad protegendos, inſtituendos, variiſque modis iuuandos Dei filios, virtutiſq; cultores è cœlo frequenter mitti certiſſimũ eſt: quibus obſequiis ac beneficiis beati illi ſpiritus, angeli, nuncii Dei, hominumq; duces iure, meritoque nominantur. Cum igitur ſcelerum artifex de hoc cœleſtium nunciorum numero fuiſſet aliquando, factus poſtea ſuperbia, & ambitione ſua Diabolus, Maieſtatem ſupremam, cuius honorem affectabat, vitioſa ſemper æmulatione conatus eſt imitari, vt nouæ Deitatis nomine, diuinos ipſe honores conſequeretur. Ergo vnum Mercurium (imo eius nominis plurimos) excogitauit, effinxit vulgauit veluti nuncium, miniſtrum, & interpretem Deorum, vt in eius Idolis, fictaque Diuinitate Ipſemet coleretur. Deinde, vt huic fictæ Deitati Mercurianæ, maiorem adſtrueret authoritatem, fatuatæ ſtultorum hominum Phantaſiæ multarum virtutum diuinarum opinionem inſeruit, quas

ſuo Mer-

ſuo Mercurio affinxerat, ad earum ſimilitudinem quæ in quibuſdam viris admirandis, ac veri Dei Prophetis elucebant. Ad inſtar ſiquidem Moyſis, qui eodem, quo hic Mercurius ex Inferis emerſit æuo, florebat, hominibus errore deluſis facile perſuaſit Caduceum ab illo geſtari, quo pacem afferre: homines ſomno ſopire, vel ſomno ſopitos excitare, animas in Orcum mittere, eaſdemque inde euocare crederetur. Cum poteſt eſſe dubium, quin illo Caduceo virgam Moyſis voluerit adumbrare; qua diuinus hic vir pacem Hebræis pertulit, qua in cœlo, æthere, aquis, terra, mirabilia prorſus vitæ mortiſque ſigna edidit: qua præſertim pelagi vaſtam abyſſum aperuit, vt in ea ſubmerſo Pharaonis exercitu, Hebræi ſalui & incolumes in alterum littus, velut euocati ab Inferis euaderent? Vtque aliqua ratione ad ſe rei mirabilis laudem traheret, quam Deus conuerſa in colubrum virga Moyſis effecit, ille ſimiliter geminos Caduceo ſerpentes adiunxit. Quoniam autem idem Moyſes qui primum fuerat egregie cunctis Ægyptiorum doctrinis excultus; deinde paſtoritiã in Arabiæ ſolitudinibus exercuerat, tum ad Pharaonem caduceator à Deo, eiuſq; diuinæ voluntatis miſſus interpres: poſtea dux & legislator Hebræorum, ac veluti ſequeſter inter Deũ, & homines cõſtitutus: Ita horum omniũ æmulus Cacodæmon apud omnes peruulgauit non modo ſuum Mercuriũ eſſe doctum, ſed artium etiam, ac diſciplinarum inuen-

LIBRI V. CAP. 17.

Mercurii Caducei pacifc.

Mart lib. 7 Virgil. 4. Æneid. Homerus Odyſ. 1. Iulian. Imperator Epiſt ad Iambl. Horat lib. 1. Carmin. Ode. 10. Plutarch. Problem. 136. Arnob lib. 4. contra Gent.

Virga Moſis.

Exodi. 4.

Miranda edidit Moſes.

Exodi 4. 7. 8. 9. 10. & 14.

Serpentes caducei Mercurii. *Iamblicus Epiſt. ad Dexippum. Plinius libro vigeſimonono, capitulo tertio. Hyginius libro ſecundo, cap. octauo. Macrob. libr. 1. Saturn. capit. 19, Alex. ab Alexand. lib. quinto. capit. tertio.* Virga Moyſis in ſerpentem verſa. *Exodi 4. 5. libro vige- vbi delyri. Genti. & 710.* Statua Mercurii. *Prou. 26. 8.*

Libri V. Cap. 17. iumentorem, armentorum, & gregum Deorum paſtorem, hominum inſtitutorem ac reformatorem: Deorum hominumque ſequeſtrem & arbitrum, nec tantum eloquentem, ſed numen habendo ſermoni præpoſitum: cœlitum internuncium, & interpretem, atq; ob eam, quam ſupra tetigi rationem, viatorum ducem: vnde eius ſtatuæ in triuiis & compitis, Scriptura teſte, collocabantur. Hæc communis erat Ethnicorum fides etiam ætate Apoſtolorum. Vnde factum, vt cum SS. Paulus & Barnabas cuidam claudo Lyſtris pedum vſum Chriſti nomine impertiiſſent, ab illius ciuitatis hominibus Dii habiti fuerint; quare exiſtimãtes Barnabam eſſe Iouem, Paulum vero quod dux eſſet verbi, Mercurium, diuinos vtrique honores deferre ſtatuerunt. Fuit præterea negotiationum, ac mercatorum Deus habitus Mercurius, quod ad mercaturam faciendam neceſſaria ſit in primis oratio. Cæterum ſic illius conformabant Idola, vt alæ geminæ Petaſo capitis affixæ, volucrem per aera ſermonem ferri notarent: talaria vero annexa pedibus indicabant mercatores hac illac volitare debere ne lucri, cuius ſunt auidiſſimi, faciendi occaſionem neglexiſſe videantur.

Mercurius *Act, 14. 9.* Idola Mercurii alata. *Apul. in Apol. S. Aug. l. 7. de ciu. c. 15. Plaut. in Amphyt.*

Vitia Mercurii.

Capvt XVII.

Vitia Mercurii, Diaboliq; malitia. Mercurius fallax. *S Aug. l. 4. de ciu. c. 27*

Poſtquam Diabolus prẹlcaris hiſce virtutibus, rebuſque bonis, & an ſpeciem diuinis ſuum Mercurium ornatum eſſe probaſſet credulis mortalibus: vt in iis veluti fundamento, ſuas prẹſtigias & dolos ẹdificaret: improbos eiuſdem ficti numinis, ſceleratoſq; mores, vulgauit, vt propoſitum eſſet cul-

cultoribus ſuis ad imitandum exemplar. Palam
tur expoſuit Mercurium eſſe Deum fraudulen-
n, circulatorem, furem, furumque archidu-
n, vt omnes tanti numinis æmuli, fallere præ-
tim in commercio, in res alienas inuolare, vir-
:e, doloue augere fortunas, ſibi fas eſſe arbitra-
ıtur. Hinc congruenter huic inſtitutioni cuili-
t apud Sauios tamdiu rapere, ac furari licebat
pune, quandiu iſti ficto numini ſacra fiebant.
ƈtimæ erat gallus, Symbolum diligentiæ, quæ
tus eſt mercatoribus cum primis neceſſaria:
nnunquam homines ipſi; genus crudelitatis Sa-
ınæ Mercurii authori gratiſſimum. Idem in vul-
s indicauit aliquando Mercurium in hircum fu-
: mutatum, in eaque forma Paſtorum tutelarem
:um Pana capripedem ex Penelope procreaſſe.
ɔod quandam ſimilitudinem habet veri: cultus
ım Dæmonis ſemper fertur in libidinem, qua
ſcœnitate, vt luto ſus, magnopere delectatur: ſed
m ei non queat, quod ſpiritus ſit, indulgere, ta-
:n vel aſſumit vera corpora, vel corporum for-
ıs certa ratione fabricatur, ſibique aptat: modo
:cie virili, vt cum mulieribus coeat, & ſic Incu-
s dicitur: modo muliebri, qua ſe viris fæde ſub-
iat, vnde ſuccubi ſortitur appellationem: modo
cuius beſtiæ figuram induit, hirci præſertim,
od ſua ſuperbia cornibus, vt obſcęnitas eiuſdem
imantis ſalacitate myſtico emblemate deſigne-
:: cuius figuram, atque adeo corpus admodum
Ll frequen-

Libri V. Cap. 17.
Scurra.
Fur.
Ouid. 2. Metam.
Pauſan. in Corinth.
Zeres Hiſt. 202. Chil. 8
Homer. in Hymn.
Nat. Com. Myth. lib 5. cap. 5.
Mos Sauiorum.
Plutar. in quæſt. Græc q. 55.
Galli & homines Mercurii victimæ.
Pier. lib. 24
Mercurius in hircum mutatus.
Cartin. in Imag. Iouis
Pan.
Herod. lib. 2. Ouid. 2. Faſt. Virg. 1. Georg. Homer. in Hymn. Nat. Com. Myth. libr. 5. capit. 6. Dæmones incubi & ſuccubi. *Sanctus Auguſtinus libro decimoquinto, de ciuitate, capitulo vigeſimotertio.* Hircus Diaboli Hieroglyphicum.

Digitized by Google

LIBRI V. CAP. 17.

frequenter illum aſſumere innumera lamiarum exempla teſtantur: quæ veneficiorum apud iudices ſæpe conuictæ nocturnis, execrandiſque conuentibus ea forma, Dæmonem cui ſe addixerunt, identidem apparere declararunt. Nec idem obſcure Scriptura ſignificat, cum, vt ſupra fuit adnotatum, ſalaces hos ſpiritus Piloſos, hoc eſt, hircos indigitat. Summa hæc eſt Idololatriæ Mercurii: nec ſum neſcius multa præterea de eo, quæ eodem ſpectant, fabuloſe narrari: ſed his modo adducendis ſuperſedeo; nam ex iis quæ propoſita ſunt liquido conſtat, iſtius ficti numinis vti cæterorum cultum, eo conſilio fuiſſe in orbem inuectum à Dæmone, vt veris hiſtoriis mendacia opponeret, ſubſtitueretque: ac per errorem fictæ Diuinitatis, facta fallacia, ſermonemque fraudulentum impoſtoris Dei, furis, furtorum ac fallaciarum anteſignani, deluſi mortales, exemploque inducti, ad idem audendum impellerentur.

Piloſi ſaltabunt. Iſa. 13. 21 & 34. 14

Hircus frequens in conuentu ſagarum.

Quo pacto Diabolus in Miniſtris Hugonoticis ingenium Mercurii, & in eorum Miniſterio huius Idololatriam innouarit.

CAPVT XVIII.

VIdeamus iam quam ſolerti artificio antiquus fallaciarum machinator Mercuriali ſpiritu vos omnes afflarit, nec non eiuſdem Idola, cultumque ſuperſtitioſum in veſtra doctrina, & actionibus excitarit. *I*n primis vos haberi vultis, & eſtis (credite Piſones) cœli, dieique filii: nam ante veſtrum præclarum ortum in tenebris, ſcilicet, verſabatur orbis vniuerſus. Eſtis igitur Dei nuncii & interpretes, vtq; noui Mercurii, nullo diplomate muniti ab

illo

miſſi, ad mundum multis retro ſeculis deformtum, penitus reformandum: ad nouam religion cudendam, ad palãtes errabundoſq; mortales ectam, à qua aberrarant, viam reducendos, eoſe à flãmæ purgantis incendiis longiſſime remo-, in cœlum vſq; fidei modo recentis innixos Scine perducendos. Mercurium Ethnici falſa opine deluſi, vt deorum miniſtrum, & gregum eodem paſtorem habebant: pari iure voſmet Doni Miniſtros, & gregis eius Reformati Paſtores ncupatis: nam hoc tam verum eſt, quam vera eſt us Dei commentitii diuinitas; tamque facile eſt planos ac ſycophantas, quã certa ratione Merium peſſimũ fuiſſe Geniũ oſtendere. Hæc proſitio eſt vniuerſa, & generale ſeculis omnibus, ate in ſtatu ciuili, & Eccleſiaſtico probatum, & retum axioma, quod nemo niſi volente, ac mante ſuperiore, vel Principe officium, munuſue blicum ſibi debeat ſumere: quare ſiquis præter nmi Principis voluntatem, regiumue diploma, in aliqua prouincia Præfectum, vel in ſumma ria Prætorem agere, aut publicam aliam prouinm audeat vſurpare, fit reus, pœnæque obnoxiomniaque eius acta reſcinduntur. Ad eum mom ſi quis inuito, vel non mandante Epiſcopo, alio quouis Antiſtite, ſuggeſtum aſcendere, è eriore loco verba facere, Deique legem expore aggrediatur, licet nihil à recta fide alienum, il niſi pium, rectumq; doceat, falſi nihilominus ophetæ nomen, & crimen incurrit. Dei namque es ſtabilitas infringit, volentis, atq; præcipientis ſicut in huius vniuerſitatis rerum conſtitutio, alia ex aliis, cauſæque ſecundæ ex ſuperioris, & primis, ſcilicet, eo, quo fundatæ ſunt

Libri V. Cap. 18.

Nemo publicum munus niſi ad id delegetur debet vſurpare.

Nec quiſquam ſibi ſumit honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. *Hebr. 5. 4. Exod. 28. 1. 2. Paral. 26. 18.*

Digitized by Google

LIBRI V. CAP. 18.

ordine penderent; ita in domo ſua, id eſt, Eccleſia, vt ordo Hierarchicus, certaq; officiorũ, numerum, graduumque diſpoſitio ſeruaretur. Vos autem non modo palam cõcionari, verum etiam nouam Religionem Orthodoxæ plane contrariam eſtis auſi docere cum tamen ad id muneris nullã ab aliquo Eccleſiæ Catholicæ, à qua defeciſtis, Paſtore facultatẽ habuiſſe fateamini. Num vos veſtra confeſſione damnatis? Num falſos Prophetas aperte declaratis? Et vero ſi nemini licet ſutoriã, fabrilem aut aliam quamlibet artem in vrbibus optima politia inſtitutis, quas Gallorum vulgus iuratas appellat exercere, niſi eius artis magiſterum ſit, dato Sacramento, conſequutus; quod ſupplicii genus ad vos plectendos ſatis graue decerni poſſet, quod ſine cuiuſq; authoritate prouinciam, quæ eſt in Dei regno omniũ maxima, ambieritis, arripueritis, ac cœlo terraq; reclamantibus, etiamnũ tanquam vobis propriam vendicetis? Quænam iſthęc tanta vecordia, tam effrænata temeritas? Etenim ſi nemo veſtrum poteſt, niſi manu miſſus Miniſtrum inter fraterculos agere, deque veſtris myſteriis concionari: poteratiſne fidem nouam, antiquæ, orthodoxæ, quindecim ſecula conſeruatæ, ex diametro oppoſitam comminiſci, & in vulgus pro concionibus efferre, niſi primum in argumentum legitimæ facultatis acceptæ, ritu ſolenni vobis manus imponerentur? His dudum tentaſtis reſpondere, vos ad reſtinguendum domus Dei conflagrantis incendium extraordinaria poteſtate ab illo fuiſſe delegatos, eiuſq; conſeruandæ accepiſſe prouinciam. At hanc reſponſionem orthodoxi Doctores adeo ſolide refutarunt, vt nihil contra potueritis hiſcere.

Friuolum miniſtrorũ reſponſum

iſcere. Inprimis Dei domum ante vos natos, ne-
nine perturbante ſumma pace floruiſſe, neque
rius ardere cœpiſſe, quam vos picem, reſinam,
nalleolos, faces ad eam incendendam attuliſſe-
is, atque vnicum reſtinguendi incendii veſtra o-
era excitati ſupereſſe remedium, ſi vos flammis
raderemini vſtulandi. Deinde certum extraordi-
ariæ iſtius miſſionis Symbolum vos omnino pro-
erre debuiſſe, ſi vt quidē iactatis, vos Deus, vt Ec-
leſiæ reformatores deſtinarat: & miſſionem iſtam
ignis editis, atq; miraculis confirmare. Alioquin
quotuſquiſque reperietur Hæreticorum, quin ad
urbandum otium Eccleſiæ irruat, peruerſæque
doctrinæ in agro ſummi Patrisfamilias ſementem
aciat, id modo dicat, ſe ab eodem eſſe deſtinatum?
Quod nullis prorſus offertis, ad veſtram miſſio-
iem probandam miraculis, nihilominus vultis
anquam ę cœlo delapſos admitti. Vt nouam do-
trinam, ac fidem extraordinariam diſſeminetis,
naius vobis præ Apoſtolis ius, & authoritatem ar-
ogatis, quibus hanc patrandi miracula poteſta-
em IESVS CHRISTVS neceſſariam iu-
licauit, vt nimirum ſignis ſupra naturæ vim, com-
munemque rationem editis, doctrinæ, ad quam
prędicandam ſeligebantur, veritatem aſſererent:
& hac diuinæ Maieſtatis veluti teſſera, ſe eiuſdem
uthoritate miſſos probarent. Vbinam gentium
veſtra, Miniſtri, miracula, quibus vos Dei nunci-
os eſſe teſtentur? Quot ægrotos ſanaſtis? Quot
impuros ſpiritus effugaſtis? Quot mortuos ad vi-
tam reuocaſtis? Agite dum, ſi quid admirabile in-
uocato IESV CHRISTI, cuius vos fa-
mulos ac Miniſtros iactatis, nomine edidiſtis vn-

LIBRI V. CAP. 18.
Hæretici Dei domus incendiarii

Miracula extraordinariæ miſſioni neceſſaria.

Ne vnum quidē miraculum Miniſtri ędere potuerunt.

ordine penderent; ita in domo ſua, id eſt, Eccleſia, vt ordo Hierarchicus, certaq; officiorũ, numerum, graduumque diſpoſitio ſeruaretur. Vos autem non modo palam cõcionari, verum etiam nouam Religionem Orthodoxæ plane contrariam eſtis auſi docere cum tamen ad id muneris nullã ab aliquo Eccleſiæ Catholicæ, à qua defeciſtis, Paſtore facultatẽ habuiſſe fateamini. Num vos veſtra confeſſione damnatis? Num falſos Prophetas aperte declaratis? Et vero ſi nemini licet ſutoriã, fabrilem aut aliam quamlibet artem in vrbibus optima politia inſtitutis, quas Gallorum vulgus iuratas appellat exercere, niſi eius artis magiſterum ſit, dato Sacramento, conſequutus; quod ſupplicii genus ad vos plectendos ſatis graue decerni poſſet, quod ſine cuiuſq; authoritate prouinciam, quæ eſt in Dei regno omniũ maxima, ambieritis, arripueritis, ac cœlo terraq; reclamantibus, etiamnũ tanquam vobis propriam vendicetis? Quænam iſthęc tanta vecordia, tam effrænata temeritas? Etenim ſi nemo veſtrum poteſt, niſi manu miſſus Miniſtrum inter fraterculos agere, deque veſtris myſteriis concionari: poteratiſne fidem nouam, antiquæ, orthodoxæ, quindecim ſecula conſeruatæ, ex diametro oppoſitam comminiſci, & in vulgus pro concionibus efferre, niſi primum in argumentum legitimæ facultatis acceptæ, ritu ſolenni vobis manus imponerentur? His dudum tentaſtis reſpondere, vos ad reſtinguendum domus Dei conflagrantis incendium extraordinaria poteſtate ab illo fuiſſe delegatos, eiuſq; conſeruandæ accepiſſe prouinciam. At hanc reſponſionem orthodoxi Doctores adeo ſolide refutarunt, vt nihil contra potueritis hiſcere.

Friuolum miniſtrorũ reſponſum

ere, In primis Dei domum ante vos natos, ne- Libri V.
.e perturbante ſumma pace floruiſſe, neque Cap. 18.
:s ardere cœpiſſe, quam vos picem, reſinam, Hæretici
leolos, faces ad eam incendendam attuliſſe- Dei domus
atque vnicum reſtinguendi incendii veſtra o- incendiarii
ı excitati ſupereſſe remedium, ſi vos flammis
eremini vſtulandi. Deinde certum extraordi-
æ iſtius miſſionis Symbolum vos omnino pro-
e debuiſſe, ſi vt quidē iactatis, vos Deus, vt Ec-
ıæ reformatores deſtinarat:& miſſionem iſtam
is editis, atq; miraculis confirmare. Alioquin
tuſquiſque reperietur Hæreticorum, quin ad
ıandum otium Eccleſiæ irruat, peruerſæque
trinæ in agro ſummi Patrisfamilias ſementem
ıt, id modo dicat, ſe ab eodem eſſe deſtinatum?
ɔd nullis prorſus offertis, ad veſtram miſſio-
ı probandam miraculis, nihilominus vultis
juam ę cœlo delapſos admitti. Vt nouam do-
ıam, ac fidem extraordinariam diſſeminetis,
ıs vobis præ Apoſtolis ius, & authoritatem ar-
ıtis, quibus hanc patrandi miracula poteſta-
IESVS CHRISTVS neceſſariam iu-
uit, vt nimirum ſignis ſupra naturæ vim, com-
ıemque rationem editis, doctrinæ, ad quam
licandam ſeligebantur, veritatem aſſererent:
ac diuinæ Maieſtatis veluti teſſera, ſe eiuſdem
ıoritate miſſos probarent. Vbinam gentium
ra, Miniſtri, miracula, quibus vos Dei nunci-
ſſe teſtentur? Quot ægrotos ſanaſtis? Quot
ıuros ſpiritus effugaſtis? Quot mortuos ad vi-
reuocaſtis? Agite dum, ſi quid admirabile in-
ato IESV CHRISTI, cuius vos fa-
os ac Miniſtros iactatis, nomine edidiſtis vn-

Miracula extraordinariæ miſſioni neceſſaria.

Ne vnum quidē miraculum Miniſtri ędere potuerunt.

quam, exponite. Nihil habent: ab omni miraculo eorum prorſus eſt aliena Religio. At ſimile portento eſt, ab annis circiter octoginta, quibus tanquam Mercurii, atque adeo Vulcani eſtis è cœlo delapſi, in tanto Miniſtrorum grege in vnum vnquam extitiſſe, qui vel febrientem capellam, ſuæ vt doctrinæ faceret fidem, ſanare potuerit. Ecquid vos aliud eſſe dicemus, quam, non Dei quidem nuncios, ſuique gregis Paſtores, ſed nouos omnino Mercurios ab ipſo illo delegatos, qui veterem excitatum ab Orco ad fallendos quondam mortales emiſit? Quicquamne fuit olim ficto illi numini tributum ab Ethnicis, quod non in vobis expreſſum eminenter appareat?

Alatus Mercurii petaſus, modus loquendi, & alia adiuncta in Miniſtris renouata.

Capvt XIX.

Caput & pedes Mercurii plumati.

Fingebatur Mercurius capite, pedibuſque alatis: paribus eſtis vos plumis inſtructi: ſiquidem tam leues ſunt veſtrarum affectionum motus, quam cerebri, mentiſque commentationes. Si quis vos ab imis vnguibus ad ſummum vſque verticem contempletur, quid præter plumam. Ventum, inconſtantiam, vanitatemque diſpiciet? Veſtræ variæ, & inter ſe diſſentientes opiniones: veſtra fides quæ ſingulis Synodis noua recuditur: mores veſtri, & actiones quouis Proteo mutabiliores, num abunde teſtantur vos caput, ac pedes habere pennatos? Mercurius ad Diuorum perferenda mandata petaſatus ibat, & concionabatur: vos

eodem habitu è ſuperiore loco verba facitis: cultiores tamẽ veteri Mercurio, quod Ille chlamydula modo ſiniſtrum tegeret humerum; vos interiori ſago veſtem oblongiorem, ad inſtar nihilominus Quæſtorum Regiorum decurtatam concionabundi ſuperinduiſtis. Maximum huius ficti numinis commercium in præſtigiis, verborum artificio, fictiſque narrationibus verſabatur: primaria ſemper vobis cura fuit orationis ornandæ: ſtudiumq; præcipuum in hoc poſitum, vt ſummis tantum labris virtutem attingeretis, folia vanitatiſque floſculos per ſolida doctrina, operumque bonorum fructibus afferretis. Veſtris è Gymnaſiis nõ Theologia modo, ſed etiam Philoſophia pulſa exulat, quod hę nihilo præſtantiori apud vos loco ſint quã Sophiſtice, fimbriolis duntaxat, ac tæniis minutulis ex locupletiſſimo earum veſtiario ad ſpeciem retentis. Omnis prælectionũ in veſtris ſcholis apparatus, non vltra linguarum cancellos progrediebatur initio; nunc vero euaſiſtis elinques, tam verborum inopes, quam doctrinarum. Qua tempeſtate Secta veſtra ceruice erecta volitabat, ſi quis è cœtu veſtro aliqua verbula ex Hebræis, Syriſue collegiſſet: ſi phraſim vnam & alteram ex Atticis fontibus ſorbuiſſet: ſi quippiam vulgo ignotum in peregrinis linguis notaſſet, quo veluti emblemate Gallicam aut Latinam ornaret, deque vnius Iota apice aliquid paulo ſublimius quã Grammaticulorum turba proferre poſſet, ille nimirum Caduceator inſignis, Archiminiſter admirandus, ſummus Dñi exercituum buccinator, maximuſq; Mercurius habebatur. Porro cum nuda hæc literarum, verborũq; peritia præ cęteris humanioribus

LIBRI V. CAP. 19. Galerus Mercurii.

Miniſtri toti in linguarum vſum initio.

Miniſtrorũ Coryphei ſub initiũ.

Libri V. Cap. 19.

Scientia inflat. 1.Cor.8.

Libri è ſacro Bibliorum canone à Miniſtris reiecti

Supra librũ 2.cap.4.

doctrinis arrogantiæ, temeritatiſque vento mentes ſciolorum inflet; hinc effectum, vt vos omniũ qui vnquam in Chriſtianiſmo floruerunt doctrina præſtantium Coryphæos æſtimantes ſanctæ Scripturæ volumina audaciſſime eſtis auſi tractare; Ariſtarchos in his verſandis agere: quos viſum eſt libros Cenſoriæ veſtræ authoritati, omnia ad phraſin expendenti retinere, vel abiicere: & è veteris, nouique teſtamenti ſententiis, iudicio tantum veſtro, ceu lydio lapide probatis, nunc has, nunc illas expungere, prout tenebricoſis veſtræ Sectæ opinionibus fauere, aut repugnare videbantur. Nam è ſacro Bibliorum Canone, ſin minus è Bibliothecis, integram Iudith, & Heſter Hiſtoriam: & partem Thobiæ: Sapientiam, & Eccleſiaſticum Salomonis: Prophetiam Baruch: partem Danielis, Suſannæ, videlicet hiſtoriam: Machabæorum libros, & alios ſimiliter expunxiſtis. Lutherus à veteri teſtamento Iobum, & Eccleſiaſten abſtulit: è nouo Sanctorum Iacobi, & Iudæ canonicas Epiſtolas: duas item poſtremas Sancti Ioannis, eiuſque Apocalypſim, vt primo libro diximus: quem poſtea ſequuti diſcipuli pari audacia quæcunque eis libuit, reiecerunt. Vos ſimiliter arrogantis eloquentiæ veſtræ pennis ſublime volantes, vt noui Mercurii, Diique ſermonis Eccleſiæ vniuerſæ iudicium, & quindecim ſeculorum conſenſionem veſtro ſenſui contrariam deſpicitis: eodemque ſuperbiæ typhone agitati in mille Scripturæ ad vulgi, veſtrarumque opinionum vſum conuerſę, locis peruertendis indefeſſo ſtudio elaboraſtis: Sanctorum item Patrum monumenta, ſummorum præſertim Pontificum Epiſtolas, quod

on ſatis eleganter ſcriptas latine cenſeretis, nul- LIBRI V. CAP. 19.
) habendas loco duxiſtis. Quare permirum eſt,
uod eadem cenſoria virgula S. Pauli Epiſtolas
ondum perſtrinxeritis, proptereaque vobis vi-
:tur interdum à Grammaticorum legibus diſce-
:re: & admodũ ſimplex & humile genus oratio-
s vſurpare: quod nec ipſe diffitetur, cum ait ſe nõ *1.Cor.12.1.*
ſublimitate ſermonis veniſſe: & ſe imperitũ ſer- *2.Cor.11.6.*
one, ſed non ſcientia libenter agnoſcit. Eſt inquã
irabile, quod non eum repudiaueritis, ſicut vul-
tã ſacrorum voluminum interpretationem ab
iiuerſa receptam Eccleſia, à SS. Patribus vſurpa-
n, à Cõciliis œcumenicis approbatã: cui nihilo-
inus Lutherus ſuam prætulit, eamq; voluit ſolũ
libris ſcriptis, & concionibus afferri: tantundem *Supra lib 2 c. 21.*
e tribuendũ cenſuit Zuinglius: Caſtalio item ſuę
ıq̃ omnium elegantiſſimæ, vbi videas ꝓ Eccleſia
:mpublicã, pro Angelo Geniũ (vt ante retuli) ab
) dici: itaq; latine loqui, vt eũ Ciceronis æmulũ,
ıuiterq; pungentem Mercuriũ poſſis agnoſcere.
Quid quod ne ipſam quidem Septuaginta In-
pretum verſionem aliquo numero habendam Mira de in-
caſtis, quã tota antiquitas, atque adeo ipſi Iudæi terpretatio-
:manam, fidelem ac propheticam iudicarunt? ne ſeptua-
recte ij quidem: nam cum ducentis ante Chriſti ginta ſe-
ıentum annis, duos & ſeptuaginta ſeniores He- niorum.
eos ab eorũ ſummo Pontifice Rex Ptolomæus
tinuiſſet: certis eos locis ſingulos, ſingulisq; in
lulis, ac conclauibus collocauit, vbi ſacra Biblia
lem omnino phraſibus, verbis iiſdem, & accen-
us in Græcam linguam, cuius erant bene periti,
lla inter ſe facta collatione, ſumma fide trãſtule-
ıt: quæ quidem tanta in tanto Interpretum diſ-

LIBRI V. CAP. 19.

iunctorum numero conſenſio, non aliunde potuit quã à Spiritu Sancto manare: vnde Rex licet Ethnicus ita factum eſt admiratus, vt crediderit ſummum vniuerſitatis huius authorem atque Rectorem Deum, ſacrum illud volumen, eiusque interpretationem ſuo velut ore dictaſſe. Ipſi vero Iudæi tanto eum honore habuerunt (quod ex Philone ac Ioſepho conſtat) vt eam identidẽ vt teſtem laudarent, nec ei minorem quam Hebræo contextui fidem, & authoritatem tribuendam arbitrarentur. Quin etiã Apoſtoli in nouo Teſtamento eam paſſim, ac ſæpius, quam Hebraicum contextum vſurpabant, vt ex his locis videre eſt, quos illi tum in texenda hiſtoria Euangelica, tum in ſuis Epiſtolis, & Actis attulerunt. Sancti denique Patres omnes è Græcis Irenæus, Clemens Alexandrinus, Athanaſius, Chryſoſtomus, item Origenes, & Euſebius Pamphili: è Latinis Tertullian⁹, SS. Hilarius, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, aliique Græci, Latiniq; Doctores plurimi eam editionẽ laudibus efferunt, ac velut inſignẽ notam, Euangelicæ veritatis cauſa datam, admirantur. Siquidẽ diuina prouidentia mature ſane, ducẽtis inquam annis interpretatione mirabili teſtamentum ſuum ante fecit euulgari: tum vt eo veluti fræno Iudæorum coerceretur audacia, ne contextum Hebraicũ, vt poſtea multis in locis fruſtra fecerunt, deprauare conarentur: tum vt ea interpretatio viam Ethnicis ad Saluatorem excipiendum ſterneret, eisque atq; Iudæis ipſis ad Euãgelicæ veritatis lumen intuendum, facem præferret: quod tanto ante duo & ſeptuaginta Doctores mirabili animorum, & linguę conſenſu, nulla ſubeũte fraudis, doliue mali ſuſpitione

Philo in vita Moyſis l. 2. c 9. Ioſeph. l. 12. Antiq. c. 12

SS. Patres magni ſemper fecerũt editionem 70. Interpretum.

Diuina prouidentia in editione 70. Interpretum.

Vide Bellar. lib. 1. de verbo Dei.

ione detexiſſent. Nihilominus hanc interpretationem adeo probatam, tot ac tantis Hebræorum, Græcorum, Latinorum laudibus cumulatam, vos vt peritiores Hebraicæ linguæ interpretes, faſtiditis, Sebaſtianus item Munſterus, tã audax, tam ſine fronte fuit, vt dixerit eam, licet æuo S. Hieronymi permagnam apud Græcos, & Latinos authoritatẽ obtinuiſſet, multis tamen in locis imperfectam fuiſſe, ipſosq; Interpretes vehementer erraſſe. Lutherus autẽ nullo modo ferendam putat: vos item Spiritu Sancto illorũ Interpretum ductore paulo peritiores ad Hebræum contextũ ſubinde confugitis. Num igitur ipſi Mercurio præſtatis: qui licet orationis Deus haberetur, nunquam tñ fuiſſet auſus, illius quẽ ſummũ Deum eſſe cognoſcebat, orationem emendare. Nemo tñ vos miretur ſuperiores eſſe Mercurio, cũ vobis etiam Spiritus S. partes arrogetis. Ecquis aũt vos aliquid efferre, & aliquid amplius, quã Deos ſermonis potuit efficere? Nonne ille qui Mercurium mendaciorum, vanitatis, & omnis generis fallaciarum numen effinxit?

LIBRI V. CAP. 19.

Seb. Munſteri impudentia.

Caducei Mercuriani ſpecies in Hugonotiſmo adumbrata.

CAPVT XX.

ETHnicorũ Mercurius virga geminis circumplicata ſerpẽtibus ſopire mortales, & ſopitos excitare: animas in Orcum ducere, eaſdemq; inde reducere putabatur: vos in his omnibus admodũ induſtrios, vigilantesq; Mercurios exhibetis. Veſtra ſiquidem virga eſt Hæreſis ſerpentina, venenata, animæ, corporique bifariam exitioſa, quam ex aureis Scripturæ ramentis furtiue ablatis fabricatam,

Per Miniſtros vt reformatos Mercurios animæ in Inferna mittuntur.

LIBRI V. CAP. 20.

catam, arte Mercuriana ferreis veſtris actionibus ferruminaſtis. Hac præſtigiatrice virga, vt idoneo fallaciarum inſtrumento quoſdam carneæ voluptatis illecebris conſopiuiſtis: quoſdã vero in diuturnæ pacis otio placide conquieſcentes, diſſipatis Religionis falſo reformatæ rumoribus, ad tumultus, & rebelliones excitaſtis. Ecquis maiorem in hac veſtra, quam in Mercuriana vim ineſſe negaret, cum plerique leuiſſimo tactu homines eadem, vt Circæa virga icti, ſubito fuerint in beſtias mutati? Teſtis eſt Lutherus, qui cum ea fuiſſet tactus, è modeſto, Religioſoque viro in porcum de grege Epicuræo ſubito euaſit: ex quo licet coniicere alios innumerabiles eodem, quo ille modo, fuiſſe mutatos. In animabus autem ad Inferna loca detrudendis, veſtra in primis enituit induſtria, qua, iure poteſtis præferri Mercurio. O quanto facilius eſſet hanc tantam animarum cladem deflere, quam verbis exponere! Non ſi tot funderentur lacrymæ, quot in vaſto Oceano ſunt aquæ guttæ, vllo modo lugeri poſſet tot animarum exitium, quas aceruatim in flammas, & cruciatus præcipites egiſtis æternos: Et quamquam ſolertes habeamini, ſitisque Mercurij, in veſtra tamen non eſt poteſtate, addo, nec voluntate, eas inde reuocare: haud enim eſt tantæ virga hæc efficacitatis, nec vos adeo bonæ voluntatis: nam neque vultis ruinas per vos factas inſtaurare: nec eaſdem agnoſcere, vel agnitas confiteri.

Circe virga vt potionibus homines in belluas mutabat. *Homer. Odyſſ. 10.*

Mercu-

Mercurius in hircum, ſcurram & circulatorem mutatus, in Hugonotiſmo reformatus.

CAPVT XXI.

DIcitur Mercurius forma hirci aſſumpta adulterium patraſſe, ex quo informe genuit ionſtrum, corpore quidem humano, hircinis item pedibus, Pana videlicet habitum tutela:m Deum paſtorum, vt ſupra fuit annotatum. utherus veſter primusq; huius æui, veſtræq; Re)rmatæ Mercurius, tum ſequoque conuertit in ircum, cum de modeſto, & profeſſione caſto Moacho factus eſt ſuperbus, ac libidinoſus Apoſtata: :nuitque non fœtum monſtroſum Pana, ſed tot .onſtra, quot Miniſtros falſæ, & adulterinæ ſuæ)ctrinæ ſemine procreauit: quæ gignendi ratio aud excucullatos Monachos viget ſemp, quos vel citis Apoſtatas, aut iam factos cum plauſu in ve:as Mādras recipitis. Scurrilis dicacitas, ſpirituſq; nnionum Mercurio familiaris in veſtra reuixit. eſtes appello Lutheri libros, vosque præterea tot quot eius ſannas, ridicula, ſales obſcœnos, ger;, & iocos, prę ſertim in Papā obſeruaſtis. Amicus ſter Rabeloſius, libertate nihil credēdi, omniaq; ridendi ſannio, ſcurraq; reformatus, quo ſpiritu s oēs indicat. Marottus ſacer Diuæ Reformatæ ilmographus, mirabilibus ſuis Poematiis meæ ertioni ſuffragatur. Fortaſſe dicetis illud ingenio etico tribuendum: id vt verū ſit, tamen acceſſio- veſtri ſpiritus adauctum eſt. Quid autem de ijs, i cum Poetæ non ſint, in ſeria tamen de fidei caibus controuerſis diſputatione procaciter iocā-? Quidnam de rerum in Religione controuer-

Mercurius in Hircū.

Pan.

Dicacitas Hugonotorum.

Rabeloſius

Marottus.

LIBRI V. CAP. 21.

Tabula Philippi Marnix ſcurrilitatum plena.

ſarum tabula in duos ingẽtes tomos extenſa, quod opus nobile Philippus Marnix cudit, & anno 1601. Rupellanis typis vulgandum curauit? Vllusne fuit vnquam Lucianus, Menippus, aut alius quiuis Atheus, qui ſtylo adeo ſcurrili, ac ioculari de fictis diuinitatibus ſcripſerit, quemadmodum de rebus fidei, quas vos in diſceptationem vocaſtis, Doctor iſte reformatus, nouusque Mercurius? Quonam quæſo aptiori modo poſſet quiſquam Atheiſmum docere, resq; diuinas omnium irriſionibus, atque ludibriis exponere, quã ſi iſtos de diuinis myſteriis iculariter loquentes, ac ſcribẽtes imitaretur? Hoſne Genios ioculares Harlequinos, Pantalones, Sãniones, Ieſuitarũ Moriones, Paſquinos, Paſſeuentios, totumq; ſcurrarum atheorum genus vt veros Inferorum Mercurios, ex veſtra doctrina genitos, ac germanam veſtrę Reformatæ ſobolem agnoſcitis? Nec enim ortum aliunde ducere potuiſſent.

Mercurialis negotiatio.

Quod ad quæſtum ex mercaturæ negotiatione faciendum attinet, an in illum omnes in miniſterio Reformatæ tractando incumbatis, haud certo auſim aſſerere: illud quidem ſcio vos, à fundatore Sectæ veſtræ Caluino ad lucrum ex fœneratione faciendum euidẽter inuitari: ſcribit enim *vſuram in nullo Scripturæ loco omnino prohiberi.* Quo fretus axiomate non nemo in Delphinatu Reformatæ Caluinicæ Miniſter, non ita pridem cuidam non obſcuri nominis viro interroganti, fas ne eſſet, non facta prius vſurarum reſtitutione, ad cœnã accedere: fas eſſe reſpondit: nec vſuram vllo modo ad conſcientiam, ſed ad politiam duntaxat externam pertinere. Atqui craſſiſſimum eſt mendacium contra Scripturam effuſum: quæ cum generatim genus omne

Axioma Caluini in gratiã fœneratorũ. *Initio reſponſ. de vſuris.*

furti

ırti prohibeat, tum ſpeciatim vſuram, omnium ırtorum pernitioſiſſimum. Cæterum ſatis perɔectum eſt, vos (ſi quidem numini ſuppetant) œneratitium quæſtum religioni minime ducere. Hic quoſdam mihi Catholicos, atque adeo nomiıis & gradus Eccleſiaſtici viros huic vetito quæſtui ıddictos, obiicietis: reſpondebo permagnum iner vos, & illos eſſe diſcrimen, in illis enim eſt molo crimen auaritiæ, graueque peccatum, quod tum bonis moribus, tum legibus vniuerſis, diuinis, Eccleſiaſticis, atque ciuilibus aduerſetur: at in vobis eſt inſuper Hæreſis, quæ non bonorum tantum morum diſciplinam, verum etiã fidem ipſam conuellit: eo quod pro certo habetis, licere pecuniam dare fœnori: & eam cum ſuppetit facultas, datis: ſicque in hoc, vt in Sacerdotum transfugarum ſcortatione, aliiſque eiuſmodi actionibus grauiſſime tum intellectu, tum voluntate peccatis: noſtri vero Eccleſiaſtici, aut alij, ſi qui ſint Catholici, qui huic iniuſtæ negotiationi vacent, ſola tantum cogendorum nummorum cupiditate delinquunt: & quamuis ſupplicio æternæ mortis obnoxij, (quamdiu quidẽ in eo ſunt crimine) teneantur: tamen nec Hæreſis, nec Idololatriæ Mercurialis crimen incurrunt. Nolim ego vos omnes velut fœneratores accerſere: fieri ſiquidem poteſt, pleroſq; inter vos, ꝗ tales eſſe nequeant, reperiri, nec ob eã cauſam, in hoc ꝗſtu, Mercurios agere: & fortaſſe licet poſſent, nolle tñ factitare: attamẽ quotquot eſtis, mercatorio, aut ſi vultis, nundinatorio habitu comparetis ꝑdicando, baptizando, & alia id genus ad præſcriptũ veſtrarum legũ exercendo, & hoc nõe vos Miniſtros, mercatores mercurialiter refor-

LIBRI V. CAP. 21.
Furtũ prohibitum.
Exod. 20.
Vſura vetatur.
Deut. 23. 19.
Pſal. 14. 5.
Prou. 28. 8.
Ezech. 18. 8
Luc. 6. 35.

reformatos ſoletis exhibere. Ex his liquet, quo artificio Plaſtes Tartareus veſtras mẽtes Mercuriali ſpiritu afflarit: in veſtroque Miniſterio eius Idololatriam appoſita ſimilitudine expreſſam innouarit.

De monſtroſo Mercurij Idolo in Lutheri, Caluinique Religione Dæmonis opera reſtituto: deque Idolo Dagonis & ſerpentibus olim ab Ethnicis, vt modo ab Hugonotis ſummo honore habitis.

Capvt XXII.

Mercurij ſtatuæ. *Macrob. Satur. l. 1. c. 19.*

INter cætera ſimulachra Mercurij vnum monſtroſum, iuxta atque obſcœnum fingebatur, in veſtra modo Secta eleganter expreſſum. Erat, inquam, ſine manibus & pedibus ſimulacrum quadrato ſtatu, ἄποδες καὶ ἄχειρες, ſolo capite geminis alis inſignitum, nota virilis ſexus ad inſtar Priapi arrecta: quæ ſtatuæ Hermæ nuncupatæ, in tota Græcia frequentes, maxime Athenis viſebantur: eas vna nocte deiectas Thucydides, & Plutarchus prodiderunt: quæ res Alcibiadi negotium non paruum faceſſiuit, quod eius facinoris reus accerſeretur, vixque capitis pœnam euaſit. Si dicam hoc Idolum noſtra memoria fuiſſe à Diabolo excitatum ab Inferis, & ex Ethnicorum delubris eductum veſtris in templis collocatum arte ſane mirabili, id nequaquam ſimile eſſe vero clamabitis: atqui veriſſimũ eſſe credetis, cum rem totam vera, perfectaque ſpiritali analogia, quã apertiſſime demonſtraro. Vos palam pofitemini, ac docetis hominem arbitrio libero carere, Dei legẽ viribus eius imparẽ, nec ab eo poſſe impleri: bonorum

Statuæ ſine manibus & pedibus. *Cartar in Imagin. Merc. Plut. in Alciade. Thucyd. in 6.*

Liberum arbitrium.

-rum operum exercitationẽ ore quidem tenus lau-datis, nihilominus nulla, quæ vel bona ſint, vel alicuius apud Deum meriti, ac pretij, ab illo poſſe fieri tenetis: omnia ſiquidem hominũ opera in peccatis numeranda à Luthero, Caluinoq; didiciſtis. Cæterum conſtat vos omni ſtudio abdomini ſeruire (vt cum agam de Idololatria Bacchi, patebit) illisq; mẽbris quæ imo ventri coniuncta ſunt: quod ſupra potuiſtis, ex ijs, quæ de Idololatria Veneris dicta ſunt, agnoſcere. Vere dicam igitur in hac Hęreſi ſpiritalem Idoli Mercurialis formam ductã, & effigiatam eſſe: & vos in ea religioſo cultu adoranda, proxime ſuperſtitionem Ethnicorum imitari. Nihil n. hac imbuti Hæreſi relinquitis aliud homini, quã perexiguum naturalis rationis vſum, & os veluti caput & vultum: intellectum præterea, atq; voluntatem ceu binas alas capiti affixas: quæ pars eſt Idoli ſuperior. De reliqua vero hominis parte truncum pudendo membro inſignitũ inſtar Hermæ feciſtis. Nam cum illum arbitrio libero, atque voluntate ſpoliatis, nõne ijs eum facultatibus priuatis, in quibus dignitas hominis, ac natura conſiſtit, nihil vt in eo præter truncum quadratũ, & informe corpus ex quatuor elementis compactum reſtat? Cumq; recta officia, bonorumq; vſum operũ adimitis: nonne eũ manibus, pedibusq; truncatis? Etenim ſciũt omnes manus operationis, & pedes eiuſdẽ deſiderij eſſe Hieroglyphicũ: & ita hominem ijs truncatum facitis Hermæ ſtatuã omnis motus expertem, humiq; defixam. Cum deniq; ſic à vobis inſtituitur, vt ſentiat, & dicat omni tempore cibo potioniq; eſſe indulgendum, omni ciborũ genere abdomen inferciendum, ieiuniorum lege,

Libri V. Cap. 22.

Omnia opera etiam bona ſecũdum Lutherum & Caluinum ſunt peccata.

Luth. in Aſſert. art. 36.

Calu. l. 3. Inſt. c. 14. §. 9. 10. 11.

Manus actionis ſymbolum, pedes affectionum in Scriptura S.

Digitized by Google

Libri V. Cap. 22. aliiſq; corporis vexationibus exſibilatis vni voluptati ſeruiendum: nullum caſtitatis votũ emittendum, aut ſi aliquando factum ſit, ſine ſcrupulo violandum, hæc inquã, & alia id genus cum loquitur, & factitat, facile declarat ſibi os duntaxat, ventrẽ, membraq; laſciuiæ ſemper ad obſcœnitatem parata, à vobis relicta ſupereſſe. Eſt igitur appoſitũ Mercurij Idolum, ad typum Ethnici ſpirituali ratione conflatũ: multo tamẽ pernitioſius: quod illud craſſum eſſet, aſpectabile, è ſaxo aliaue materia dolatũ, certoq; loco affixum: veſtrum autẽ leuius eſt, atq; ſubtilius, nam vnuſquiſque quocunq; proficiſcatur, in intimis animæ penetralibus, & in ara cordis collocatum perfert, à quo paſſim ad ſcelus conſciſcendum excitatur. Ergo cum hanc Hæreſim, ceu Religionis caput mordicus tueamini, nonne Idolum adoratis? Illudque veſtro modo adorantes nonne eſtis Mercurij Idololatræ iudicandi? Nec modo Mercurium, ſed DAGONEM etiam Philiſtinorum Deum colitis: cuius ſimulachrum iuxta fœderis arcam poſitũ cum eſſet: humi deinde proſtratum eſt manibus abſciſſis, vt inſtar Mercurialis Hermæ videretur: hoc etiam deformius, ꝙ capite truncato iaceret. Hanc veſtra Secta deformitatem probauit, retinuitque. Etenim cum ſe Eccleſiæ Catholicæ, quæ vera Dei arca eſt, opponat: eiuſdemq; aſpectabile caput, bona opera, ac bonas animi affectiones reiiciat, capite, manibus, pedibuſq; truncata eſt, & Idolum Dagonis effecta: vnde vos Dagoniſtæ, vt ex Mercurij Hermis Mercuriſtæ euaſiſtis. Nec hac ſuperſtitione contentus vafer ille draco, quo authore Caduceo Mercurij ſerpentes adiuncti ſunt, vos per hanc Hæreſim cultores effecit

Dagon. *1. Reg. 5. 4.*

ſerpen-

Digitized by Google

ſerpentium: quæ beſtiæ manibus, & pedibus, vt LIBRI V. CAP. 23.
duo ſuperiora Idola carent, non capite, vt Mercurianis Hermis reſpondeant. Ita Diabolus tam veterem Ethnicorum Serpenticolarum, quã Ophitarum Hæreticorum Idololatriam aſtute in veſtra Religione innouauit. Operæpretium eſt hanc mirabilem hoſtis animarum fallaciam detegere, quo eam deinceps cauere poſſitis: id fiet capite ſequenti, ſi tamen illud velitis attendere. Ophitæ Hæretici.

Cur Diabolus Serpentium commercio, cultuque ſemper fuerit delectatus.

CAPVT XXIII.

IN Sacra Scriptura patet Serpente, vt inſtrumento fraudiſque machina vſum initio fuiſſe Diabolum, quo primam generis humani matrem *Gen.* 3. 1. aggrederetur: & totam Adami progeniem infuſo peccati veneno labefactaret: ex quo tempore beſtiam, atque inſtrumentum partæ victoriæ adamauit: ac deinceps eadem vti, & ad mortalium perniciem abuti, non deſtitit. Hinc ſiquidem Babylonios induxit, vt ſe in dracone venerarentur, quem (vt diuina prodit Hiſtoria) Daniel extinxit: Græcos item Romanos ad eandem ſuperſtitionem per cultum variorum Serpentium impulit. Quinetiam hoc beſtiarum genus in ipſum cœlum euexit: Ethnicis enim perſuaſit, plurimos eo vſq; trãſlatos & in ſtellas, & ſydera, eorundem inſignita nominibus commutatos fuiſſe: Nullus denique fuit maiorum Gentium Deus, cuius in myſteriis aliquod huius beſtiæ ſymbolum non appareret. Hoc eis S. Iuſtinus Philoſophus, Chriſtiq; Martyr his verbis

Draconem adorabant Babylonij. *Dan.* 14. 25

Serpentarius Draco.

Digitized by Google

LIBRI V. CAP. 23. S. *Iuſtinus Mar. Apol 2.* obiecit. *Apud omnes Deos, qui a vobis probantur, anguis nota, & quaſi teſſera magna, & myſteriũ proditur. Apud nos autem primus malorum Geniorum dux ſerpens vocatur Diabolus, & Sathanas: quemadmodum vos etiam ex veſtris hiſtoriis, publicisque monumentis intelligere poteſtis.* Quod igitur animal dæmonis, ac peccati Hieroglyphicum inter filios habebatur, illud apud Ethnicos myſticum virtutis, atq; Diuinitatis ſymbolum obtinebat. Peruulgata eſt Æſculapij hiſtoria, cuius Idolum Epidauro cum maximo cæremoniarum, ac religionis apparatu Romã cum portaretur, ipſe in vrbis ingreſſu ſe forma ſerpentis conſpiciendum exhibuit, & in eadem eum Romani coluerunt, annosque permultos aluerunt: Is vero tantam generis eius beſtiarum genuit multitudinem, vt ex ea peſtifera ſobole nemo non priuatus haberet domi: nec multum (ſi Plinio creditur) abfuit, quin vrbi vaſtitatem inferrent, niſi ſerpentium latebræ multo igne fuiſſent obſtructæ. Quin etiam Hebræos induxit, vt ſe in eo ſerpente adorarent, quem pro ſalute populi Moyſes in ſolitudine Arabiæ ex ære conflarat. Quicunque enim ex Hebræis verorum ſerpentium morſibus impetiti, mortiferoq; veneno male affecti, æneã erecti Serpentis in palo intuebantur effigiem, ab interitu eo ſalutari aſpectu liberabantur. Et illud fuit myſticũ liberatoris noſtri ſymbolum, quemadmodum ipſemet expoſuit: qui cum in Serpentis, hoc eſt, peccatoris ſimilitudinem, naturam noſtram induiſſet, in crucem inter ſceleratos, ac ſi reus, ac ſceleratus eſſet, ſublatus eſt: vt miſeri mortales à tartareis Serpentibus icti, peccatiq; veneno infecti, ſi eum tam dira perpeſſum, rectæ fidei oculis aſpicerent,

Serpens nota peccati ac Diaboli.
Epidaurus Serpens Æſculapij.
S. Auguſt. l. 10. Ciuit. c. 16.
Hygin. in Hiſto. Cal.
Plin. lib. 29 c. 4.
Florus lib. 1. in 2. Decad. Liui.
Iudæi ænei ſerpentis cultores.
4. Reg. 18. 4
Serpentem æneũ poſuit Moyſes pro ſigno.
Num. 21. 8. 9.
Expoſitio ſerpentis ænei.
Io. 3. 14.

Digitized by Google

ent, ſalutem, vitamque conſequerentur. Porro Diabolus vt in mundi primordiis ad primos generis noſtri parentes fallendos vero, ac naturali ſerpente fuerat vſus ita decurſu temporum, hunc arte, manuq; factum ſerpentem ſuos ad vſus adhibuit: diuinæq; prouidentiæ teſſeram, ſignumque ſalutis in profanum Idolum conuertit: nec fuit illi difficile rudi, craſſæq; genti, ad omnemq; ſuperſtitionem propenſæ perſuadere, vt thus ei adoleret, atque pro Deo veneraretur. Hac nefaria ſuperſtitione perſpecta Rex ſummæ pietatis Ezechias, ſerpentem diſturbandum, confringendumque curauit, vt omnis Idololatriæ, & offenſionis occaſio è medio populi tolleretur.

Libri V. Cap. 25.

Serpens æneus ab Ezechia cõfractus. *4. Reg. 18. 4*

Poſt vero partam à Chriſto ſalutem, anno circiter ducenteſimo, idem hoſtis, *Ophitarum*, hoc eſt, eorum qui ſerpentes ὄφεις à Græcis nominatos, colebant, inter Chriſtianos Hæreſim inſigni mendacio, execrandaque blaſphemia fultam excitauit. Vt enim S. Auguſtinus refert, illius Sectæ propugnatores, ſerpentem, à quo primi generis noſtri decepti ſunt, Saluatorem ipſum fuiſſe tradebant, ac proinde honore ſummo colendum: eamq; ob cauſam, in quodam ſpecu ſerpentem alebant, vnde magicis cantionibus euocatus, fruges impoſitas in ara lambebat, mox eo in foueam regreſſo ab Ophitarum Miniſtris ea ſymbola vt ſacra, ſanctaq; eiuſdem Sectæ hominibus tribuebantur. Hæreſis omnino execranda, cum ob hanc impuram ſuperſtitionem, tum ob alia quædam turpiſſima, quæ nihil iam eſt neceſſe attingere: quandoquidem tã ex his, quam quę ante dicta ſunt, patet, nihil prius habuiſſe Diabolum, quam vt hoc Idololatriæ genere

Ophitæ ſerpenticulæ. *S. Auguſt. Hær. 17.*

Digitized by Google

Libri V. Cap. 23.

miſeris mortalibus illuderet: videbat enim quanto rationi magis, & humanitati repugnaret, tanto coram Deo fore deteſtabiliorem, homini ignominioſiorem: eiuſque ſaluti (quam ille funeſtus hoſtis præ cunctis deteſtatur) infenſius aduerſaturam. Cum Moſes Dei (quem in ſolitudine viderat) iuſſu ad Pharaonem mandata exponeret, ad fidem dictis faciendam, primum diuinæ poteſtatis ſignũ, fuit virgæ, quam ſecum tulerat in ſerpentem, ac deinde ſerpentis in virgam conuerſio: quo priori miraculo ſignificabatur genus humanum ea virga deſignatum, inuiſibilis ſerpentis malitia in ſerpentem fuiſſe cõuerſum: poſteriori vero, fore vt idem aliquando per diuinam poteſtatem, mundiq; Saluatorem (quem Moyſes ipſe typo quodam referebat) priſtinæ formæ redditum, contra ſuum hoſtem Sathanam pugnando mira præſtaret. Ex his videtis opinor, quo pacto Diabolus peſtifero veneno mundum infecerat, & in ſpiritales Serpentes homines transformarat: quare denique cultu venenatæ illius belluæ tantopere delectaretur: videndum reſtat, quo item artificio in veſtræ Mandræ cauernas clam irrepſerit, vt Idolum, cultumque ſuperſtitioſum in veſtras animas infunderet.

Exod. 4. 3. Quomodo in ſerpentem homo, & è ſerpente ſit in hominem mutatus.

Idololatria Serpentum in Hugonotiſmo reformata.

Capvt XXIV.

Maledictio inflicta ſerpenti. *Gen 3. 14. 15.*

Nota vobis eſt grauis illa maledictio, qua Deus ſerpentem, poſtquã progenitores noſtros in fraudem induxit, his verbis multauit. *Maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ: Super*

pectus

Digitized by Google

pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Inimicitias ponam inter te & mulierẽ, & ſemen tuum, & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. Hęc maledictio ex ſerpẽtis quidem viſibilis, atque corporei ſimilitudine ſumpta fuit: in ſpiritalẽ nihilominus, qui naturali fuerat vſus, intorquebatur. Hoc fere ſenſu. Quo tuum in hominem virus infunderes Serpẽtis corpus, ô Sathan, induiſti, ego ex eodẽ malitiæ tuæ inſtrumẽto capita damnationis eliciam, teq; tuis ipſius armis conficiam. Quandoquidem eras ante forma inſignis, ſpectabiliq; pulchritudine præ cæteris rebus creatis, ornatus, & admirandus: ad ſublimia, diuinaq; contemplanda, & agẽda factus: eris deinceps, ac nominaberis Serpens, nõ corporeus quidẽ, ſed ſpiritalis, minimeq; aſpectabilis: & inſtar Serpẽtis manibus, ac pedibus carebis, vt nec poſſis, nec velis te ad recte agendum attollere. Nihil tuis cogitationibus eris vilius, nihil abiectius: tua te deſideria ita depriment, vt humi ſemper inhæreas, ignauũq; ventrẽ ſerpendo trahere cogaris. Ad id fueras procreatus, vt cœleſti menſæ accumbẽs, diuinis epulis in omni æternitate fruereris: at poſthac pro omni cibo, terra, ſordibusq; peccatorum paſceris. Quoniam autem primam mulierem decepiſti, alteram ego excitabo, quę tum arrogantiã ſingulari demiſſione contundet, caputq; peruicax ſua obtemperatione confringet: tametſi eius corpori moliri coneris inſidias. Hęc inflicta maledictio eleganti analogia in veſtram Sectam penitus incumbit, in eaq; completur: eſt n. illa verus ſpiritaliſq; Serpens, ad illius antiqui vafriq; colubri ſimilitudinẽ effecta. Quod n. manibus, pedibusq; careat, dilucide fuit

Libri V. Cap. 24.

Maledictionis inflictæ Serpentis ſenſus.

Sine manibus & pedibus.

Terra & vitia Diaboli cibus.

Mulieris & Serpentis inimicitiæ.

Digitized by Google

LIBRI V. CAP. 24.

Serpens Caluinianus caret bonis operibus.

paulo ante demonſtratum, poteſtque inſuper demonſtrari. Non enim curat mandatorũ Dei viam recurrere, nec ſe in bonis, Chriſtianoque homine dignis operibus exercere. Abhorret à ieiuniis, cæteriſque piis exercitationibus ad caſtigandum corpus, animæque ſubiiciendum idoneis: quæ omnia meræ illi ſuperſtitiones ſunt, nugæque vaniſſimæ.

Cibus Hęreſis Hugonoticę.

Pro cibo terram habet, carniſque voluptates, quibus adipaliter paſta ſaginatur: vnde craſſum corpus quam longiſſime porrigitur, per humum trahit, capite duntaxat erecto, quæ ſua eſt ſuperbia, præ antiquis Hæreſibus ſingularis: vt patet ex ijs, quæ de notis Hæreſeon dicta ſunt.

Supra l. 2. c. 1. & 9.

Hugonotorum in *Virginem* odium,

Denique odio capitali à Deipara Virgine diſſidet, illa, inquam, muliere, quam Deus contra virulentum draconem ſe excitaturum prænunciauit: nullumque eam inſectandi, eiuſque honorem verbis, & factis improbiſſimis lædendi modum facit, nec finem. Illa decus ei Virginitatis, quantum in ſe eſt, eripit, negans poſt partum manſiſſe Virginẽ, quamuis ante partum admittat: aitq; cæterarum more fœminarum peperiſſe: quod quid eſt aliud, q̃ pulcherrimo eam virginitatis flore ſpoliare? Quid ꝙ eidem charitatis ornatũ, atq; pro mortalibus in cœlo ſupplicãdi poteſtatẽ conatur eripere?

Miniſtri bello *Virginem* & eius clientes inſectãtur.

Diſcruciatur audiens aliquem ei honorẽ in terra ab eis clientulis deferri; quos eo nomine diuexare, omninoq; perdere molitur: nec dũ ſentit immanis hæc bellua ſuã contumaciã, caputq; ſuperbũ, per eã, eiuſq; ſemẽ Ieſum Chriſtum, ac per eos etiã, qui illum ſub piæ matris ſuę tutela ſancte ac religioſe cũ omniũ exercitatione virtutũ colunt, fuiſſe cõtuſum. In ſumma, poſtremis his ãnis, neſcio quibus è latibulis ab ea genitus

erupit

Digitized by Google

erupit Dracunculus, imo magnitudine, toroſitate colli atque duritie, corporis craſſitie, adipali ventre, ſtupendus ſane Draco; cuius peſtifer ſibilus, fœdiq; mores totam Galliam Narbonenſem perua ſerunt, is omne virus collo ſuo duro rabioſe collectum, certo conſilio vnum in volumen ad id comparatũ ſibilando euomuit, vt diuinæ matris decus, ac dignitatem infuſcaret, eamq; peccatis contaminatã aſſereret. Opus cũ ſuo authore execrandum, furiis, flammiſq; mancipandum; cui ſimile nunquã inter Chriſtianos viſum eſt, vel auditum, nec enim Chriſti alumni eo impietatis prolabuntur, vt tale ſcribendi argumentum ſumant; quin potius cum Sanctos omnes certatim venerentur ſummiſque proſequantur laudibus, tum maxime eiuſdẽ Chriſti Ieſu ſanctitatis largitoris matrem, quam voluit, effecitq; rebus cunctis ſanctiorem. At vero quid mirum eſt vos creaturam peccatricem, atq; adeo peccatis infectam facere, cum Creatorem ipſum peccati authorem eſſe doceatis? Nunc tandem agnoſcite num Pſeudoreformata, veſtræq; doctrinę Idolum ſuis in axiomatis antiqui Serpentis ingenium ac ſimilitudinem gerat caputq; inuiſum diris, diuinæq; maledictionis fulmine vſtulatum, conſiderate: an ne præterea ſitis inter Ophitas ſerpenticolas, quemadmodum inter reformatos Dagoniſtas, & Mercuriſtas numerandi, videte. Sancti Cyprianus, & Auguſtinus, aliiq; Patres. Hæreticos ob venenatam doctrinam Serpentes appellant; vos ratione qualitatum quas in veſtræ Sectæ corpore ineſſe demonſtro, num Serpentes ſitis, etiam atque etiam attendite.

LIBRI V. CAP. 24. Codurius Miniſter Caluinianus ad Deiparam Virginem infamandam librum edidit, quẽ R. P. Valentinus Gerardus Societatis IESV ſolide refutauit.

Hæretici Serpentes. *S. Cypr. de Vnct. Eccl. S. Aug. lib. 2. de Geneſ. contr. Manich. ca. 2.*

Digitized by Google

Quam monſtroſa ſit eiuſmodi Idololatria quæ bonis operibus aduerſatur.

CAPVT XXV.

QVandoquidem Idolum hoc, & Idololatria, quam ad labefactandam bonorum operũ exercitationem erexiſtis, eſt ſupra modum horribilis planeq; monſtroſa, eam neceſſe eſt cuiuſmodi ſit, clarius exponere, vt ſua ipſius ignominia ſuffocetur; vt vos tale portentum à maioribus veſtris genitum, à vobis hactenus educatum erubeſcatis: vtq; omnes, qui vellent ſe ad illud adiungere, ſalutari horrore perculſi, ab ea contagioſa peſte abhorreant. Atque vt quæ ſit eius deformitas penitus inſpiciatis, Scriptura Sacra, Lex, ratio ſint vobis pro face, qua eius turpitudinem intus, & in cute peruidebitis. Omnes diuinarum tabularum paginæ, leges omnes à Deo latæ, ad bene viuendum, recteque operandũ qua promiſſis, qua cõminationibus cunctos mortales hortantur : veſtra vero Idololatria quibuſcunq; poteſt artibus, & viis ad ſocordiam, & ignauum otium eoſdem inducit. Primum hominem Deus in deliciarum horto collocauit: nõ vt ibi deſidia, otioque torperet, ſed vt eum cuſtodiret, vt operaretur, vt temperantiæ, obedientiæ, cæterarumque virtutum exercitiis incumbens, ſibi ac poſteris donorum, ac priuilegiorum, quibus erat ornatus, firmitudinem promereretur: ſin autem quicquam mali patraret ipſe, ſuique mortis æternæ pœnam ſubirent. Diuinam benedictionem Abel obtinuit à ſummo Creatore quo ei victimas opimas ſyncere, religioſoq; obtuliſſet, quod autem ſecus feciſſet Cain, ſacris peruerſe operando, maledictioni

Vniuerſa Scriptura bona commendat opera.

Adã in Paradiſo ad operandũ collocatus. *Geneſ. 2. 15.*

Cain. *Geneſ. 4. 5.*

Digitized by Google

ledictioni diuinæ obnoxius, male periit. Hæc exempla in Mundi primordiis edita, ſunt veluti cœleſtis doctrinæ fundamenta, quibus mature mortales intelligerent, à Deo eſſe conſtitutum, vt omnes bene agendo cœlum ſibi comparantes pœnas euitarent: ac docerentur in eorum ſitas poteſtate virtutum actiones, eaſq; remuneratione, gloriæq; præmio dignas haberi. In hanc ſententiam longo poſt tempore Abrahamum nobile caput eorum qui ſuæ Maieſtatis erant futuri cultores, diuinis promiſſionibus ad ſolidam perfectamq; virtutem excitabat his verbis: *Ego Deus omnipotens, ambula coram me, & eſto perfectus.* Cui paulo ante dixerat: *Noli timere Abraham, ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis.* Ambula, inquit, non motu corporeo, & greſſibus, ammantium modo ſenſim vlterius progrediendo terrarum ſpatia percurrens, ſed animo, & corpore, virtutum actionibus, quas ego ſempiterna gloria remunerabo. Cumque vellet Moyſen populi ſui ductorem creare, quæ primum illi documenta morumq; præcepta tradidit, ex pedibus ac manu, notis affectionum, operumque deſumpſit: *Solue*, inquit, *calceamentum de pedibus tuis.* Et: *Mitte manum tuam in ſinum tuum.* Quibus indicabat Dei ſeruum recte debere progredi, ſancteq; operari, ſyncera intentione, animo praua omni affectione purgato.

LIBRI V. CAP. 25.

Gen. 17. 1.

Geneſ. 15. 1.

Solue calceamentũ. Exodi 3.

Exodi 4. 6.

Non alium ob finem legẽ eidem populo ſanciuit, niſi vt edoctus ab ea manib⁹, & pedib⁹ ad recte agendũ vteretur, à vitiis, prauiſq; operib⁹ abhorreret, Deũ ſtudioſe pieq; veneraretur: charitatis offici is naturæ cõmunione ſibi cõiunctos, nemine læſo, ꝓſequeretur; ꝓpoſito gloriæ prȩmio legis à ſe latæ

Lex Dei. *Exod. 20.*

cultori-

LIBRI V. CAP. 25. cultoribus; intentatis autem ſuppliciis iis qui eam auderent infringere.

Prophetæ. Prophetæ, ſanctiq; Doctores qua grauitate verborum, quo pondere ſententiarũ mortales paſſim à vitiis, ac ſceleratis operibus deterrent, vt ſedulò in virtutes incumbant? Idq; vt perſuadeant, quam diligenter animi quietem, pacem, beatamq; immortalitatem viris probis, ac bonorum operum ſtudioſis pollicentur? Quam acriter ignominiam, exitiũ, & ſempiternos inferorum cruciatus facinoroſis, & iniquitatis machinatoribus intentant?

Si Diuinæ iuſtitiæ memoria repetantur exempla, ſiue in ſtudioſis actionibus donorum temporalium copia remunerandis; ſiue in peccatis, ac flagitiis mortalium vindicandis à mundi primordiis edita, facile intelligetur voluiſſe, velleq; Deum ſemper hominem ad virtutis ſtudium, vitiorum fugam ac bonorum operum vſum inducere.

Æterni Dei filius homo factus, quam bonorum operum doctrinã vigente lege naturæ mortalium mentibus inſeuerat, ac deinde per Moyſen in binis tabulis inſcripſerat factis, verbiſque confirmauit. Nam ad teſtificationem noſtri in ſe amoris bonorũ vſum operum accepit, cum ait: Si quis diligit me, ſermonem meam ſeruabit. Hoc eſt, quiſquis teſtari volet quo me amore, & obſeruantia proſequatur, opera quę doceo, re ipſa, opereq; perficiat. Tanti ſiquidẽ facit eiuſmodi opera, vt vel cyathũ frigidæ, ſuo nomine datum debita mercede carere nolit. Quinetiã ex bonis, maliſq; operibus in ſummo, ac cenſorio die ſupremam ſe laturum ſententiam prædixit. *Venite*, dicet, bonorum operum ſtudioſos cõpellans, *benedicti Patris mei, poßidete paratum vobis regnum à*

Ioan. 14. 23 *Probatio dilectionis, exhibitio eſt operis.* *Greg Hom 30. in Euãg.* Potus aquę frigidæ. *Mat. 10. 42* *Mat. 25. 34*

gnum à conſtitutione mundi, eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare. Et quæ ſequuntur. E contrario dicet ignauis, qui bona opera exercere neglexerunt: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum: eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare.* Et cætera, quæ in ſacro textu leguntur. Eadem Apoſtoli atque Diſcipuli ſui Magiſtri documenta non modo verbis tradiderũt, ſed re quoq; perfecerunt. *Omnes nos manifeſtari oportet*, ait Doctor gentium, *ante tribanal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.* Ponit ob oculos formidandũ extremumque iudicium, vt ſalubri timore concepto ad recte agendum oẽs inducat. Quid autem aliud tum ipſius, tum cæterorum apoſtolorum Chriſtiq; diſcipulorum totius vitæ decurſus fuit, quam perpetua laborum contentio, & continuus bonorũ vſus operum, exercitationeſq; virtutum? Quid deniq; aliud veteris nouiq; teſtamenti cõtinent paginæ, niſi cõtinuam exemplorũ, & exhortationũ ſeriem quibus homines ſtimulati, à peccatũ cõſuetudine abducti virtutemq; amplexi bonis operibus inſiſtant? Atenim quis vſqueadeo cęcutit, quis ita plumbeus, qui hæc in Chriſtiana ſchola, in templis, in theatris, in compitis, publice, priuatim, domi, foriſq; tradi, celebrari, decantari neſciat? Qui non hoc etiã videt in tota rerum natura factitari? Hæc rerum vniuerſitas nonne inſtar eſt magni voluminis, vncialibus conſcripti characteribus, in quo quęcunq; ab illius molitore procreata ſunt, nos ſuo exẽplo omni voce efficaciori ad operandum hortantur? Quid? cœlum, aſtra totuſq; ſuperior orbis ſuo perenni motu aues per aerem volitãtes, piſces vaſta maria permeantes beſtiæ in terra gradientes, ipſa elementa, & quæ

Mat. 25. 41

2. Cor. 5. 10.
Rom. 14. 10

Apoſtolorum vita in bonis operibus exercitata.

Tota rerũ vniuerſitas mortales ad bene agendum hortatur.

Digitized by Google

Libri V. Cap. 25.

quæ demum cumq; in hoc orbe inferiori cõtinentur, cum ad id, ad quod apta nata ſunt feruntur, mouentur, & agunt, nec vnquam otiantur, nonne ſuo exemplo mortales erudiunt, vt conueniẽter naturæ ipſorum operentur, hoc eſt, ex mentis, rationis ac virtutis prę́ſcriptione, egregiis operibus, hominèque dignis actionibus incumbant?

Idolum ignauiæ Hugonoticũ.

Veſtrum porro Idolum adeo mõſtroſum eſt, vt impudens, vt Deo, Dei teſtamento, ac legibus, totiuſq; naturæ ordini obſiſtat: adeoq; pernicioſum, vt ex homine, hominẽ exuat, eum in Mercurianum Hermam, in Dagonẽ, colubrumq; transformet, ex eoq; monſtrum, ceu informẽ ex argilla maſſam motus expertem effingat, cum eum omni agendi vi, & interius animi facultatibus nudet, quibus debet ad operandum adiuuari, eiq; ſolum corpus tanquam voluptatis inſtrumentum relinquat, vt longe ſit deterius quam ſi penitus in belluam, ſtatuamue conuerteretur. Vt ne hæc temere à me diſputari dicatis: quibus ex principiis mea ratiocinatio ducatur, accipite.

Quo pacto noua Secta Hugonotica facultatem omnem, atque voluntatem bene agendi hominibus eripiat.

Capvt XXVI.

Deliberandi ratio.

Quibus modis inciditur deliberatio.

SOlent Oratores in deliberando cum expeditionem bellum aut quodcunq; aliud opus populo perſuadere cogitant, rationibus certis, id quod in deliberationem cadit, fieri poſſe, honeſtum eſſe, & vtile confirmare: contra diſſuaſuri, rem arduam eſſe demonſtrant, planeq; difficilem: & quamuis facilis foret, tamen nec vtilem, nec honeſtam videri.

Tota

Digitized by Google

Tota Scriptura diuina, vt ante docui, naturaque vniuerſa hominem ad bene operandum excitat, oſtenditq; hoc in eius ſitum eſſe poteſtate, atque nobiles admodum cœleſtiq; præmio digna eſſe virtutis actiones. Vos ex aduerſo nullum opus bonum laudeq; dignum ab eo poſſe fieri docetis, & quamuis poſſet, nihil tamen ad beatitatem æternã promerendam conferre. Quod autem nihil boni facere queat, hinc probatis, aſſerentes Dei legem ei eſſe impoſſibilem: inde libero arbitrio hominem carere quo eam velit, ac poſſit implere: quod eſt vltra teli iactum, ne vnquam collineet, ſcopum, proferre, manibus eum truncare atq; pedibus, intraq; geminos ἀδυναμίας καὶ τοῦ ἀδυνάτου cancellos conſtringere. Vtque ſenſum omnem, atque bene agendi animum ex illius viſceribus euellatis; traditis bona opera quantumlibet honeſta, præclaraque videantur, non modo nihil promereri, imo in peccatis numeranda, ac proinde per ea aditum in cœlum occludi: ſolamque ſupereſſe fidem, qua quiſq; fretus, licet omniũ ſcelerũ mole opprimatur, beatam immortalitatem obtineat. Ecquis hominum his auditis effatis, ac peſtifero eorundem hauſto veneno, non obrigeſcat, fiatque immobilis & ſaxeus cum recte agendi ſe dabit occaſio? Qui ieiuniorum moleſtiam velit experiri: de ſuis facultatibus egenis aliquid erogare, nudos, ac frigore enectos veſtire: cupiditates, & impetus animi frangere: corpus ſuum duriuſcule tractare, atque caſtigationibus opportunis ne laſciuiat, atterere; dies nocteſq; precibus, diuiniſque commentationibus vacare: & alias eiuſmodi Chriſtianas exercitationes quod per vos nullius ſint vtilitatis, quod obſint,

LIBRI V. CAP. 26.

Abominãda Miniſtrorum axiomata dicentium Dei legem eſſe impoſſibilem, hominemque arbitrio libero carere

Bona opera ex Luthero & Caluino eſſe peccata *Calu. lib. 3. Inſt. cap. 14 §. 10. 11. Luther. in Aſſer. art. 36*

Pernicioſi axiomatis effecta.

Digitized by Google

Libri V. Cap. 26.

obſint, quod ſine iis cœlum pateat credentibus, vſurpare? Quin optet potius genialiter viuere; inerti otio indulgere: ventri, ac turpitudini ſeruire; cum ſola fides quibuſcunq; ſceleribus facilitate mirabili veniam, & impunitatem impertiat? Quin denique in Mercurii tranſeat ſimulachrum, ſolo capite, ac pudendis inſtructum; aut in colubrum, cui nec manus ſint ad operandum, nec pedes ad incedendum, qui cogitationes ſuas humi defixas habeat, ſola terra paſcatur, nihil amet, nihil præter ipſam terram quærat, omniq; abiecto pudoris frœno, in libidinum, ac voluptatum cœno volutetur? Et certe quanta vis eſſet in cauſa, ex effectis oſtenſum eſt; cum enim primum Lutherus hoc à ſe dólatum veſtris in animis collocauit Idolum, ſuos auditores in omnem intemperantiam turpiter vidit effuſos: & quanquam eſſet impudentiſſimus, ſic tamen illum ſuorum puduit, aſotorum, vt bona opera cæperit commendare, quo eos intra modeſtiæ ſepta vtcunq; reuocaret: ſed fruſtra vt author eſt in eius vita Cochlæus: Latius enim ſerpſerat morbus, & altiores in præpingui ſolo egerat radices, quam vt eum poſſet, ipſe qui ſiuerat euellere. In eorũ quippe hypocauſtis atq; gurguſtiis, dum ventre infarcirent, perpotarent, ſeq; inter offas, & lances ad æquales hauſtus inuitarent, hæc perſonabant acroamata. *Nec bona opera, nec noua obedientia ad Chriſti regnum pertinent. Chriſtiani bona profitentes opera, ſunt Sathanæ mancipia. Non modo ad ſalutem neceſſaria non ſunt bona opera, quin maximam potius eidem obtinendæ moram, & impedimentum afferunt. Orandus eſt Deus, vt poſſumus ad finẽ vſq; vitæ, ſine operibus in fide perſeuerare.* Hi ſunt Lutheri ſermones, & ex illius antecedentibus erutæ

Homines in ſtatuas Mercurii degenerantes.

Fiunt ſine manib⁹ ac pedibus Serpentes.

Lutherus.

Futilis Lutheri pœnitudo.

Lutherana pronũtiata

:rutæ concluſiones, aptaque veſtri Idoli fingẽ-
:nandique materia. Illud ergo diligenter inſpi-
vt nobis ingenue dicatis, ſatiſne turpe, mon-
ùm, horrendumque ſit, vt vos tam fœdi por-
propugnatores eſſe pudeat. Satiſne denique
:rnicioſum etiam atque etiam expendite, cum
inis naturam, diuinas, humanaſque leges, vni-
ım Eccleſiæ ſtatum, ordinemque conuellat.
ıd ſi nec videtis, nec vidẽdo intelligitis, nec in-
ʒendo erubeſcitis vos oculis, auribus, capite,
i ſenſu carere, & in Mercuriales Hermas tran-
licemus.

De Sacrificiis Mercurij in Idololatria Miniſtrorum renouatis.

CAPVT XXVII.

S viri iuſti Deum laudibus offerentis, hoſtias eidem immolat: hinc Oſeas Propheta He-
ɔs hortabatur à Deo petere, vt omnem eis au-
:t iniquitatem: vt caſtius redderẽt *vitulos labio-* *Oſea 14. 3.*
ſuorum. Hoc eſt diuinarum laudum hoſtias, &
arum actiones illius ſummæ bonitati perſo-
:. Os veſtrum (Prædicantes) minime tales ob-
hoſtias: neque ſermo veſter huiuſmodi ſacri-
: quamuis vt reformati Mercurii, ſermonis e-
ıtiam fueritis ſtudioſiſſime perſequuti. Cor e-
veſtrum tetra infectum Hæreſi, illiuſque ficti,
ɔſtoriſque numinis Idololatria contaminatũ,
:rum eſſe non poterat: os autem cordi cõſen-
:, errorum officina fuit, fornaxque Babylonica
ns flammas, & exhalans incendia, in quibus

LIBRI VI. CAP. I.

combuſti, & veluti humanæ hoſtiæ, illi ficto Deo cuius Idolum prædicabatis, & adorandum exhibebatis immolati, conſumptique ſunt, quotquot veſtris ſermonibus aures præbuerunt. Veſtrũ porro caduceum preferentes carni, abdominique pacem nunciando funeſtum Eccleſiæ, fidei Catholicæ, legi diuinæ, boniſq; operibus, actionibuſq; ſtudioſis bellum callide indicebatis: vt toto mundo per vos ferro, flammiſq; vaſtato, tot victimæ illi impoſtori, Mercurii nomine adorato, mactarētur, quot miſeros mortales inſidiarum veſtrarũ pedicis irretitos, in corporis & animæ ſempiternum exitium ꝑtruſiſtis. His & aliis dogmatis, & actionibus Cacodæmon antiquam Mercurii Idololatriam, eiuſq; ſerpentes in veſtra Secta renouauit.

Miniſtrorum Caduceum.

IDOLOLATRIÆ HVGONOTICÆ LIBER SEXTVS.

De Idololatria Lunæ.

CAPVT I.

SEptimam, & inerrãtium ſtellarum vltimam ordine lunam, eiuſdẽ artificio ac propoſito Diaboli, quo cæteras res creatas, quæ cœlo terraque continentur, Ethnici in Deorum album retulerũt. Scriptum eſt in libro Geneſeos Deum feciſſe, *duo luminaria magna, luminare maius* (ſolem videlicet) *vt præeſſet diei: & luminare minus* (nempe Lunam) *vt præeſſet nocti.* Vnde ſuas Diabolus de luna fabulas commentus eſt, tamque late lunæ ſtabiliuit Idololatriam quam Solis, cuius ſororem eſſe perſuaſit, Iouis

Sol & Luna duo maxima luminaria. *Gen.1.16.*

Luna Iouis, latonæque filia, & ſoror Apollinis.

Digitized by Google

Iouis Latonæq; filiam: ex quibus item Apollo genitus credebatur. Hanc ille fabulam veritatis malitioſe detortæ fundamento fulciri voluit: proptereaque Luna opus erat à Deo creatum, quẽadmodum Sol, & eo nomine ſoror eius dici poterat, cum eundem creatorem, ac parentem agnoſcat. Porro in eo totius commenti, fabuloſæque narrationis malignitas verſabatur, quod ambo indicarentur ex adulterio ortum habuiſſe, cum vera tamẽ fuiſſent creatione producti. Ergo quemadmodum ſub Apollinis, Phœbi, aliiſque nominibus cum variarum ſuperſtitionum farragine Solem ac ſi Deus eſſet, adorandum curauit: ita ſimili impietate Lunæ veluti Deæ diuerſis ei tributis appellationib. diuinos honores deferri contendit. Tria hæc illius fuerunt præcipua nomina, *Luna*, *Diana*, *Hecate* ſeu, *Proſerpina*. Nuncupata eſt *Luna*, quod ſecundum Solem à quo ſuum mutuatur lumen, præ omnibus ſtellis maxime luceat. A nomine I ana, quæ vox apud veteres Latinos Lunam ſignificabat, vt authores ſunt Macrobius, & Varro, D. litera ei addita cœpit *Diana* nuncupari: aut etiam *Diana* quaſi *Deuiana*, quod inter cæteras ſtellas ſuo in curriculo motibuſq; menſtruis maxime vagari, & errare cẽſeatur. Siquidem non ſolum ab eccliptica linea deflectit: ſed etiam extra Zodiacum, (intra cuius metas cæteri planetæ ſe continent) longius aliquanto verſus vtrumque polum progreditur: qua ex libertate vagandi nata eſt fabula Dianæ, quæ venatrix

Libri VI. Cap. I. *Cicer. 3. de Nat. D. Lil. Gyr. Synt. 12. Nat. Com. Mythol. l. 3 c. 8.*

Luna Diana, Hecate eiuſdem rei nomina.

S. Aug. l. 7. Ciui. c. 16.

Luna. *Vide Nat. Com. & Lil Gyr. loco cit. & Macrob. l. 1 Satur. c. 9. Varro de re ruſt.*

Philoſtr. in tabula. Venat. beſt. furiarum.

Diana venationis

Dea. *Melanthus lib. de Imag. Deor. Apoll. l. 1. Publ. Nat. Com. l 3. c. 8. Lil. Gyr. Synt. 12.* Statua Dianę. *in lib. inſcripto Deor. Imagines. S Aug. l 7. de Ciu. c. 7.* Canes.

LIBRI VI. CAP. I.

ac venationis Dea crederetur: quod eius eſſet ſtudium hac illac more venatorum feras temere perſequentium, nulla certa via, ordineque nullo aut limite ſeruato, vagari. Eam ob cauſam Arcades eam ouina pelle amictam adiuncto cane venatico figurabant: aptatam humeris pharetram, dextra facem luminis ſymbolum, ſiniſtra geminos angues gerebat, quib. ſe per ceruos, qui in eius ſunt tutela, ſerpentes ceruorum inimicos occidere deſignabat. Canes ad venationem inſtituerat, propterea ad ei⁹ vſum conſecrati dicebãtur. Eam vt integritatis nomine commendaret: virginem eſſe finxit: quod cõmentum eruditi & honeſti viri forſitan ad aſtri frigidi, ſteriliſq; naturam referendum exiſtimabant: at enim Diabolus hanc vt opinionem euelleret, ne videlicet hinc quiſpiam ad ſtudium caſtitatis induceretur, Endymionis eiuſdem amaſii fabulam inuexit: quem ob formam à Luna fuiſſe adamatum, ex eaque quinquaginta liberos genuiſſe confinxit. Quoniam nocturni roris humor Lunæ lumine excitatus animandis, vegetandiſque plantis inſudatur, earumq; confert incrementis, Syluarum, montiumque Deam eſſe perſuaſit: eaque loca comitantibus Nymphis, fictis fontium numinibus venando percurrere. Cumque ludus ſit illi Deceptori, vt admirationem mortalibus excitet, noua ſemper monſtra fingere: ſtatuam ei triplici in corpore fœmineo, capite fecit effingi: quorum vnum humani capitis inſtar, ad dextram equinum, ad ſiniſtram caninum habebat: vt integram, rebuſque neceſſariis inſtructam nobilium virorum venaticam exercitationem,

Endymiõ Lunæ amaſius. *Virg. 3. Aenei. Plin. l. 2. c. 9. Alex. Aphrod. in Problem. Lil. Gyr. & Nat. Comm̃ẽt. ſupra citati. Cartarius In Imag. Deorum.*

Dea Syluarum. *Sen. in Hippol. Horat. l. 1. Car. Od. 21 li. 3. Od. 22*

Idolum Dianæ triceps. *Cart. in Imag. Diana. Athen. li. 7. Virg. 4. Aen. Horat. l. 2. Car. Od. 22.* Nobilis venationis apparatus.

nem, ex hominibus ſcilicet, equis, canibuſque ſtantem, ea figura repræſentaret. At vero Phyaliter illud triforme ſimulachrum interpretatur: vt eo tria lunæ tẽpora, treſue ſtatus, & forquibus apparet, noua νεόμηνιν corniculataque: nde cum media orbis parte διχότομος, tertio in enilunio toto orbe perfecto πανσέληνον, à Græcis ncupata.

Duobus præterea ſimulachris admodum monroſis effingebatur: quorum vni colubri caput, alri accipitris in corpore humano aptatum erat, rtaſſe vt colubro terreſtris natura lunæ: coluber quidem terreſtris eſt animans: accipitre vero, quę olucris eſt Soli dicata: lumen exprimeretur. Dicta uit *Hecate*, ſeu *Proſerpina*. Inferorum Dea, eo quod ub pedibus noſtris, in altero ſcilicet nobis aduero orbis Hemiſphærio luceat: cum enim occidit Antipodas reuiſura, in Inferna loca videtur deſcẽdere, vt illic præſideat, maneſque Tartareos ſua luce colluſtret: & ex eo quod longe radios eiaculatur, dicitur Hecate: & Proſerpina, quod eam ſibi in vxorem Pluto Deus Inferorum rapuerit. Præterea veteres illam viarum ducem, deamq; crediderunt: vnde à Latinis *Triuia* fuit nuncupata, eo quod lucẽ præbeat viatoribus, cuius beneficio iter videant: quod commentum ad tricipitem Mercurii ſtatuam accedit. Sunt qui opinentur id nominis habuiſſe, ratione trium diuerſorum motuum, quibus præ cæteris planetis inſigniter in cœlo mouetur. Proprium enim curſum ratione longitudinis ab Oriẽte ad Occidentem, breuiori quam quiuis cæterorum conficit ſpatio temporis: duodecimque ſigna Zodiaci vno menſe percurrit: quod nulla ſtellarum

Idolum cũ ſerpentis, & accipitris capite.
Cart. in Imag. Dianæ.

Hecate ſeu Proſerpina
Heſiod. in Theog. Lil. Gyr. in Syntag. 12.

Ἑκὰς longe. Dea viarum.
S. Aug. l 7. de Ciu. c. 16 Feſtus li. 9. Macrob. l. 1. Sat. c. 9.

Tres lunæ motus inſignes.
Plin. l. 2. c. 9. & 10.

LIBRI VI. CAP. I.

errantium faceret: annuumque curriculum trecẽtis quinquaginta quatuor diebus abſoluit: cum Sol cui proprius eſt in ecclíptica motus, trecẽtos ſexaginta quinque dies & ſex horas in eo perficiendo conſumat. Illa extra Zonam, vt dictum eſt, latam, communemque aliorum Planetarum viam excedens vltra Capricorni, & Cancri tropicos, Meridiem & Septentrionem verſus progreditur. Supra cœlum ita ſe nonnunquam attollit, ac ſi octauo eſſet affixa : contra vero ſic interdum demittitur, vt montium verticibus incumbere videatur. Tres ergo viæ inſignes, ac motus illi peculiares fecerunt viarum vt Dea, & Triuiorum eſſe putaretur, Triuiæque nomen obtineret, Ex qua ſimiliter allegoria ortum habuerunt, quæ in triuiis ei fiebant ſacrificia, quæ deinde inopes, ac peregrini velut è menſa, & ſacris Hecates colligebant. Præterea variis nuncupata fuit nominibus : à Perſis dicebatur *Zaretis*: à Chaldæis *Aido*: *Iſis* ab Aegyptiis, à Græcis *Artemis*: *Aſteroarche* à Chartaginenſibus : *Benden* à Thracibus: à Tauricæ populis *Orſilache*. Atque vt illi quæque natio certum nomen tribuebat, ita ex eandem varie fabulandi anſam arripuit : Nec ſane operæpretium eſt hoc loco quæcunq; veteres Ethnici de hoc planeta ſunt commenti colligere : facilius enim videretur, è diſſipatis per aera nubibus quippiam ſolidum efficere, quam ex tam variis ac diſſentaneis fabellis aliquam formam narrationis certo modo ac ratione partium inter ſe cohærentium contexere. Satis ex his quæ dicta ſunt, patet tam multa de Luna finxiſſe Diabolum, tum vt fictæ iſtius Diuinitatis documenta fabularum adumbratione iucundiora redderet : tum etiam vt ex hac monſtro-

Triuia. *Macrob. l. 1 Satur. c. 9.*

Menſa. Hecates.

Nomina Lunæ. *Lil. Gyr. Synt. 12.*

monſtroſa, ſingularique rerum nouitate mortalibus faceret admirabilitatem: vt poſtea ſuper his vt aptis baſibus Idololatriæ Lunæ columnas ſtabiliret. Quocirca cum illis nominibus, & qualitatibus Deam eſſe pſuaſiſſet, idoneum ei deinceps cultũ, & comitatum adiunxit, illius titulis adiunctiſque conſentaneum: currum videlicet cui trahendo varia iungebãtur animalia, modo bini equi, quorum alter albus erat, vt curſum illius diurnum: alter niger vt nocturnum deſignaret: modo gemini tauri quibus corniculata eius forma notaretur: Interdũ muli qui eiuſdem ſterilitatem: alias cerui candidi, partim vt eius venandi ſtudium, & voluptatem, q̃ in venatione capiebat: partim vt eo candore cœleſtẽ eius in cœlo lucem indicarent. Hæ pręcipuę comitatus illius, & apparatus partes fuerunt: de ſacrificiis erit modo agendum.

Libri VI. Cap. I.

Currus Lunæ.

Cartar. in Imag. Dianæ.

Bini equi.

Bini Tauri

Item muli & Cerui gemini.

Ouid. 1. Faſt. Lil. Gyr. Syntag. 17.

De Sacrificiis & honoribus Lunæ, Dianæ, Hecate ſeu Proſerpinæ exhibitis.

Capvt II.

In ſacris illius fictæ Diuinitatis, quæ ab Ethnicis ſub Lunæ, Dianæ, & Hecates nominibus colebatur, eaque diuerſis in locis pro varietate munerum putabatur regnare, Canes, Equi, Tauri, Cerui, Muli, animalia illi dicata immolabantur. Aegyptii porcum eidem tantum in Plenilunio cædebãt. Apud Athenienſes puellæ pertæſæ virginitatis, nupturæ, vt huius Deæ, cuius eouſque in tutęla

Victimæ Lunæ, Dianæ Proſerpinæ Canes: equi cerui tauri muli.

Lil. Gyr. Synt. 17.

Porci *apud ægyptios.*

Athenienſes. *Herod. l. 4. Cic. 2. de Natur. D. Terent. in Andr. Virgil. in Pollione. Plin. l. 16. c. 44. Ouid. 2. Faſt.*

LIBRI VI. CAP. 2.

fuerant, iram auerruncarent, quod inirent coniugium, in caniſtris ad eius fanum libamẽta comportabant: quem ritum illi κανηφορεῖν vocitabant. Parturientibus opitulari credebatur. eamque ob cauſam ab illis nomine *Lucinæ*, inuocabatur. Eandem item ſub Dianę appellatione maxima cum ſuperſtitione Epheſi cultam fuiſſe, non prophana tantum, ſed & ſacra Apoſtolorum teſtatur hiſtoria: in qua ſcriptũ eſt Idolorum fictorem nomine Demetrium delubri Dianæ prætextu tantas in vrbe turbas excitaſſe, vt D. Paulus eiuſque ſocii in certum fuerint vitæ diſcrimen adducti: qua in commotione ciues duas horas ſublata voce Magnam eſſe Dianam Epheſiorum conclamaſſe declarat. Inter ſeptẽ orbis miracula tẽplum illud numerabatur, incredibili totius Aſiæ ſumptu, atque magnificẽtia viginti ſupra ducentos annos exædificatum: ob idque toto orbe celebratum fuit. Lunam Theſſali vt artium magicarum Deam venerabantur, eamq; de cœlo vi carminũ ſe poſſe educere iactitabant, apud quos infames huiuſmodi artes exercebantur. In eadẽ ſuperſtitione erant Arcades, maiore præterea oſtẽtatione, qui vt canit Apollonius lib. 4. Argonaut. ſe ante lunam natos gloriabantur: eaq; de cauſa Mnaſeus eiuſdem enarrator προσελήνους dictos fuiſſe teſtatur. Iidem ſolebant lunatos geſtare calceos; quod deinde Romani in antiquæ nobilitatis ſymbolum vſurparunt: & antequam Romani Hebrææ fœminæ, lunulas, geſtantes (quod ex Iſaia diſcimus) & vt interpretatur S. Hieronymus bullulas in ſimilitudinẽ lunæ corniculatæ effectas: quas illæ ad veſtium & corporis ornatum adhibebant. Hoc ſimiliter æuo Turcæ eandem lunæ falcatæ figuram, quemadmo-

Lucina.

Act. 19. 33. 34.

Theſſali magicis artibus infames. *Ouid. ep. ad Iaſonem.*

Luna falcata nobilitatis inſigne. *Plut. Prob. c. 76 Iuuen. Sat. 7. Stat. Syl. l. 5. in propt. Mar. l. 2. Iſa 3. 18*

Luna Turcarũ principis inſigne emblema.

dum

dum Franci lilia pro nobilitatis emblematis habẽt. Neque vero dubitandum eſt, quin Iudæi Ethnicorum in ſuperſtitione inanium Deorum æmuli, in cultu quoque Lunæ eos fuerint imitati. Quam ob cauſam Deus, vt eos ab impia ſuperſtitione ad legitimum illius ſtellæ vſum traduceret, & in veræ Religionis exercitio aliqua ratione contineret, inſtituit (quemadmodum obſeruat S. Greg. Nazianz.) vt Lunæ curſus eorum annum moderaretur: & vt ab vnoquoque nouilunio quilibet menſis duceret initium: in quo Neomenia, id eſt noua Luna, ſiue Calendæ, & conuocationes celebrarentur: propterea quod primo menſis, & lunæ die, ad feſtum diẽ populus non ad colendam lunã, ſed ad Lunæ Creatorem agnoſcendum, & adorandum conuocabatur. Diabolus autem iis, quas modo recenſuimus, ſuperſtitionibus minime contentus crudeliorem præterea ſuo more cultum inſtituit, quo humanæ hoſtiæ ad aras Lunæ mactarentur.

LIBRI VI. CAP. 2.

S. Gre. Na. Or. 2. de Paſis.

Feſtũ Neomeniæ & Calẽdarũ apud Hebræos.

In Taurica Scytharum regione homines externi eo accedentes ſub Dianæ titulo Lunæ immolabantur. Lacedæmone vero adoleſcentes indigenæ tanta ſuperſtitione illa cruenta ſacra adibant, vt inter ſe ſtudioſe contenderent, quinam eorum ſine gemitu, ſuſpiriis alioue ſigno doloris plures ictus, & plagas ſubirent; qua in carnificina extincti illius numinis rabiem explebant. Pari crudelitate Achęi adoleſcentulum, & eximiæ formæ puellam eidem quotannis offerebant. Sub Hecates appellatione ſiue Proſerpinæ aliis humanis hoſtiis crudeliſſima impietate, lugubrique ſuperſtitione colebatur: cõgruenti ſane modo Inferorum Deæ, quam Diabolus

Crudeles in Taurica victimæ. *Serm. in 7. Aen. Paul. Oroſ. in pſ. l. 5. Alex. ab Alex. l. 6. c. 26.*

Lacedęmone. *Plut. in Lycurgi Pauſan. l. 3 Philoſtr. de vita Apol. l. 6. c. 10. Cic. 2. Tuſ.*

Crudeles in Achaia victimæ. Hecate ſeu Proſerpina. *Luciã. l. de ſacrif. Soli c. 20.*

LIBRI VI. CAP. 3. lus duram,& inexorabilem fore prędicabat, niſi eo victimarum genere placaretur. Summa hæc ſit eorum quæ in Lunæ, Dianæ, Hecates, atque Proſerpinę cultu Idololatrico fiebant: qui plura deſiderat authores in margine notatos, alioſque conſulat. Facio inuitus, vt iis nugis, ac fabulis recenſendis tempus inſumam: hæc tamen pro ratione argumenti propoſiti adducenda neceſſario fuerunt. Iam tandē quidnam in veſtra Secta huic ſuperſtitioni ſimile teneatis, accipite.

Zenodot. in collect. Philoſtr. in vita Apoll. l. 6. c. 10. Herod l. 4.

Idololatria Lunæ in Secta Hugonotica Caluini renouata.

CAPVT III.

CVm præpotentis Dei Creatoris opus ſit luna, multis nos documentis (ſi quidem velimus attendere) erudire poteſt ad bonum ac malum cognoſcendum: vt hinc excitati, vitam recte inſtituamus, & iſtius aſtri procreatorem debitis laudib. proſequamur. Atq; eum ad vſum Scriptura S. nonnūquam in medium eximiis eius qualitatib. adductis certarum virtutum ſplēdorem ac pulchritudinem exponit: interdum iiſdem contrarias affert, quibus vitiorum deformitas manifeſtius appareat. Exempli gratia, quodam in loco cum agit, de Eccleſia: *Pulchra*, inquit, *vt Luna*. At alibi: *ſtultus vt luna mutatur*. Prior ſimilitudo è lumine excellenti lunæ qualitate ſumpta eſt: poſterior vero ex eiuſdem figuræ varietate, quod eſt ſymbolum inconſtantiæ. Enimuero hæc eſt optima, hoc aſtro, cæteriſque rebus creatis vtendi ratio: ſcilicet vt ſpiritalem ex his vtilitatem capere ſtudeamus. At enim Diabolus

Luna Creatorem indicat.

Cant. 6. 9. Eccl. 27. 12

cuius

cuius omnis in legitimo rerum vſu peruertendo verſatur induſtria, ex illo, vt dictum eſt, ſydere, cõmentitiam Diuinitatem, craſſamque Idololatriam fabricatus eſt priſcis temporibus: noſtra vero memoria nouam quandam Idololatricam ſuperſtitionem (quæ veſtra eſt Reformata) ad veteris exẽplar, ex adiunctis Lunæ quibus aliqua notatur deformitas, ſolita ſibi arte conflauit. LIBRI VI. CAP. 3.

In primis, errantium ſtellarum vltima, infimaq; eſt luna, omnium craſſiſſima, errabũda plane, & in ſuis motibus maxime vaga: horum omnium Secta veſtra expreſſam gerit imaginem. Eſt enim hoc poſtremo exorta ſeculo, & vltima ſtellarum errantium, Sectarum videlicet, & Hæreſum quæ ſplendidum ſibi Religionis, cœleſtiſque doctrinæ titulum ſed falſo vendicarunt: quales Arrianorum Manichæorum, Sabellianorum, & cæterorum eiuſdem factiones accepimus. Conſtat omnium eſſe craſſimam, præque cæteris carnalem, ac voluptariam. Siquidem in ſuperioribus Sectis aliquid inerat ſubtilitatis, aliquod ingenii acumen: nõnulla ſpecies virtutis, & honeſtatis: at veſtra tota ex terra, carneque conſtat, nihil ingenioſum aut ſpiritale: nihil in ea cernitur cum virtute cõiunctum: quippe quæ ſit ſpurciſſima omnium errorum cloaca, & exoletarum Hæreſum ſentina, in quam peſtes omnes antiquarum opinionum confluxerunt in eo maxime quod proprio iudicio, abdomini, imoque ventri ſtudioſiſſime ſuffragatur. Adeo licẽter errat, ac ſoluta vagatur, nullam vt legem, aut regulam, qua ad bene agendum cogatur, admittat: quippe quæ pro omni lege ſuam duntaxat velit habere Libertatem. Spiritualia vero

Lunæ cũ Hugonotica Secta proportio.

Lutheri Caluiniq; Secta maxime omniũ terreſtris, & craſſa.

Vaga, ſine lege erratica, vt luna.

Digitized by Google

illius exercitia in gurguſtiis, ieiuniorum obſeruationes, in popinis, caſtitatis decora in pellicatu, ac proſtibulis: modo genialiter viuat, edat, bibat, cuticulam curet, libidinem expleat, nemini pareat, pro rectore ſuum iudicium ac ſenſum habeat, tum ſe reformationis attigiſſe faſtigium arbitratur. Nihil ea magis vagum & erraticum? nulla veterum Sectarum adeo inconſtans: ſolutaque fuit: quandoquidem per omnes fidei articulos vagatur errabunda, cum ſatis fuerit veteribus intra certos fines, veluti in ſolis Zonæ ſpatiis, errando conſiſtere. Hæc ſanctiſſimum Trinitatis myſterium generatim, ſingulas autem Perſonas ſpeciatim inuadit: ceremonias omnes, Sacramenta, Catholicam Eccleſiam ac leges Eccleſiaſticas impietatis ſuæ atque crudelitatis cornibus conatur euertere. Stat, cum ambulandum eſt, cum progrediendum longius, regreditur. Cum enim ieiunat Eccleſia Dei, aut quodlibet aliud pœnitentiæ opus exercet, veſtra Reformata ceſſat, nec ad illud mouetur: quando eidem Sanctorum proponuntur exempla, quibus ad perfectæ vitæ culmen aſcendat, in ima potius deſcendit, peior euaſura. Curriculum ſuæ libertatis, carneæque licentiæ, finibus nullis circumſcribitur: non ſane magis quam luna in ſuis Epicyclis, & excentricis: aut Dianæ curſus, cum venando feras proſequeretur. Secundo luna ratione ſterilitatis virgo credebatur: veſtram Reformatam Lunam, nonne ſterilem prorſus fatemini, atque bonorum infœcundam operum? Hoc ſane modo per me licet virgo dicatur, cum eo nomine talis exiſtat. Cæterum ſi ſpectetur, quæ ſolet in virginibus animi & corporis integritas, tam dicenda eſt virgo, quam bona illa

Luna virgo credita. Hugonotica Religio bonorum operũ ſterilis.

illa Dea quæ quinquaginta filios ex amaſio ſuo Endymione ſuſcepit. At minus inſuper virgo, & ea multo infelicior, quod illa q̃nquaginta mares dicitur peperiſſe, veſtra vero dimidio plures fœminas, centum videlicet Hæreſes edidit Religio ex quo tuus auus Lutherus eam genuit, genitamque omnium libidini proſtituit. Cæterum grauida ſemper eſt, & fœta axiomatum ſupra iam in Idololatria Veneris expoſitorum: quibus in contemptum, atque faſtidium Virginitatis, & cœlibatus quoſcunq; poteſt adducit: vt eos ad connubia, & partus impellat: quare bona Lucina eſt, planeque digna quæ, vt illa vetus, à parturientibus inuocetur. Ad hæc tria gerit capita, totidemque vultus: à tribus diuerſis Hæreſum parentibus Luthero inquam, Zuinglio, Caluinoque formatos: quorũ quiſque ſua ſibi propria, & ab aliis forma, ac ratione diuerſa inſeruit dogmata, quæ vni tamen Hæreſeos corpori adhæreſcerẽt. Præ ſe fert Lutherus hominis faciem, eo quod interdum videtur propius ad rationem accedere: Zuinglio propter libidinem cognatio eſt cum equis: cum canibus Caluino: quid enim eſt iſto mordacius? quid ad oblatrandum, & calumniandum impudentius? Inſuper illi ſtatuæ quam humano in corpore caput ſerpentum habuiſſe diximus, quam ſimillima eſt: inficit enim animos ſuæ veneno doctrinæ: & cum ei libet, more humano graditur. Denique illius Idoli caput accipitris gerentis formam exhibet, nam ſublime volat, ſed vel ad ſuperbiæ faſtum, inaniſue gloriæ fumum aucupandum, vel ad eſcam voluptatum venandam. Facem accẽſam dextra portat, non vt errantibus præluceat, viamque monſtret, ſed vt flammis potius & incendiis Chri-

ſtianum

LIBRI VI. CAP. 3.
Hęreſis Lutherana centum diuerſas peperit.

Lucina Hugonotica.

Hugonotica religio triceps.

Lutherus. Zuinglius. Caluinus. Corpus humanum capite ſerpentino, & accipitris.

Hæreſis fax omnia inflãmans.

Digitized by Google

Libri VI. Cap. 4.

ſtianum orbem abſumat: quod quẽadmodum p̄ſecerit, quæ ſuper ſunt ex tanta conflagratione ruinæ, cinereſque teſtantur: ſerpentes vero habet ſiniſtra, vt quotquot illi adhæreſcunt, inficiat, maleque perdat.

Quomodo ſtatus, currus, & ſacrificia Lunæ in Hugonotiſmo effingantur.

Capvt IV.

Lunæ ſtatus. *Macr. l. 1. in Serm. Scipion. c. 6*

VArii Lunæ ſtatus, formæ, & habitudines in veſtra Religione, quam falſo reformatã obtenditis, admodum venuſte repræſentantur: nam in ortu primo ſplendentibus ſimulationis cornib. ſplendoreque ſuperbiæ, vt ante dixi, ſe videndam exhibuit: deinde ſenſim excreſcendo, doctrinis & actionibus gibba cõſpecta eſt: tandem plenior effecta cum fuit, in facie maculæ apparuerunt, quamque deformis eſſet vniuerſus orbis agnouit. Nunc ſeneſcendo nouiſſima vergit ad interlunium, vtq; ſolet ſoli auerſa, & in occaſum cornua inflectit: ſpes eſt minime dubia fore breui, vt euaneſcat, nulli mortalium aſpectabilis, qualis nimirum quindecim fuit ſeculis: ſublata ei omni ſpe renaſcendi. Hoc præſignificat Lunæ creſcentis è plumbo ſymbolũ, quod non nemo è veſtris Heroibus in conclauis faſtigio ſui collocarat: cuius cornua deorſum verſus reflexa fuerunt: ſiue ea ſolis ardentes radii molliuerint: ſiue impetus ventorum in ſitum contrarium reflexerit: ſtatuente videlicet diuina Prouidentia ſecũdas haſce cauſas euentuum prognoſtica futurorum. Quæ animalia Lunæ currum trahebant,

Hugonotiſmi Luna deficiens.

Deiecta Lunati ex plumbo ſymboli cornua.

bant, eadem veſtræ Diuæ reformatæ vehiculũ: vos ſcilicet eſtis, qui eam cum ſpiritalibus horum animalium notis per Europæum orbem circumducitis, vt omnium poſſit oculis patere. Ceruus vt inſignis eſt cornibus, ita admodũ ſalax: cui Taurus eſt, diuerſa tamẽ ratione, ſimilis: equus ferox item, ſuperbum, atq; laſciuum eſt animal, quo vt duobus aliis ob haſce qualitates libidinis, & arrogantiæ mancipia deſignantur? inſita eſt mulo malitia: ceruicoſum eſt animal, minimoque tractabile. His animantibus homo fit ſimilis, ſi vitiis, quæ per illa ſignificantur, addictus ſit. In Scriptura diuina, diuites, ſuperbi ac voluptarii Taurorum nomine dicuntur ii, qui in Chriſti Domini necem conſpirarunt. Sic enim præcinebat Regius vates: *Tauri pingues obſederunt me*: Scribas & Phariſæos præuidens capitali Chriſtum inſectaturos odio, eiuſque interitum, quacunq; ratione machinaturos. Idem præterea Rex ne libidini ſuperbiæ, aut ignauiæ ſe dedant mortales his verbis ex mulo & equo tranſlatis admonet: *Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus.* Si aperte ſupra demonſtratum fuit ſuperbiam, Luxuriam, omniumque bonorum operũ ſterilitatem ex veſtra doctrina, vt propria parente manare, quæ vobis iniuria fiet, ſi vos omnes eorum animantium, quæ veſtras adnotant proprietates nominibus appellandos putent? Quis veſtrum mihi iure ſuccenſeat, ſi veſtræ Dianæ, Lunæue reformatæ pilento, quod tanta cum oſtentatione per omnes Europę regiones circũduxiſtis, & adhuc circumducere pgitis, Ceruos, Tauros, Equos & Mulos iunctos eſſe dixero?

LIBRI VI. CAP. 4.

Diuerſa animalia currus Lunæ trahendo iuncta. Cerui. Tauri. Equi. Muli.

Pſal. 21. 13.

Pſal. 31. 11.

Quod autem ad crudelia, ac prorſus inhumana

Lunæ ſacrificia.

Digitized by Google

Lunæ Dianæ, Hecates ſiue Proſerpinæ ſacrificia ſpectat, quis nō videt, vos in veſtris delubris ex vero ſimilitudinem illorum effinxiſſe? Vos nempe primi fuiſtis ad iſtius Deitatis altaria, vt victimę ad immolandum adducti: & eodem animas veſtris adhęreſcentes doctrinis, identidem pertrahitis. Quis enim certo numero complectatur viros, atque fœminas, qui hauſto axiomatum carneæ libertatis poculo in porcos, Idoló Proſerpinæ poſtea mactandos euaſerunt? Quot hoſpites in veſtras vrbes aduentantes circumueniſtis: quos maiori quam Scythæ Taurici impietate funeſtas authori huius nouæ, vt quodam veteris Idololatriæ, victimas offerretis? Quam innumeroſum animarum gregem veſtra *Diana, Nembroduſque* Tartareus pedicis irretierunt, ſuiſue iaculis, ac venabulis cōfecerunt? Quot adoleſcentuli, teneræque puellæ in aris fictæ huius Deitatis Hecates veſtræ dolis circumuenti mactatique perierunt: qui ſi in meliores, quam vos incidiſſent Doctores orthodoxaq; fuiſſent imbuti doctrina corpus, & animam ex Apoſtoli Pauli conſilio Deo Opt. Max. magno in eius familia ornamēto futuri dicaſſent? Dicite Miniſtri, tantamne cladem Ethnicorū Luna, Diana, vel Hecate plurimis retro ſeculis, rebus humanis intulit, quantam à veſtra nondum toto elapſo vno ſeculo, hoc & per annos octoginta importatam videmus? Illane potuit craſſis illis deliramentis fraudulentius, crudelius, funeſtius circumuenire mortales, quam hæc ſuis effatis ex malitia, maloque dolo cōflatis? Ethnicorum Luna vnicum Endymionem ſomno ſopiuit: at quot, & quātos mortales effrænatæ libertatis, peccati, æternæque mortis ſomno veſtra oppreſſerit, faci-

Aduenæ mactati.

Nembrod. venator. Gen 10.9.

Virgines Deo dicatæ. 1.Cor. 7.34

Digitized by Google

facilius eſt multo vicem eorundem lugere, quam certum numerum colligere: Hæc fuit ſeptimæ inerrantis ſtellæ Idololatria hæ peſſimæ Dæmonis artes quas in priſcis ſuperſtitionibus veſtro miniſterio renouandis excogitauit: non vt è cœlo (quod Theſſalis perſuaſerat) lunam deduceret, ſed vt è veteris Ethniciſmi tenebris extractam iis omnibus obiiceret adorandam, qui nefariis veſtræ doctrinæ carminibus Religionis reformatæ colore, faſcinarentur.

Libri VI. Cap. 5.
Carmine vel poſſunt Cœlo dedu cere Lunã. Vir. Eclog. 1.69.

De Minerua, ſeu Palladis Idololatria.

Capvt V.

Tametſi cæptum opus eo iam proceſſerit, expoſitis errantium ſtellarum ſuperſtitionibus, grandique veſtrarum errantium opinionum congeſto cumulo, vt ſuprema ei manus admoueri poſſe videatur: nihilominus paucas inſup ſuperſtitiones adiiciam, quas iampridem cum Ethniciſmo ſepultas Diabolus nouo ritu, mod oque, ſed ad eoſdẽ effectus, in veſtro Hugonotiſmo callide renouauit. Earum inſignis maxime fuit *Minerua* cognomento *Palladis*, Lunæ ſeu Dianæ Diuinitati proximæ (nec enim, vt aliqui cenſuerunt, eadem eſt) ſed eiuſdem, atque Apollinis ſoror, ab his tertia nouo prorſus modo, ſcilicet è Iouis cerebro nata, quam ſapientiæ, atque conſilii in bello, paceque Deam, artium præterea, ac doctrinarum inuentricem habitam Ethnici coluerunt, ac veteres Poetę carminibus ſtudioſe celebrarunt. Talis fere colligi poteſt ſtatuæ Palladis deſcriptio ex lil. Gyral. aliiſue authoribus.

Minerua ſeu Pallas Deæ Scientiarum.
Cic. 3. de Nat. Deor. Arnob. l. cont. Gent. Nat. Com. l. 4. Myth. c. 5.

Libri VI. Cap. 5. Mineruæ Idolum.

Palladis ſimulacrum bellicoſæ fœminæ habitum referebat, amiciebatur enim palla ad talos vndatim allabente, ſuperiecta ad lacertos lorica limbis ferreis ad ſinum pendentib. expreſſo ad pectus inſigni anaglyptices arte capite Meduſæ. Vibrantem auro galeam capite geſtabat: ſiniſtro brachio Aegidem cryſtallinam, dextra haſtam ad medium ſinuoſis anguis ſpiris circumplexam: iuxta Victoriæ ſtatua eminebat.

Pauſan. in Atticis.

Breuiorem videre eſt eiuſdem deſcriptionem apud Pauſaniam. *Mineruæ ſignum recto ſtatu eſt cum tunica talari, in eius pectore Meduſæ caput. & Victoria cubitorũ fere quatuor, manu haſtam tenens, iacet ad pedes clypeus, ad inani haſtam draco.*

Oliua. *Plin. l. 12. c. 1. & l. 16. Ouid. 6. Metam. S. Aug. l. 18. de Ci. c. 12.* Noctua Symbolũ ſapientiæ, quod noctu videat. *Pierius l. 20. tit. de Noctua.* Athenæ. *Lil. Gyr. Syntag. 12.* Demoſth. *Plut. in Demoſ.* Quodnã Idololatr. Mineruæ fundamẽtum.

Olea ad hominum vitam, ac res multas vtilis: draco & noctua in eius erant tutela: quam Athenienſes maxime omnium colebant: eorumq; Ciuitas omni doctrinarum genere florentiſſima, illi dicata ab eius cognomine Ἀθηνῆς Athenæ nomen accepit. Huius antiquitatis eſt teſtis Demoſthenes, qui cum ſe in exilium iniuſte agi quereretur vrbem reſpectans: ô vrbem, inquit, quæ noctua, Dracone, & populo tribus feris immanibus delectaris! Ac licet de iſtius numinis origine, & fabulis multa authores prophani luſerint, conati ad myſticum ſenſum fabuloſa commenta trãsferre: mihi tamen videtur hic fallaciarum architectus Diabolus huius fictæ Deæ ſuperſtitionem in Scriptura S. maximeque in Salomonis fundaſſe doctrina: in iis p̃ſertim locis, quibus æternam Sapientiam, Dei nempe filium deſcripſit. In eo ſiquidem vafri ſerpentis, vt ſæpe monui, fraus omnis verſata eſt, vt Dei præpotentis opera, oracula, ceremonias, ſacrificia, cũctæque diuini cultus myſteria peruerſa imitatione cõſectare-

Digitized by Google

ſectaretur: ſacras hiſtorias in fabulas conuerteret pesſimum in vſum Scripturas, & quidquid à Deo creatum eſt, adhiberet: mortaliũ mentib. tenebras offunderet: virtutiſq; faſtidium eorum volũtati afferret. Nonne per Ethnicos Poetas vniuerſalẽ terrarum cataclyſmum, turrimq; Babylonicam in modum fabulæ depinxit, vt hiſtoricæ veritatis fidẽ eleuaret: aut certe, vt ſub his fabulis, tãquam veris rebus, diuinos ſibi honores aucuparetur? Ergo quæ de vera Dei ſapientia diuinitus à Salomone diſputata ſunt, ad commentitiam Mineruæ ſuæ diuinitatem conflandam vſurpauit, quam diuinæ Sapiẽtiæ opponeret. Sic enim hæc apud Salomonem loquitur: *Ego ex ore altiſsimi prodiui primogenita ante omnem creaturam.* Hæc vero eſt ſecũda Trinitatis ſanctiſſimæ Perſona, Deiq; verbum vere ſubſiſtẽs, quod ex ore Altiſſimi æterna generatione prodiuit: vnicus Dei Fili' ex æterni Patris mẽte inexplicabili rõe generatis. Hoc malus ille Geni' arripuit, ac ꝓ veritate fabulam, pro vera Sapientia Mineruam, pro Spiritu corpus, ꝓ Filio fœminam, pro immortali, mortalẽ, pro vero Deo falſam Deitatẽ ſubiecit, hominibuſq; ꝑſuaſit eã Iouis eſſe filiam, ex eius cerebro genitã: vtq; fabulæ aliq̄d ornatus accederet, ea naſcente aureum imbrem è cœlo cecidiſſe confinxit. Sciebat à Salomone ſcriptum eã ſummã Sapientiã, *ab initio & ante ſecula fuiſſe*: quibus verbis non aliud illam eſſe quam Deum, principio, fineq; carentem: quare vafra æmulatione idem vt de ſua Minerua crederetur, effecit: eo ſiquidem authore Aegyptii huiuſmodi celebre dictum aureis ſcriptum literis Mineruæ tribuerunt, *Ego ſum, quæ ſunt, quæ fuerunt, & erunt*: quod ſolius Dei proprium eſt, qui

Libri VI. Cap. 5.

Diaboli vafricies in Dei operibus imitãdis.

Diluuium apud *Ouid. 1. Met. & alios.*

Turris Babylonica per eoſdẽ.

Eccl. 24. 5.

Claudian.

Eccleſiaſ. 24. 14.

Proclus & Fiſcinus.

Digitized by Google

bricatis honores ſoli Deo debitos aucuparetur. LIBRI VI. CAP. 6.

Qua in re Secta Caluini: Miniſtrique Mineruæ eiuſque Idololatriæ conſentiant.

CAPVT VI.

PErmagnum veſtræ virgini ſc. Reformatæ cum veteri Minerua cognationẽ, atq; neceſſitudinẽ eſſe quemadmodum de luna dictũ eſt, licet ex qualitatum vtriuſq; ſimilitudine colligere. Minerua ſapientię Dea falſo habita fuit: veſtra Secta falſo similiter Reformata dicitur Religio: Illa armis inſtructa ſcientias, arteſq; profitebatur: veſtra factio ab incunabulis armorũ vi ſuo Euangelio diſſeminando viã muniuit. Minerua pacis gerebat oleam, cum tñ bella ſereret; veſtra Religio pacem habet cum carne, vt bello virtutes omnes perſequatur. In tutela Mineruæ erant noctua, & dracones: veſtra Diua receptrix eſt, ac fideliſſima fautrix Apoſtatarum, deſertorum Sacerdotum, & cæterorum eiuſmodi perditorum hominum, qui mores Eccleſiæ, Catholicæq; fidei lucem peroſi, vel lucifugæ volucres, noctiuagique tenebriones, illis animalib. apte deſignati in errorum nocte, atq; Hæreſum fœditate conquieſcunt. Minerua plebe tumultuoſa delectabatur: vos flabella ſeditionum, inter plebes tumultus excitatis, ſubditos Principib. populos ad defectionẽ cõmouetis, profligatoq; ſtatu Monarchico, Democratiã ſtabilire conamini. Lacedæmon falſa, inaniq; ſapiẽtia Mineruæ adumbrata nomine in fraudẽ Ethnicos inducebat: idem Chriſtianos per falſam doctrinã veſtram velo Reformatæ Religionis obtectam

Falſa ſciẽtia.

Armata ſcientia.

Falſa pax.

Noctua ſerpentes.

Plebs.

 falle-

Digitized by Google

fallere contendit. Ad promouendũ Mineruæ cultum addicta ſibi habebat ſeruitia: vos idem veterator ad Sectam à ſe excitatam tuendam, ac propagandam idoneos Miniſtros elegit. Cuius ad nutum vt vos totos finxeritis, vt ſpecioſo nomine doctrinæ, ad veſtram ſuamque Mineruam ornandam, colendamque male cautos mortales allexeritis, nemo non videt. Vos veram ſapientiam aſſeclis veſtris pollicemini, at iiſdem falſitatem datis: proque veritate mẽdacium, pro recta fide ſuperſtitionem, Hæreſim impietatem exhibetis. Veſtris in Synagogis tanti fit Veſtra Religio, nouaque Caluini doctrina, vt ſi qui eam deguſtarint, vobis eam præſertim commendantibus, mellis medullam vt aiunt, Lac Veneris, ipſiuſque Iouis cerebrum ſibi apponi arbitrentur. Atqui ſi quis vos intus & in cute nouerit, nihil veſtris in ferculis niſi ſomniantium dapes: nihil in doctrina præter craſſam ignorantiam, & errorem ac fallaciam reperiri clamabit. *Hæretici omnes tument*, ait Tertullianus, *omnes ſcientiam pollicentur: ante ſunt perfecti Catechumeni, quam edocti.* Scribit itẽ S. Epiphanius Hæreticos omnes ſe Gnoſticos, hoc eſt eruditos, ac doctos nuncupare. Palladium ſuadente Diabolo intra vrbes: Martis autem Idolum in ſuburbiis collocabatur: vos, eodem authore firmiſſimum conſilii, armorumque præſidium conſtituiſtis in vrbibus, quas legitimis veriſque Dominis ereptas occupaſtis, & in iis pro Palladio Diuã Reformatam, pro Marte vim bellicam adoratis.

Omnes Hæretici docti haberi geſtiunt.

Tertul. de praſcr. c. 14

Epiphani⁹.

Palladium in portis.

Cæterum ſicut olim Diabolus vnius fœminæ, q̃ Dea ſcientiæ fingebatur, opera ſuam Idololatriam inuexit, ita vos mulierculas ceu Mineruas idoneas ſubornaſtis quæ veſtræ doctrinę ſemina ſpargerẽt, iſti-

Diabolus per fœminas ſeminat errorẽ.

Digitized by Google

iſtiuſque Reformationis fundamenta ſtabilirent. Siquidem è noſtri ſeculi patet annalibus iam inde ab anno trigeſimo ſupra milleſimum & quingenteſimum ad annum vſque eiuſdem æui tertium atque ſexageſimum, veſtri Euangelii reconditæq; ſapientiæ Mineruas, atq; prædicatrices fœminas extitiſſe: nihil vt modo de iis dicamus quæ in aula Frãciſci I. Francor. Regis, vt nec de aliis, quæ extra Frãciam ea tempeſtate verſabantur: Hoc tãtum habete, quod vos in hoc quidem miniſterio Diabolus quam ſimillimos veſtris maiorib. effecerit: ſiquidẽ illi maxime fœminarum artibus, ac lenociniis ſuas Hæreſes ſpargere conſueuerant: quod ex S. Hieronymi verbis verum eſſe monſtrabo. *Simon*, inquit, *Magus Hæreſim condidit Helenæ meretricis adiutus auxilio.* Nicolaus *Antiochenus omnium immundiciarum repertor choros duxit fœmineos.* Marcion. *Romani præmiſit mulierẽ, quæ decipiendos ſibi animos præpararet.* Apelles *Philomenem ſuarum comitem habuit doctrinarum.* Montanus *immundi ſpiritus prædicator multas Eccleſias per* Priſcam, *&* Maximillam *nobiles, & opulentas fœminas primum auro corrupit, deinde Hæreſi polluit. Dimittam vetera, ad viciniora tranſcendam.* Arius *vt orbem deciperet, ſororem Principis ante decepit.* Donatus *per Africam vt infelices quoſque fœtentibus pollueret aquis* Luciliæ *opibus adiutus eſt. In Hiſpania* Agape Elpidiũ, *mulier virum, cæcam cæca duxit in foueam, ſucceſſoremq; ſui* Priſcillianũ *habuit Zoroaſtris Magi ſtudioſiſſimũ, & ex Mago Epiſcop. cui iũcta* Galla *nõ gente ſed nomine germanã huc illucq; currentẽ, alterius & vicinæ Hæreſeos reliquit hæredem. Nũc quoq; myſterium iniquitatis operatur. Duplex ſexus vtrumque ſupplantat &c.* Hæc S. Doctor. Sic ille verſut⁹ impoſtor ad viros decipiẽdos mulie-

LIBRI VI. CAP. 6.

Ab anno 1530 ad 1563. mulieres Lutheri Caluiniq; Hæreſim ſeminarũt

Hæretici mulieres ſubornatas ad decipiendum adhibent.

S. Hieron. ad Cteſiphontẽ aduerſ. Pelag.

Helene

Philumen.

Priſca & Maximilla

Lucilia.

Agape.

Galla.

LIBRI VI. CAP. 6.

res conſueuit ſubornare: propterea quod, vt in prima generis humani parẽte expertus eſt, muliebris ſexus eſt tam vt fallat, quam vt fallatur idoneus: animis elatus, ſciendi curioſus, ſui opinione ſuperbus, infirmitate ſua temerarius, ignoratione arrogans, ad credendum leuis, eorum quæ credenda ſtatuerit tenax, atq; adeo pertinax, ad effutiendum quæ nouit tanto paratior quanto magis arcana, raraque eſſe iudicat: hac quippe arcanorum communicatione animos auditorum ſibi arctiꝰ deuincire, maioremq; ſuæ laudem excellentię conſequi poſſe confidit. Hic & aliis qualitatibus fit, vt niſi ſolida virtute diuinaq; gratia fulciatur fœmina, variis erroribus & fraudibus pateat, & efficax ad decipiendos mortales inſtrumentum aptetur. Quid igitur mirum, quod veſtrę factionis author Diabolus vobis æque atque proauis ſapientiæ veſtræ ſtabiliendæ cauſa Mineruas ſuppeditarit, eaſque vos eiuſdem architecti ſpiritu agitati, ad effectionem inſtituti operis adhibueritis? Imo mirandum eſt magis, vos hac in re longo ſane interuallo maioribus veſtris antecedere. Siquidem illi, quemadmodum veteres Ethnici pauciores habebant fœminas, ceu Mineruas quæ doctrinam præ ſe ferrent: at veſtræ ad vnam omnes, ſi tamen aliquo ſint acumine ingenii, ſtatim apud vos in Mineruas euadũt: & dummodo bis, terue concionibus veſtris interfuerint, Biblia lectitarint, Bezæ, & aliorum eiuſmodi Rabbinorum notas obſeruarint, quibuſlibet Prædicãtib. doctiores, & ad diſſerendũ Miniſtellis aptiores euadunt. Qua enim audacia capita, quæ de Religione in dubium vocatis, agitant? Qua linguæ volubilitate veteris, nouique Teſtamenti loca proferunt?

Eua. Gen. 3. 6. 1. Cor. 12. 3.

Mulier idonea quæ fallatur, & fallat.

Plures Mineruas faciunt Miniſtri, quam vlli ex antiquis Hæreticis.

Hugonotarum Mineruarum arrogãtia.

Qua

Digitized by Google

Qua libertate ſolent illæ de perpetua Deiparæ virginitate, de bonis operibus, de ciborum delectu, de libertate Euangelica, deque aliis eiuſmodi capitibus, obiicere, vel cum obiiciuntur reſpondere? Auſim ego affirmare eas lõge glorioſius, quam veſtrum quoſq; lectiſſimos, in concertationum arenã poſſe deſcendere: ex quo permagna in vos ignominia, in eas vero laus perexigua redundat. Etenim ignorantiam viro magis quam fœminæ conſtat eſſe dedecori: quandoquidem ſcientia proprium illius eſt, non huius inſtrumentum: non enim eruditione mulier, ſed ſilentio, & accurata rei familiaris adminiſtratione commendatur. Nec ei laudabilior ducenda, quod exquiſite diſputare nouerit quam arma equoſue tractare: nec magis illi decorum literas profiteri, quam viro penſum trahere, vel ſuere: imo longe periculoſius mulieri munus viri velle obire docendo, quam viro muliebre opus exercere fuſum, vel acũ tractando. Quocirca tam ignominioſum eſt veſtris mulieribus doctas agere Mineruas, quam vobis, qui Prædicantes agitis craſſa ignoratione laborare. Fuerunt in Eccleſia Cath. & adhuc ſunt ſpectatæ virtutis, diuinæ legis, atq; bonarum artium peritæ fœminæ, quę ob partem eruditionem nequaquam ita ſe, quemadmodũ veſtræ efferunt, vt omni prorſus abiecta modeſtia, in diſputationum aciem veluti armatæ Pallades irruãt. In mentibus enim ſuis inſcriptum habent præceptum illud Apoſtoli, mulieribus prohibẽtis in Eccleſia loqui: eiſque duntaxat permittẽtis, vt ſi quippiam doceri velint, viros ſuos domi priuatim interrogent. Sunt item memores Ambroſianæ ſententię, qua vir Sanctus, eodem quo D. Paulus, afflatus

Libri VI, Cap. 6.

Ornamẽtum fœminæ ſilentiũ

Prou. 9. 13.

Sophocl.

Dominæ matronæque Catholicæ doctæ

S. Ambr. l. 2. in Lucã.

Libri VI. Cap. 7.

Spiritu ſcribit,ac præcipit: *vt mulier diſcere magis diuina ſtudeat,quam docere.* Siquid illæ ſciunt proprio ipſarum vſui ſeruit:&ſi accidat interdum,vt,ſi quid habent doctrinæ,cum aliis communicare neceſſe videatur,ſermone,vultu,geſtuq; ſignificant, ſe nõ temeritate,ſed obedientia,ſtudioq; proficiendi, ad id præſtandum abduci:non aũt vt inani oſtentatione ingenii,vel eruditionis, laudem aucupentur, vt veſtræ per vos inſtructæ Mineruę factitant:cum q̄bus ſi quis vos æquare,conferreq; velit, tantum de veſtra honeſtate famaq; detrahet, quanto vos illis doctrina inferiores eſſe iudicabit.

Libertas Ethnicorum Dea à Sectariis renouata.

Capvt VII.

Libertas Dea Romanorum. *Cic. pro domo ſua. Diodor. l. 44. & alij.*

OPportunus hic locus offertur agẽdi de libertate Romanorum Dea, Palladi,de qua modo actum eſt ſexu,qualitate vero, atq; cognomine ꝓxima Baccho,de quo mox dicturi ſum⁹, è cuius cognomine libero,libertas eſt nuncupata:quare non incommode inter vtrumq; eam collocabimus, vt quiſq; poſſit quo fuerit modo hac tẽpeſtate in veſtra Religione renouata,cognoſcere. Talis eius origo fuit.Romani Regib.exactis, iugoq; Tyrannorũ excuſſo,regnum in reipublicę ſtatũ conuerterunt: & ex materia vindicatæ libertatis diuinitatẽ quandam fabricati ſunt,eamq; de effectus nomine libertatem nominarunt:q̃ vt propitiam, & ad popularẽ ſtatum conſeruandũ ſemper haberent præſentem, exædificatis tẽplis,erectis Idolis, ceremoniis ſacrificiis & reliquo apparatu religioſo,eam vt alia ficta numi-

Qua rõne in ducta in Remp. Rom Tarquinii. *Ti.Liu. & Plin. de viris illuſtr.*

numina coluerunt. Veteris iſtius Deæ, vanæq; ſuperſtitionis machinator, qui vos etiam induxit vt crederetis, alioſq; palam doceretis hominem arbitrio carere libero, omniq; bene agẽdi libertate priuatum eſſe, vt manibus ac pedib. quibuſdam quaſi vinculis conſtricti, ad omnem honeſtam actionem inepti reddamini: idem vos ad alterum extremum adegit, Caluinique opera falſam Libertatem, & Idolum Ethnico deterius, multoq; pernicioſius fabricauit: vt artus omnes, membraque laxaret, & ad quodcunq; maleficii genus furore p̃cipites, effrænataq; cupiditate proiectos haberet. Confectum illius ſuaſu Idolum Conſcientiæ Libertatem nuncupaſtis, quod veſtra hæc Dea regnet in anima, & ob eam cauſam maiorẽ præ ſe ferat, quam libertas ciuilis authoritatem, eo q̃ iſte ad corpꝰ modo ſpectet, qualis erat Romana libertas. Quę cauſa eſt, cur ſtatura Gigantæa naturalique maior effingatur, cuius pes dexter cœleſti globo nititur, ſiniſtro plurimas coronas, ac ſceptra proterit: altera manu poculum aureum tenet mixta potione plenum: altera vero duo diſrupta fræna: adſunt illi, hinc leæna iacens, inde vulpecula catulos lactentes plurimos. Nec ſane difficile fuerit quidnam myſticis his figuris indicetur, colligere: primum eſt quod libertas hæc diuinas, humanaſque leges conculcet, Principum, Regum, atque Pontificum authoritatem obterat: deinde quod ad ſenſuum libertatem ac libidinem effrænate feratur, nulliſque patiatur animam, & corpus moderationis, ac temperantiæ frænis coerceri: quod deniq; mammas hominibus porrigat, ſuęq; doctrinæ lacte eos ſic alat, foueatq;, vt in leones & vulpes, feros ſc. rebelles, hypocritas,

LIBRI VI. CAP. 7.

Duæ falſæ atq; cõtrariæ opiniones nullũ eſſe liberũ arbitrium: & libertatẽ conſcientiæ flagitare.

Hieroglyphicũ libertatis cõſcientiæ Hugonoticæ.

Libri VI. Cap. 7.

Expetita conſcientię libertas ab Hugonotis ab in cunabulis Pſeudoreformatæ.

critas, aſtutos mirabili conuerſione tansformet. Huius emblematis expoſitionem, res à vobis geſtæ, ſcriptique libri ſuppeditant. Lallaturientes adhuc alumnæ veſtræ Reformatæ mammis eratis affixi, vixque dum primas poteratis voces fingere, cum *libertatem conſcientiæ* incredibili importunitate flagitare cœpiſtis: neque prius conquieuiſtis, donec ab illis penes quos ſumma rerum erat, quod adeo pertinaciter expetebatis, conſequeremini. Quid porro *libertatis conſcientiæ* nomine petebatur aliud, niſi vt legum omnium ſacratum, atq; ciuilium cancellis effractis vobis daretur quidlibet ſentiendi, audendique licentia? Nonne vt repudiata quæ vos in Chriſto genuerat, & educarat matre Catholica, eo quod vos vigilanter in officio contineret, ad omnem animi demiſſionem, atque Chriſtianam modeſtiam inſtitueret, veſtras impotentes animi corporiſque cupiditates abſtinentia, ieiuniis, vigiliis, & cæteris id genus Pœnitentiæ exercitiis frangeret: ad nouam iſtius delicatulæ Reformatæ ſinum conuolaretis, quæ veſtris cupiditatibus indulgeret, faueret, blandiretur, omnique ratione nouis proſelytis obſequeretur? Nonne *conſcientiæ libertatem* tanta animorum, atque adeo armorum contentione flagitaſtis, vt ea cōceſſa, vobis impune liceret abdomini ſeruire, ſacris ordinibus initiato viro ac Sacerdoti concubinam vxoris nomine ſibi adiūgere: Religioſo perruptis Cœnobii ſui clauſtris religioſum habitum exuere: Moniali ſacrum velamen mater vt eſſe poſſet, abiicere? In ſumma Religionis eſt genus, in quo licet protrito magiſtratuum, ac Principum imperio, ſub Diuæ *libertatis* alis quidquid libitum eſt agere: quod ſane

ab e-

ab eius incunabulis, quantum quidem vires veſtræ tulerunt, ſtudioſe factitaſtis. Ex eo quippe tempore actiones omnes veſtrę, ſcripti libri, declamationes, ſynodi, copiæ arma, ad hanc libertatem propugnãdam, ac propagandam comparata fuerunt: certiſq; ratiunculis artificioſe propoſitis, Scripturæque locis perperam, falſoq; vſurpatis, hoc libertatis Idolum veram eſſe Religionis formam, ad Deum pure colendũ exactiſſime reformatæ, perſuadere voluiſtis, maleq; ſanis hominib. perſuaſiſtis. Hoc ita perſpicuum eſt, in Lutheri Melanchthonis, ac cæterorum Germanię Prædicãtum libris editis, vt ſuperuacaneum ſit, eos in medium adducere. Caluinus autem hac de re diſſerens fuit omniũ aſtutiſſimus, longeq; pernicioſiſſimus: idcirco nobis audiendus eſt; atq; in eo cæteri omnes refellendi. Cum ille diuerſis in locis de Chriſtiana libertate diſputat, multa quidem præclare dicit, bonæq; doctrinę copiam affert, eamque tanto verborum tractat artificio, vt religioſiſſimos quoſque Catholicorum antecellere videatur. Quodam in loco ait hanc libertatem eſſe ſpiritualem; & alibi male agere eos qui cum infirmorum ſcandalo hac libertate, ad effrœnatas cupiditates obtegendas abutuntur: Præterea legibus humanis Chriſtianos teneri: denique conſcientiã legibus politicis obnoxiam eſſe. Nihil his pronuntiatis aliiſque ſimilibus quæ frequenter ingerit magis catholice, poſſet afferri. At enim in iiſdem continuo locis, & alibi paſſim quidquid recte, vereque docuerat repugnantibus, contrariiſque ſententiis funditus euertit: quandoquidem orthodoxam illam doctrinam à ſua mẽte proſus alienam eo duntaxat conſilio vſurparat, vt ea veluti melle illito pocu-

LIBRI VI. CAP. 7

Omnes Miniſtri libertatis cõſcientiæ pręcones.

Præclara quædã Caluin' tradit de libertate Chriſtiana. *lib. 3. Inſt. c. 19. §. 9. 10.*

LIBRI VI. CAP. 7 Chriſtiana libertas Caluini. *li.3. Inſt. c. 19. §. 2.*

poculo peſtiferum Hæreſis venenum propinaret. Quid igitur ille ſentiat, ex ipſius verbis attendite. *Chriſtiana libertas*, inquit, *in tribus partib. poſita eſt: Prima vt fidelium conſcientiæ, dum fiducia ſuæ coram Deo iuſtificationis quærenda eſt, ſeſe ſupra legem erigant, atq; obliuiſcantur, totamq; legis iuſtitiam obliuiſcantur.* Hoc eſt, ex ipſius expoſitione: quod obſeruatio legis nihil omnino conferat hominibus, vt iuſtificentur: & quod ea ſoluti tanta conſcientiæ libertate eſſe debeant, nullã vt operum rationem habendam exiſtiment. Quæ documenta tum menti legiſlatoris, tum ipſimet rationi penitus aduerſantur: ſancit.n. Deus leges, eiſq; mortales vt eaſdẽ ſeruent addicit, eaſque obſeruando, boniſq; operib. ſiſtendo iuſti fiant: alioquin nullum leges vſum haberẽt, planoq; ſuperuacanea, & inutilis eẽt earũ ſanctio. Huic vero cõſequutioni nititur Caluin. occurrere: *Neq; tunc*, inqt, *recte quis colligat, legem fidelib. ſuperuacaneam eſſe, quos non ideo docere, & exhortari, & ſtimulare ad bonum deſinit, tametſi apud Dei tribunal in eorum conſcientiis locum non habet.* Quã miſerabile diuerticulũ. Quã inſignis vafricies atq; malitia! Quem.n. ad vſum legis exhortationes, ſi eiuſdẽ obſeruatio, bonaq; opera nullius ſunt apud Deũ vtilitatis? Si nihil conſcientiã iuuãt? Quod ſi inutilis ſemper eſt lex: num ſemper ſuperuacua cenſebitur? Num hæc item doctrina ſtudioſis virtutum bene agendi torporẽ, ac faſtidium inferet?

Eccleſiaſticas leges reiicit Caluinus. *l. 4. Inſt. c. 10. §. 1.*

Ortæ ſunt, ait idem alibi, *innumeræ traditiones humanæ, totidem ad ſtrangulandas miſeras animas laquei.* Quod non de iis modo, quas putat iniuſtas, ſed de æquiſſimis dictũ vult: *Quæ videntur*, inquit, *omniũ maxime tolerabiles, tyrannice conſcientias premunt. Taceo quod adulterant cultũ Dei, & Deũ ipſum, qui vnicus eſt legislator,*

tor, ſuo iure ſpoliant. Eſt poſt pauca, *Vſus obtinuit, vt traditiones humanæ vocentur, quæcunque de cultu Dei præter eius verbum profecta ſunt ab hominib. edicta.* Quib. nullo vult modo aſtringi conſcientias: ſubditq; rationẽ: *Quod à Chriſto liberẽtur, & vna libertatis lege, nempe ſacro Euangelij verbo regãtur oportet, ſi gratiã quã à Chriſto ſemel obtinuerunt, retinere volunt: nulla ſeruitute teneãtur, nullis vinculis aſtringantur.* Hoc nimirũ eſt omne iugũ obediẽtiæ prorſus excutere, voluptuariis corporis cupiditatib. fræna laxare, vt nec Magiſtratuũ, nec Principũ ac Regum, nec Pontificũ decreta curentur, omniſq; eorũ à nouis Euangelicis authoritas proteratur. Dicit præterea, *Etſi leges ſingulæ conſcientiam non attingant, generali tamen Dei præcepto tenemur, quod Magiſtratuum authoritas nobis commendat.* Inauditũ omnino paradoxum: Qui.n. fieri põt, vt lex nulla particularis conſcientiam obliget, eas tñ vniuerſum oẽs ſeruare teneamur? Nullo vt totius anni die ieiunii obſeruationi deuincti ſim⁹, omnibus autem dieb. generatim ad ieiunãdum aſtringamur? Hoc aũt & ſentire, & ſcriptis mandare, nonne eſt pueriliter contra ſe dicere? Alto ſopiri veterno, delirare, ac mortales ad inſaniã adigere? Paulo poſt item ſcribit. *Notam dignũ eſt, leges humanas, ſiue à Magiſtratu, ſiue ab Eccleſia ferantur, tametſi ſint obſeruatu neceſſariæ (de probis, & iuſtis loquor) ideo tamen non ligare per ſe conſcientiam.* Denique agens alibi de politicis legibus, hæc adiecit. Illi ſuos intelligit, *cum in Euangelio promitti libertatem audiunt, quæ nullum inter homines Regem, nullumque Magiſtratum agnoſcat, ſed in Chriſtum vnum intueatur &c.* Potuitne Caluin. huius libertatis potentiam vlterius promouere, vel apertius Paſtorum, Magiſtratuũ, Regumq; authorita-

LIBRI VI. CAP. 7.

Omnis lex quantumuis iuſta eſt ex opinione Caluini tyrannica.

Ratio Caluini. *Ibid.* § *5.*

l. 4. Inſt. c. 10. § *5.*

Calu. ibid. § *5.*

ritatem obterere? Agite dum iſtius pronuntiata ad veritatis normam expendamus.

Superiora Caluini de Hugonotica libertate axiomata eſſe Scripturæ Sacræ contraria, omniq; ſtatuum generi pernicioſa.

Capvt VIII.

His Caluinus effatis docet: primo neminem poſſe legem vllam, quæ obliget conſciẽtiam condere: ſecundo neminem legibus vllis quamuis iuſte, ſapienterque conſtitutis in conſcientia, veritateque teneri. Quam doctrinam quis non videt Scripturæ diuinæ ex diametro opponi, eamq; cunctis ſtatibus ciuilibus, omni gradui Eccleſiaſtico, atque vniuerſo hominum generi ſupra modum pniciosam exiſtere? Non enim Scriptura modo, ſed ratio etiam ipſa perſpicue docet, poſſe Eccleſiam, ciuileſque Magiſtratus ſancire leges, earumq; cultu ac religione homines obligari. Noſtræ libertatis author Dei filius dixit ſpeciatim Apoſtolorũ Principi S. Petro, *Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlo*: ac deinde vniuerſis Apoſtolis: *Quæcunque ligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cœlo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram: erunt ſoluta & in cœlo.* Eam ob rem caput Eccleſiæ, S. Petri ſucceſſor, & ipſum Eccleſiæ corpus, ſingulareſque Paſtores ſtatuere leges poſſunt: & vero praxis, & vſus ſummorum Pontificum, Conciliorum, Epiſcoporũ, Monachorum, Principum, Rerumq; publicarum oſtendunt, planeque confirmant legum condendarum, & conſtitutionum ius, ac poteſtatem Eccleſiæ,

Mat. 16.19
Mat. 18.18.

Pontifices Max. vt ſunt Eccl. Principes, Concilia, Paſtores Reges, aliiq; Ma-

fiæ, viriſque Principibus à Chriſto Domino traditam, quæ neceſſario ſint obſeruandæ ſubditis, idq; Diuino iuſſu, rationeq; conſcientiæ ad earum cultum obligatæ, alioquin vt ante dixi, fruſtra conderentur. Quid? Nonne vos ipſi multa veſtris in Synodis noua decreta præſcribitis, quibus exequendis ſi non putatis aſtringi conſcientias, cur ea ſancitis? Quem ad finem iſtiuſmodi conſtitutiones? An duntaxat ad ſpeciem? At cur iis qui veſtris non pareant legibus, ac decretis ſynodalibus anathema, aliaſue pœnas comminamini? Hoc ne ſimilter ſpecie tenus factitatis? An etiam Paſtorum, ac Magiſtratuum perſonam monogrammam ſuſtinetis, vt vere ſitis Idola Paſtores, in quos Propheta diuinus inuehitur? Nam quod infert Caluinus his legibus humanis: *Adulterari cultum Dei, & Deum ipſum qui vnicus eſt legislator, ſuo iure ſpoliari*, friuola eſt conſecutio, ex nullis annexis propoſitionibus eruta. Ridiculus eſt, prorſuſque malicioſus argutator, qui ſic imperite, improbeque, ſuo videlicet more, ratiocinetur. Non imminuitur hac poteſtate Dei cultus, imo vero potius ſtabilitur: cum eam ipſe conſtituendarum legum facultatem Eccleſiæ ſuæ conceſſerit; quæ cum ſemper ad eius gloriam referantur, ita ex eiuſdem authoritate, velut ex primigenio fonte deriuantur. Ipſe ille eſt, qui eas per ſuos famulos, & adminiſtros edicit, vt in Scriptura profitetur: *Per me*, inquit, *Reges regnant*, *& legum conditores iuſta decernunt*. His ergo legibus Dei cultus minime adulteratur, ſed augetur, & illuſtratur: multoque minus ab iiſdem Dei ius eripitur. In hoc enim diuini iuris ratio conſiſtit, vt omnis æquitatis, legumq; omnium, & conſtitutionum

Libri VI. Cap. 8. giſtratus leges quæ cō ſcientias ligent poſſunt conſtituere.

Hugonoti Paſtores ad ſpeciem. *Zach. 11. 17*

Summus legislator Deus. *Prou. 8. 15.*

Digitized by Google

rectarum author, ſummuſque legislator ſit Deus: quos ſi quis vellet ſibi arrogare titulos, ius ſuum adimeret Deo, à qua arrogantia longiſſime abeſt Eccleſia, eum omnibus in rebus verum ſuum Dominum, ſummumque moderatorem agnoſcens. Vnus eſt Caluinus, eſt inquam Caluinus, qui nimis arroganter Deo præſcribit: qui eum omni ſuo iure ſpoliat, cum contra eius ſententiam, authoritatem, & leges ab eo præſcriptas, contumaciter aſſerit neminem poſſe ad Dei obſequium aliquid ſtatuere, vllaſue leges, quibus ligentur conſcientiæ, decernere; cum, vt modo probatum eſt, hanc Deus fecerit poteſtatẽ non viris duntaxat Eccleſiaſticis, verum etiam ciuilibus legum ſtatuendarum, quibus ſubditi debeant, Scriptura teſte parere.

Reges ciuilesq; Magiſtratus leges condũt quibus ligentur conſcientiæ.

Princeps ciuilis erat, atque adeo Ethnicus Cæſar, qui multas impoſuerat leges, quarum vna erat huiuſmodi, vt à ſingulis tributum penderetur. Si ea lege non fuiſſent ligatæ conſcientiæ, nequaquam dixiſſet Christus: *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari.* Neque poſtea S. Petrus. *Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter Deũ, &c. quia ſic eſt voluntas Dei*: idque non modo *propter iram*, ſcil. Principis, ait Apoſtolus Paulus, *ſed etiam propter conſcientiã. Qui enim poteſtati reſiſtunt, ipſi ſibi damnationẽ acquirunt.* Hoc eſt, lethifero ſe crimine contaminãt humanis ergo legibus, ſpiritualibus, atq; ciuilibus conſcientiæ obſtrictę tenentur: Caluinus autem ex vna parte, inſignis eſt blaſphemus, ex altera vero cauillator, fingens ſe ius Dei propugnare, cum interea doctrinã eius, decreta, cultumq; labefactet. Eſt præterea fax tumultuum, nutricula ſeditionum, Regnorum, rerumque publicarum euerſor; quandoquidẽ peſtilentiſſima

Mat. 22. 22
1. Petr. 2. 13
Rom. 13. 2. 4

lentiſſima doctrina ſua effrenatam ſuis aſſeclis concedit libertatem, vt nulla habita ratione conſcientiæ, magiſtratuum omnium Eccleſiaſticorum, atque ciuilium conſtitutiones, legeſq; contemnãt, atq; proterant, quantumuis probæ, ait reformatus Doctor, iuſtæque cenſeantur. Et quiſquam dubitabit, quin ex hac peſtifera libertate, velut ex ſpecu Tartareo Libertinorum, Nepotum, ſeditioſorum, transfugarum, rebellium, atheorum greges erupe-rint, qui tantam quantam vidimus cunctis pene vrbibus, orbiſq; Chriſtiani Prouinciis vaſtitatem intulerunt? Libertas eſt, quæ ciues antea quietos, ac modeſtos, ſubito rebelles, & inſtar leonum truculentos effecit; cum ad perfringendos legum caucellos ſatis virium ſibi eſſe confiderent. Libertas eſt quæ eoſdem, cum ad obediendum cogerentur aſtutos ſimulatores vt vulpes, & hypocritas exhibuit, vt ſimulate atq; fallaciter magiſtratibus, legibuſque parerent: non vt præcepit Apoſtolus: *cum timore & tremore in ſimplicitate cordis, ſicut Chriſto: non ad oculum ſeruientes, &c. ſed ex animo cum bona voluntate.* At qua id ratione præſtarent, cum eorũ mentibus hoc effatum Caluinianũ hæreat infixum, nempe ipſorum conſcientiã eiuſmodi legibus liberã exiſtere, licet ad opus exequendum ſint manus aſtricte: neque ſtudio charitatis, ſed pœnæ ſolum vitandæ cauſa nequaquam obedientiam abiiciant? Hoc nimirum eſt libertatis Idolum, quod Caluinus à Magiſtro mendaciorum edoctus, cæterique veſtræ Sectæ authores fabricati ſunt: Idolum inquam Romana Libertate longe pernicioſius, eo quod Libertas huiuſmodi ad excuſſæ modo tyrannidis populique iniuſta ſeruitute liberati celebrandam memoriam, ſuperſtitioſeque colendam effingeba-

Libri VI. Cap. 8.

Libertas cõſcientiæ Sectariorũ cauſa rebellionum eſt.

Epheſ. 6. 5 6

Hugonotica libertas peior Idololatria, quam veterum Romanorum.

Digitized by Google

tur, ſaluis interea legibus, nihilque imminuta authoritate, debitaque Magiſtratibus obſeruantia: cum veſtra Libertas omnia diuina, humanaq; iura peſſundet, leges omnes proterat: Eccleſiæ Dei, Rerumq; publicarum ſtatum funditus euertat: homines denique, Deumq; ludificetur. Poteſtne vlterius eorum promoueri Libertas, qui profitentur, & publice docent nullum in homine arbitrium liberum, hoc eſt, nullam eſſe libertatem? Veruntamen hic quæſo vos Miniſtri in duobus inter ſe cōtrariis, ad vnum nihilominus finem ſpectantibus Idolis, veſtram cæcitatem Diabolique malitiam circa duo maxime repugnantis doctrinæ capita veſtras mentes agitantis, & huc illuc verſantis agnoſcite. Vobis ſiquidem in altero, tanquã religionis caput perſuaſit, hominẽ omni libertate priuatum eſſe, in altero vero, eundem ius ſuper omnia, cunctarumq; rerũ libertatem habere: In vno hominis animæ nullum ineſſe arbitrium liberũ: in altero eiuſmodi arbitrio præditum eſſe libero, quod ſit quacunq; lege ſuperius. Quodnam portentoſum doctrinę genus? Magiſne dubia, fallax, ſibiq; repugnans fuit vlla veterũ Philoſophorum opinio? Cõſcientiæ ſumma ſeruitus, ſummaq; conſcientię libertas? Qui fieri poteſt, aut quis valeat mente capere, vt nullum habeat homo in anima libertatem: & idem libertatem habeat, tam longe, lateque diffuſam? Vt ea cui nequeat obſiſtere neceſſitate ad malefaciendum adigatur: & rurſum ea ſit præditus libertate, qua legibus vniuerſis probis licet, ac iuſtis, valide reſiſtat. Nonne clare videtis in tam ſibi contraria funeſtaq; doctrina, quonam miſeriarum vos Sathanæ malignitas agat præcipites, vt eo ſuggerente falſiſſima, & è diametro

Doctrina ſibi ex aduerſo repugnans, quę liberum negat arbitrium, & omnem docet libertatẽ.

diametro inter ſe pugnantia buccinetis axiomata, quæ quiſque ad aures, & animum admiſerit, nihil boni, nihil laude dignum aggrediatur, cogitetue, ſed ad omnem ſe potius improbitatem effundat? Cum honeſta ſuſcipienda erit actio, libero careat arbitrio: cum autem ſe nequitiæ dedere volet, pleniſſimam habeat conſcientiæ libertatem? Cum impudicitiæ, libidini, auaritiæ, gulæ, cæteriſque vitiis reluctandum erit, animo fractis viribus cadat, per ſummam ignauiam victas det manus, ſeq; more beſtiæ imbellis, ac timidę huc illuc raptare ſinat: ſin vero rebellare, contra ciuiles, & Eccleſiaſticos Magiſtratus ſtatuat inſurgere, nulla ſit adeo ſancta lex, nulla ſacra, ciuiliſque poteſtas cuius authoritatem eius non frangat audacia. Cæterum ſi neceſſarium, ſi rationi conſentaneum ducitis cuilibet mortalium conſcientiæ libertatem concedi : cur vos eam Catholicis Geneuæ, aliiſque, in quibus regnatis, vrbibus negatis? Cur eis liber non permittitur egreſſus rebus ſaluis, vt alibi pari ei, quam expetitis, libertate, orthodoxam ſuorum maiorum religionem exerceant? Quare populum Dei Pharaonico opprimentes imperio nulla ratione patimini, vt ex Ægyptiacis veſtris ergaſtulis vero Deo ſacrificaturus exeat, perque rectam fidei Catholicæ viam, ad terram ſibi promiſſam nomine veſtrum obſiſtente contendat? Nunc tandem patet cur Catholicis conſcientiæ libertatem denegetis, quod eorum libertas ad bene agendum, à quo vos abhorretis, ſit comparata, non vt legibus ſoluti voluptuariam vitam agant, quod libertatis genus vos quam maxime flagitatis, ac veneramini.

Diaboli ſcopus in deiendo libero arbitrio, & ſtabilienda conſcientię libertate.

Conſcientiæ libertas negatur Catholicis in Anglia, Geneuæ, &c. vbi Hugonoti dominantur.

De vera Libertate Chriſtiana.

CAPVT IX.

Vera conſcientiæ libertas.

S. Aug. de ver. De. ſer. 48. ſub finẽ. tom. 10

Ioan. 14. 6.

Chriſtiana libertas nos ab Orco, Peccato ac Dæmone liberat.

Rom. 6. 23.

IN quo poſita ſit vis, & natura libertatis conſcientiæ veſtræ, quam abſurda ſit, humanoq; generi pernicioſa ſatis, opinor ex iis quę propoſita ſunt, intelligere potuiſtis, nunc vobis Sanctus audiendus eſt Auguſtinus, qui Scripturæ ſacræ teſtimoniis, firmiſque rationibus libertatem Chriſtianam, ac veram conſcientiæ libertatem edocebit his verbis: *Chriſtus filius Dei, qui dixit, ego ſum veritas, liberos nos faciet, hoc eſt, liberabit nos, non à Barbaris, ſed à Diabolo: non à corporis captiuitate, ſed ab anima iniquitate.* Ex Auguſtini ſententia docemur primum, verã Chriſtianorum libertatem in eo conſiſtere, vt à mortis æternæ obligatione, quæ vera eſt captiuitas, cui eramus obnoxii, liberemur: deinde vt à peccatorum vinculis quæ mortis illius cauſa ſunt (*ſtipendia ſiquidem, peccati mors eſt,* ait Apoſtolus) relaxemur: Deniq; vt à diaboli, nos ad peccatum allicientis, atq; crudeliter ſibi obæratos opprimẽtis tyrannide vindicemur. Hanc conſcientiæ libertatem ſuo nobis ſanguine (niſi per nos ipſos ſteterit) Saluator acquiſiuit: noſtra hæc eſt, veraq; libertas, non legum omnium, ſuperiorumq; contemptus, nõ exlex, & effrœnata quam inuexit Caluinus quidlibet agendi, viuendiq; licentia. Tradunt Iureconſulti: *Quod ſeruitus eſt conditio qua quis contra naturam alieno Domino ſubiicitur.* Ciuilis hęc, atq; corporea ſeruitus quadam ſimilitudine declarat, propriã maximeq; pertimeſcendã animæ eam eſſe ſeruitutẽ, qua quiſpiam Sathanæ peſſimo Domino, nec alieno ſolum, ſed etiã capitali ſalutis hominũ inimico obſtrictus eſt: qua

Inſt. de iur. Perſon. §. ſeruitus.

eſt: qua nefariis eius conſiliis obſequitur, qua vitiis noſtris, atque cupiditatibus obedimus, qua libidini, auaritiæ, ſuperbiæ: atq; tyrannicis vitiorum reliquorum imperiis mancipamur: hinc illud Saluatoris: *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.* Ioan. 8. 34. Ergo vera libertas eſt hoc tetro, nimiamque ſeruitutis iugo liberari: non autem æquis, rectiſque legibus contemptis, Cyclopum vitam agere. Hæc enim libertas, eſt miſerrima ſeruitus: & exitialis captiuitas. *Malorum regnum* (ait Sanctus Auguſtinus) *magis regnantibus nocet, qui ſuos animos vaſtant ſcelerum maiore licentia.* Quapropter adoleſcēs ille prodigus, cum carneæ libertati indulgeret ſuorum factus eſt mancipium vitiorū. *Proinde bonus*, vt ait idem S. Doctor, *etiamſi ſeruiat, liber eſt: malus autem etiamſi regnet ſeruus eſt, nec vnius hominis, ſed quod eſt grauius? tot dominorum, quot vitiorum.*

Prodigus adoleſcens *Luc. 15. 12. 13.*

S. Aug. lib. 4. de ciuit. cap. 3.

Eſt igitur Chriſtiana libertas animo libero, non timore, vel ſimulatione ſub lege charitatis Deo ſeruire: prauis animi affectibus, atque cupiditatibus imperare: corpus voluntariis afflictationibus caſtigatū rationis imperio, animique iugo ſubdere: quemadmodū S. Paulus ſuo nos docuit exēplo: vt animus ab iis corporeis perturbationibus ſecretus libere, & alacriter in pietatis exercitationes incūbat, nihil vt in eū nec opera tenebrarum, nec vis tyrannica Sathanæ, nec obligatio mortis æternæ iuris obtineāt. Qua de libertate agebat Chriſtus Dn̄s, cum diceret: *Si vos filius liberauerit, vero liberi eritis.* Ioan. 8. 36. Quod fit, cum per Baptiſmū regenerati, in filios Dei adoptamur: aut cum poſt admiſſam lethiferi peccati culpam, per ſalutarem pœnitentiam, cum Deo offenſo in gratiam redimus, libertas hæc, eſt diuinum in anima regnum: vt

LIBRI VI. CAP 9. Luc.17. 21. Chriſtus admonuit, *Regnum Dei intra vos eſt.* Propterea q; per illam mortis æternæ vinculis, peccati, Diaboliq; tyrannide liberati, poſſumus Ieſu Chriſti gratia donati, per hanc vere regiam, omniumq; nobiliſſimam libertatẽ corporeos ſenſus regere animiq; affectibus imperare, præpotentique Deo ſine vllo impedimento ſeruire. Veruntamen hæc libertas in generali corporum Reſurrectione omni ex parte cumulabitur, perficieturq; cum denique corporeæ mortis nexu ſoluemur. Hæc inquam, vera eſt libertas, veſtra vero feralis eſt ſeruitus, duriſſimis vinculis ſpiritum carneis cupiditatibus alligans, æternæque morti, peccato Dæmoniſque tyrannidi crudeliter addicens: non eſt conſcientiæ libertas, ſed tormentum conſcientiæ: non Chriſtiana libertas, ſed malitiæ velamentum: libertas eſt ei perſimilis, quam veteres Hæretici expetebant, de quibus S. Auguſtinus agens: *Putauerunt*, inquit, *hoc eſſe libere viuere, vt tanquam de tanta redemptione ſecuri, quidquid liberet, licere ſibi arbitrarentur, non intuentes quod dictum eſt, vos in libertatem vocati eſtis, fratres tantum in libertatem in occaſionem detis carnis.* Ad vos hæc ſpectat oratio, Miniſtri, hoc ſiquidem factitatis: nam quod Chriſtiani appellationem vſurpetis cunctarum vos legum obſeruatione ſolutos arbitramini, vt liceat vobis quidquid carni blanditur amplecti; quidquid eidem moleſtum eſt, ieiunia nimirum, pœnitentiam, duriorem vitæ cultum, & quæcunque Eccleſiaſticis præſcribuntur ſanctionibus, quibus tenentur Chriſtiani, ſumma conſcientiæ libertate reiicere. Quamuis enim Chriſtus nos non ſolum à peccati iugo, Sathanæque tyrannide gratiæ ſuæ donum & inimicis reſiſtendi facultatem impertien-

Libertas Hugonotica ſeruitus eſt.

S. Aug. de fide & oper. cap. 24. & 25. tom. 4.

Gal 5. 1. 13.

1. Pet. 2 10.

impertiendo, vindicarit, & à noſtris ceruicibus legum, ac cæremoniarum Iudaicarum ſarcinam abſtulerit: vult nihilominus, ſtatuitque tum ſua, tum Eccleſiæ ſuæ mandata, legesque, & quæcunq; populi ſui paſtores Spiritu Sancto inſpirante facienda præſcripſerint, nos & audire, ac diligenter exequi. Hoc iugum illud eſt, de quo ait. *Tollite iugum meum ſuper vos, & inuenietis requiem animabus veſtris, iugum enim meum ſuaue eſt, &c.* Quod ſi non tuleritis, addit Sanctus Bernardus, laborem pro requie inuenietis. Eſt igitur in ſpiritu poſita Chriſtiana libertas, quæ Dæmonum turmas, cupiditates, peccata, ſuperſtitiones, Hæreſes, cæteraque vitiorum monſtra vehementer oppugnat, deque iiſdem triumphare contendit: attamen debito proſequitur honore, leges & conſtitutiones Eccleſiaſticas, decretaque ciuilia, eiuſque vltio ſe ſubiicit, maximaque modeſtia animique demiſſione obſequitur ſuperioribus, Deo deniq; & omnibus propter Deum, non ficte, ſed ſincere ex charitate famulatur. Chriſtianam hic videtis libertatem tantum ab Hugonotica veſtra, quantum lucem à tenebris, Cœlumque ab Inferis diſcrepantem. Nunc eſt aliquid de Idololatria Bacchi dicendum: qui cum ſit *liber* nuncupatus, vt nomine, ita & natura, ad veſtræ conſcientiæ libertatem proxime accedit.

LIBRI VI. CAP. 9. Chriſtianus à cæremoniis Iudaicis liber.

Act. 15. 10. Matth. 11. 29. 30.

S. Bernard. Epiſt. ad Carthuſienſes.

De Bacchi ſeu liberi Idololatria.

CAPVT X.

GEmino ex fonte Bacchi ſiue Liberi manauit Idololatria: partim ſcil. ex hiſtoria Patriar-

LIBRI VI. CAP. 10. chæ Noemi, quam arte ſolita Diabolus in fabulam conuertit, vt eam ſuperſtitionis nouæ fundamentum aptaret: partim vero ex quibuſdam legis Moſaicæ cæremoniis ab eodem ad nefarium cultum malitioſe translatis.

Sator vini Noemus. *Gen. 9. 20.*

Quod ad hiſtoriam attinet, ex ſcriptura notum eſt, Noemum poſt illatam orbi terrarum diluuio aquarum vaſtitatem, ſeuiſſe vitem, eiuſque colendæ vſum primum omnium inueniſſe: qui hauſto vino, cuius quanta vis eſſet, ignorabat, temulentus factus, indecore iacuit in tabernaculo, vbi deprehenſus à male ſano filio, & irriſus fuit.

Feſtus Tabernaculorum dies Septembri menſe. *Leuit. 23. 42. & Num. 29. 7*

Cæremoniæ vero fuerunt ieiunia, & ſacrificia, quæ Iudæi beneficiorum Dei memores Septembri menſe in feſto Tabernaculorum ob vinum cæterasque fruges eiuſdem liberalitate collectas celebrabant.

Hallucinatur Plutarchus, falſoque dixit à Iudæis cultum fuiſſe Bacchum. *l. 4. Sympoſ q. 5.*

Quo ex ritu Plutarchus aliique Ethnici errore decepti, Iudæos Bacchi fuiſſe cultores, & eorum ſacrificia ad eius cultum inſtituta cenſuerunt. Super hanc hiſtoriæ ſacræ veritatem ſua profana mendacia malorum architectus exædificauit: & ſicut ex diluuio, turri Babylonica, aliiſque eiuſmodi, quæ re ipſa aliquando euenerant, fabulandi anſam arripuit: & in ſuæ Idololatriæ regnum plurimas, vt ſæpe monui, cæremonias ex Dei lege tranſtulit: eodem modo hæc Noemi facta, & ſacra Iudæorum, verique Dei cultum, in ſua profana templa traduxit.

Liber. Bacchus. *Herod. l. 3. Auſon. Epigr. 30. Plut. de cohibēda ira. Alex. ab Alex. l 6. c. 4. Lil. Gyr. Synt. 8.*

Ac primum mutato nomine, de Noemo, *Bacchum, Liberum*, ac *Dionyſium* fecit, aliiſque eum cognominibus vocitauit: quæ Poetæ pro ſuo quiſque arbitrio illi tribuerunt. Attamen noluit eum viris cultorem, vt Noemum, ſed inuentorem, vinique Deum credi: quem iuuenili forma, nudum omnino, vultu rubicundo, ta-

do, talem denique, qualis eſt ebrius cum meri feruore æſtuat, effingi curauit. Deinde eum vt fortiſſimum imperatorem, & egregiorum facinorum in armis effectorem induxit, eiq; Silenos, Bacchas, Thyias, Satyros, Syluanos, & alios eiuſmodi aſſeclas adiunxit: Præterea vt Iudaicos ritus peruerſa imitatione illuderet, fana huic ficto numini ædificari fecit, ſacrificia, ac Sacerdotes inſtitui, dies feſtos dicari, Bacchanalia videlicet, quæ tanta gulæ, ventrisque intemperantia, tam turpi libidinum, flagitiorumque licentia celebrabantur, vt Sanctus Auguſtinus, qui, ſecundum authores profanos illa perſtringens, haud ſatis poteſt huius impoſtoris malitiam expendere, qui tantam morum corruptelam larua fictæ diuinitatis obtexiſſet: aut Ethnicorum cæcitatem, qui in impuritate ſacrorum ignominiam ſuam, ſcelerumque ſuorum colluuiem omnium oculis expoſitam, minime peruiderent. Ac ne ſigillatim execrandos eiuſmodi ſacrorum ritus exequar, ſatis erit verbo dicere, totam Bacchi eo ſpectaſſe Idololatriam, vt hac imbuti mortales in omnem gutturis & ventris luxum atque luxuriam laxatis temperantiæ, modeſtiæque frænis effunderentur. Etenim vt eos Veneris cultus ad omne genus libidinis velut œſtro percitos ſtimulabat: ac deinde libidinis ſtudium neceſſario aſſectabatur edacitas, & intemperatus cibi & potionis vſus: ita hæc Bacchi ſuperſtitio, vice verſa, vinoſos primum, ac voraces, tum libidinoſos efficiebat: ſiquidem duo hæc vitia perinde, atque venter, & pars ima ventris, ita coniuncta ſunt, vt vbicunque vnum eorum regnauerit, alterum ibidem reperiatur, neceſſe eſt. Atq; ſicut ſine

Cerere

Libri VI. Cap. 10.
Bacchæ.
Hor. lib. 3. car. Od 25.
Lucian. in Baccho.
Diod. Sic. l. 2. c. 2.
Ouid. 4. Faſt.
Iuuẽ. Sat. 6
Perſ. Sat. 1.
Lactan.
Gram. in 4. Theba.
Sidon. Apoll. Praſ. Panegr. antemio.
Execrandi feſti dies Bacchi.
S. Aug. l 6. de ciuit. D. c. 9. & l. 7. c. 21.
Virgil. 4. Æneid.
Ouid. 4. Metam.
Pauſan. l. 1.

Liberi VI. Cap. 10. Venus Bacchum, ac Venerem Bacchus incitat. *Athen. l. 6. c. 10.* *Terent. in Eunucho.*

Cerere & Baccho, id eſt, pane & vino, *friget Venus*, vt eſt apud Comicum: ita recte poſſe dici videtur, *Cereris & Bacchi* myſteria, hoc eſt, palati, abdominisque voluntates abſque Venere nequaquam expleri. Hæc videtur cauſa cur Diabolus fœminas Baccho in expeditionibus bellicis, comites mulieres item Sacerdotes in eius ſacrificiis, templorumque cæremoniis adminiſtras adiunxerit: quo Bacchus & Venus ſe mutuo iuuarent: nimirum vt gula libidinem aleret, & libido ebrietatem expleret. In hiſtoria Loth ſacra pagina teſtatur, inter vinolentiam & inceſtum duarum tantum horarum interiectum eſſe ſpatium, & vtrumque eodem in lecto concubare. Quocirca ſerio de vtroque vitando commonet Epheſios Apoſtolus. *Nolite*, inquit, *inebriari vino, in quo eſt luxuria.* Quo igitur modo Diabolus per veſtrum miniſterium Idola Bacchi in templis veſtræ Diuæ Reformatæ reſtaurarit, videte.

Loth. *Gen 19. 31. 32.* *Epheſ. 5. 18.*

Quo modo Diabolus Liberi, ſeu Bacchi Idola in Hugonotica Religione ſtabilierit.

Caput XI.

AGgredienti mihi ad Idololatriæ veſtræ Dionyſiacæ expoſitionem, viſum eſt vos de eo, quod ſuperiori capite in tranſcurſu attigi, commonere, nimirum voluiſſe atque ſtatuiſſe Diabolum ſub nomine, cultuque Bacchi ſtudium ventris, & ebrietatem adorari: vt ea ratione delicias, conuiuiorum apparatus, comeſſationes, intempeſtiuas compotationes, heluationem, ebrietatē, omnisq; generis

generis luxum corporis inter mortales induceret. Ad hanc Idololatriam explicandam ea proferam axiomata, quæ veſtra parens Reformata corporearum voluptatum fautrix ſtudioſiſſima ſolet tradere: quæq; vos idemtidem vſurpatis. Nec enim Idola Sectæ veſtræ eſſe dicimus ſimulachra è ſaxo, lignoue confecta, quæ veſtris in templis Sathan ad Liberum adorandũ collocarit: ſed ſpiritualia Idola, quæ ex veſtra Caluiniq; doctrina veſtris in mentibus effinxit: quorum aſpectu, inſtinctuque faſcinati eſtis, & ad eadem, & longe peiora, quam veteris Bacchi cultores, patranda flagitia veſtros auditores faſcinatis. Maximũ huius Idololatriæ ſimulachrum manu profert poculum Libertatis conſcientiæ calici haud abſimile, Lethargi execrandique vini plenum, ad capiendos, conſopiendosque mortales, & obliterandam eorum in mentibus Inferni ignisq; purgantis memoriam comparatum, quo ſpretis & exploſis Pœnitentiæ exercitationibus genialiter viuant, Chriſtianamq; Libertatem, cuius ſupra memini, vetante Apoſtolo, dent in occaſionẽ carnis. Hoc eſt veſtri *Liberi* prægrande Idolum: rubicundum, ſertis pampineis redimitũ, bene curatum, ab eodem quo Dea veſtra *Libertas* opifice Diabolo eleganter expreſſum. Tria ſunt præterea magnitudine quidem minora, ſed ex eadem conflata materia, & ad eundem *Liberi*, carneæque *Libertatis* cultum amplificandum elaborata. Quorum vnum in exporrecto volumine hoc præfert effatum. *Certum ad ieiunandum tempus nemini præſcribatur: integrum cuilibet eſto, cum volet eſuriales ſibi ferias indicere.* Alterius Idoli hoc eſt decretum. *Quadrageſimæ ieiunium minime ſeruandum.* Tertiũ iſtam habet

Libri VI. Cap. IC.

Idolũ Bacchi Hugonotici maximum.

Chriſtiana Libertas. *Gal. 5. 1. 13.*

Tres aliæ Hæreſes & Idola minora.

LIBRI VI. CAP. II. habet ſententia: *Omnia ciborum genera omni tempore vt licita omnibus permittuntur: nec vllus eſto rerum à Deo creatarum delectus, nullaque abſtinentia.* Primum horum axiomatum ſeu Idolorum eſt ex antiquis Aeriorum ruderibus coagmentatum: ſiquidem ſtata illi Hæretici Eccleſiæ ieiunia, cuiuſmodi ſunt peruigiliæ, quatuor anni temporibus ſolennes, ieiuniorum feriæ, quas, vt alias omnes reiiciebant: cũque eis libitum erat, ieiunabant, vt vos, ſæpeq; diebus Dominicis in odium Eccleſiæ (quæ nullum eo die ieiunium ſolet præſcribere: & ſi quãdo in eum diem feſti alicuius diei peruigiliũ incidat, in diem priorem Sabbati remittit) in quo illi ſe in edendo guloſos: malignos hypocritas in abſtinendo, & in vtroq; præfractos pertinaces, ſuperbos, mortique æternæ obnoxios indicabant. Secundum ad Quadrageſimam conuellendã incumbit: hoc enim ſolenne ieiuniũ vehementer odit, & inſectetur Diabolus: quod ſit generoſum quoddam Pœnitentis animi tentamentum, maximumq; certamẽ quod Chriſtiani quotannis ordinibus explicatis ineunt, ad frangendas laſciuientis corporis vires, omnẽq; carnis affectum in captiuitatem redigendum, carniſq; ſenſum ad nutum rationis, & obſequium animi adducendum: vt de ſentiẽte, & animali hominis parte ſpiritus triumphet, & lauream immortalem conſequatur. Primum clam & ex inſidiis inuadit ieiunia, nec enim ea penitus damnat, ſed ea modo conuellit, deq; ſtatione, & arce deturbat, vt nullo duce, nullo ordine palabunda vagentur: hoc aũt ſecundum aperto Marte robuſtiſſimam eorum phalangem oppugnat: confidit n. Diabolus fracta, proſtrataq; Quadrageſima, ſe facile ſparſa per anni curri-

Marginal notes: Aerius Hæreticus Hugonotorũ proauus. *Epiph. & S. Auguſt. Hær. 59.* — Nullum die Dominico præſcribitur ieiunium. *Tertull. de coron. mil.* — Secunda Hæreſis Quadrageſimam oppugnat.

curriculum cætera ieiunia confecturum. Tertium vero delectum ciborum oppugnans oſtium gulæ pandit ampliſſimum, carniq; offert quaſcunq; volet, valebitq; delicias ad explendam voluptatẽ exquirendi. Quæ tria cũ viribus coniunctis Dei verbo, ac rationi infenſiſſime aduerſentur, Idololatria veteris Bacchi perniciosiora eſſe nemo dubitabit: & vt nullus ea de re ſit dubitationi locus, quæ ſum iam allaturus, efficiunt.

Libri VI. Cap. 12 Tertia Hæreſis aduerſus ciborũ delectum.

Quod ſit pietatis opus certum, ac ſtatum ad ieiunandum tempus attribui: Quodque debeat obſeruari Quadrageſima contra duo ſuperiora Idola Bacchi.

Capvt XII.

AD deturbandum veſtri Liberi Idolum, quod ſtabili ieiuniorum ſanctioni opponitur, nos Scriptura ſacra non ſolum nos commouet, verum etiam inſtrumenta ſuppeditat: tradit enim eam ſemper Eccleſiæ Dei fuiſſe conſuetudinem, vt certi, ſtatique haberentur ieiunij dies, quemadmodum ad feriandum, & alia peragenda pietatis opera, quibus populus vniuerſus religioſe ieiunaret. Eiuſmodi fuit in lege Moyſis mẽſis Quarti, Quinti, Septimi, Decimique ieiuniũ, qui noſtris, Iunio, Iulio, Septembri, Decembrique reſpondent. Lex deinde Euangelica cum ieiuniis duxit initium, quæ ſuo commendauit exemplo Seruator noſter, ieiunans ipſe, modumque ieiunandi verbis oſtendens: cuius deinceps veſtigiis inſiſtentes Apoſtoli, ſolennia quatuor anni temporibus ieiunia ſeruanda, teſte S. Leone aliiſque Patribus inſtituerunt. Quinetiam S. hic Doctor aſſerit vſu receptum in Ec-

De ieiuniorũ ſtabilitate.

Stata ieiunia in lege Moyſis. *Zach. 8 19.* *Matt. 6. 16. Cum ieiunatis.* *S Leo ſer. 5. 7. 8. de ieiunio. Septimi menſis.*

LIBRI VI. CAP. 12. Ieiunium Quadrageſimæ Traditio Apoſtolica. Veteres Chriſtiani ter quot hebdomadis ieiunabant. *S. Leo ſerm. 3. 7. & 8. de ieiun. Sept. Menſ.* Quadrageſima Apoſtolica Traditio. Ieiunium Chriſti. *Matt. 4. 1. Luc. 4. 2.* Moyſis. *Exod. 24. & 34.* Eliæ. *3. Reg. 19. 7. S. Aug. ſer. 77. in 4. feria 2. Domin. Quadrag. & 62 64. S. Hieron. in Epiſt. ad Marcellã. quæſt. 54.*

in Eccleſia Catholica, vt tribus qualibet hebdomada diebus Mercuriano ſcilicet Venerio & & Sabbato ieiunium celebraretur: quod etiamnum à multis peculiari ſtudio pietatis obſeruatur, quamquam vniuerſa Eccleſia à carnibus duntaxat abſtinentiam ſexta feria, & Sabbato retinẽdam cenſuerit. Inſtituerunt igitur Apoſtoli Quadrageſimæ ieiunium ad imitandum Saluatoris exemplum, qui totos quadraginta dies ac noctes ieiunus traduxit: non quod tã ſeuera illi fuerit opus inedia, ſed tum vt Moyſis, Eliæq; factum probaret, qui pari dierum numero ieiunarant: tum vt ſuo exemplo nobile ieiunij in Eccleſia militante perpetuo celebrandi fundamẽtum ſtabiliret. Cum S. Auguſtinus expoſuiſſet, quo pacto Moſes, Elias, atq; adeo Chriſtus D. dies quadraginta ieiunium coluiſſent, hæc tandem adiunxit: *Merito vero etiam nos hunc dierum numerum cuſtodire debemus ieiuniis, quem per talia exempla legimus conſecratum.* Idem alibi: *Dominus ieiunando Quadrageſimæ ieiunium conſecrauit, quod ex parte frangere peccatum eſt, ex toto negligere ſacrilegium.* S. Hieronymus cõtra Montanum diſputans: *Nos*, inquit, *vnam Quadrageſimam ſecundum traditionem Apoſtolicam tempore congruo ieiunamus.* Quantum vero hic, & quam craſſam, Miniſtri, proditis ignorantiam, ſi cum S. Auguſtino, Hieronymo, omniumq; veterũ monumentis antiquiſſimũ Quadragdſimæ vſum nondum potuiſtis, aut noluiſtis agnoſcere? Quam intolerabilis impudentia veſtra eſt, cũ audetis improbare ieiunium, ꝙ vniuerſa Eccleſia cũ bonorũ omnium operum apparatu ab aſcenſu Chriſti Saluatoris admirabili gentium Chriſtianarũ conſpiratione celebrauit, quindecim ante ſæculis quam Luthe-

Lutherus in Europa Bacchicæ ebrietatis, & ingluuiæ vexilla ſuſtuliſſet? Nec ante quam veſtra Reformata ex hypocauſtis Saxoniæ, lacuue Lemano erupiſſet de Chriſtianorum numero cenſebatur vllus, quin hoc annuum Quadrageſimæ curriculum ſumma pietate decurreret: neque verus Catholicus, niſi aliquod inſigne pœnitentiæ opus exequeretur: & inſtar ſacrilegi habebatur, qui ſacri ieiunij celebritatem violare fuiſſet auſus, vt ex S. audiſtis Auguſtino, cuius ſententiam S. Ambroſius iiſdem pene verbis inculcarat antea dicens: *Quadrageſimæ ieiunium in totum non obſeruare ſacrilegium eſt, ex parte violare peccatum.* Deinde primum & ſecundum veſtri Bacchi Idolum rationi maxime aduerſatur, quæ ſtabilem & publicā virtutis actionem docet eſſe efficaciorem, Deoque ipſi gratiorem: quam incertam, aut quæ priuato ſtudio ſuſcipitur: proinde ait idem S. Pontifex: *Quamuis vnicuique noſtrum liberum ſit voluntariis caſtigationibus proprium corpus afficere, & nunc moderatius, nunc vero diſtrictius repugnantes ſpiritui carnales concupiſcentias edomare: quibuſdam tamen diebus, ab omnibus oportet pariter celebrari ieiunium: & tunc eſt efficacior, ſanctiorque deuotio, quando in operibus pietatis totius Eccleſiæ vnus animus, & vnus eſt ſenſus. Publica enim præferenda ſunt propriis.* Et paulo poſt: *Sed Eccleſiaſticus miles etiamſi ſpecialibus præliis poßit fortiter facere, tutius tamē, & fœlicius dimicabit, ſi contra hoſtem palam in acie ſteterit: vbi non ſuis tantum viribus certamē ineat, ſed ſub inuicti Regis imperio, fraternis conſociatus agminibus, bellum vniuerſale conficiat.* Hæc n: concordia, & ſingularis animorum, ſtudiorumq; coniunctio Deum in primis delectat, quod nimirū ſit Spiritus Sancti ſui opus:

LIBRI VI. CAP. 12.

Violare Quadrageſimam.

S. Aug. ſer. 62. de tēp.

S. Ambr. ſer. 37.

Stabilis & publica virtutis actio præſtantior.

S. Leo ſer. 4. de ieiun. 7. menſ.

Apta ſimilitudo S. Leonis.

Digitized by Google

LIBRI VI. CAP. 12. qua ſimiliter virtute S. Lucas primos naſcentis Eccleſiæ Chriſtianos his verbis commendat: *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.* Dicitur Eccleſia eſſe veluti *caſtrorum acies ordinata*, vt ipſius opera coniuncta, eiuſque vires eſſe inexpugnabiles hac firma, arctaque ſocietate deſignentur. Haud igitur eſt mirandum, quod ſpiritus nequam hoſtis concordiæ ſtata, publicaque ieiunia minime ferat, quod ſolennem præcipue Quadrageſimæ celebritatem tam acerbis inſectetur odiis: vſu ſiquidem nouit ſe harum Stationum conſtantia, vt loquitur Tertullianus, & his agminibus ad eum oppugnandum coniunctis facile ſuperari. Iam vero cum noſtris ieiuniis veſtra conferte: cum licebit, vos in Gallia ieiunabitis, quo tempore veſtri in Germania fraterculi ſe ad æquales hauſtus inuitantes Bacchi ſacra celebrabunt: Geneuenſes vno die ad pomeridianum vſque tempus à conſuetis epulis abſtinebunt: Rupellani vero prima eiuſdem diei luce ad menſam genio indulturi conuolabunt. Porro tametſi veſtra eſſent bona ieiunia, (non enim eſſe poſſunt, quod extra Catholicam Eccleſiam ſuſcipiantur) longe tamen minorem vim, & vtilitatem obtinerent, eo quod ſolitaria, vaga, diſſipataque ſint, quam ſi certo, ſtabilique tempore, à toto populo maxima conſenſione celebrarentur. Atenim veſter tutelaris *Liber* reformatus, nullis legum vinculis aſtringi, cuius omnis eſt, non in ieiuniis, vel abſtinentia, ſed in crapula, ſympoſiis ac ebrietate conſenſio.

Act.4.32.
Cant.3.6.16.

De ter-

De tertio Idolo aduerſus delectum ciborum conſtituto.

Capvt XIII.

NEque ſane minus tertium Bacchi veſtri Idolum Scripturæ diuinæ, rectæque rationi, quã duo priora aduerſatur: ſiquidem à quorundam ciborum vſu damnat abſtinentiam, veluti ſuperſtitioſam, vobisq; facultatem omni genere ciborum quocunq; anni tempore veſcendi largitur. Ex Scriptura S. diſcimus Deum voluiſſe primorũ generis noſtri parentum fidem & obedientiam, in cuiuſdã fructus prohibiti vſu probare: interdixit ſiquidem illis arboris illius fructu, quam Scientiæ boni ac mali Scriptura lignum appellat. Eadẽ præterea docet quomodo poſt diluuium Deus ſanguinis eſum Noemo, eiusque poſteris prohibuerit: qua etiam ratione lege deinde lata per Moyſen, Hebræis, vt ab eſu multorum animalium abſtinerẽt, iniunxerit. Eadem etiam teſtatur Nazaræos, genus hominum ritu peculiari Deo conſecratum, voto nuncupato vini, & omnium vuarum ſolitos ſibi vſum adimere. Quo ritu nihil ſane magis eſſe potuit veſtro Baccho contrarium. Quid quod eadem ſacra pagina, importunam Iſraelitarum damnat appetitionem, carnes in Arabiæ ſolitudine comedere flagitantium? Quid quod eadem è contrario trium iuuenum Hebræorum temperantiam, magnopere commendat, qui regalibus epulis, vinoq; protropo, legumina, frigidamq; prætulerunt. Atq; vt Deus illorum ingluuiem acerrime vltus eſt, ita continentiã ipſorum magnifice remunerauit. Longũ eſſet in ſimilib. exemplis enumerandis inſiſtere

Omnis cibus omni tempore à Miniſtris permittitur.

Interdicitur arboris fructus. *Gen.2.17.*

Abſtinentia à ſanguine. *Gen.9.4. Leuit.11.4. Deut.14.3. 2.Mach.6.19. & 7.1.*

Nazaræi. *Num.6.3. Pſal.105.14 Dan.1.12.*

Digitized by Google

LIBRI VI. CAP. 13. *Hierem. 35. 18.* illud modo attendite, quantis in inſtrumento veteri Rechabitæ laudibus cumulentur: quod de patris ſui viri optimi mandato vini potione abſtinerent: eamque maxime inſignem fuiſſe notam, quà

S. Ioannis Baptiſtæ temperantia. *Matt. 3. 4. Mar. 1. 6. Luc. 7. 33.* Ioannis Baptiſtæ declarata fuit ſanctitas, quod vino ac ſicera abſtineret, ſoloque melle ſylueſtri, atq; locuſtis veſceretur. Poſtquam autem hominum liberator Dei filius in terras venit, tanto fuit inter Chriſtianos hæc tẽperantiæ virtus illuſtrior, quantò copioſiori gratiæ rore doniſque cœleſtibus lex Euangelica præ Moſis ſanctionibus abũdauit. Nec enim poteſtis neſcire licet omnium bipedum eſſetis ſtupidiſſimi, Chriſtianorum ieiuniorũ leges, circa vini, carnium, aliorumque alimentorũ vſum, & continentiam ab iiſdem admirabilem: nec vos

Simeones apud Palladium. *Sect. 26.* Abſtinent ab eſu carnium Carthuſiani. Patres, Celeſtini, & Minimi. etiam exempla veterum Patrum Eccleſiæ Catholicæ alumnorum latent, quorum alij dies totos, hebdomadas imo & Quadrageſimas abſq; vllo cibo, potuq; traducebãt: alij toto vitæ curriculo pane ſolo, & frigida corpuſculum inedia confertum non tam reficiebant, quam ne plane deficeret, ſuſtentabant: alij omni carnis eſu ſponte ſibi interdicebãt: quod in quibuſdam Religioſis Eccleſiæ Catholicæ familiis ex voti religione etiamnum factitatur. Veſtrum autem num plane Tartareum eſt Idolũ, quod audeat ſe diuinis hiſce documentis opponere? Nec vos pudet, illius ventripotentis falſique Dei eſſe Miniſtros, illiusque Idolum tanta pertinacia propugnare? Ecquis vos negabit ſacrilegos eſſe, verique Dei irriſores impudentiſſimos, quandoquidem Scripturas, ac ſacroſancta illa Sal-

Matt. 15. 11. Mar. 7. 14. uatoris verba dicentis: *Quod intrat per os, non coinquinat hominem*: ad illum portentum ornandum

vſur-

vſurpatis? Nonne ex his verbis malitioſe detortis, æs & marmor ad Idolum gulæ veſtræ conflandum arripuiſtis, quibus omnia omni tempore ſine delectu poſſe comedi docetis? Nam quid aliud inter lances, & pocula veſtri alumni, niſi illud: *Quod intrat per os, &c.* idemtidem occinunt? Nonne ſimiliter locum Sancti Pauli, quo de futuris poſt aliquot annos Hæreticis Timotheum diſcipulum præmonebat, veſtrum ad vſum ſolita malitia detorſiſtis? futuros inquā præuidebat: *prohibentes abſtinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus.* quæ prophetica verba Seuerianos Hæreticos indicabant: ſiquidem illi (vt S. Irenæus, Euſebius, & S. Auguſtinus referunt) vinum minime bibebant, quod fabuloſa vanitate, de Sathana, & terra vitem aſſererent germinaſſe: & inſuper certorum vſum ciborum, tanquam natura malorum damnabant. At vos illam Apoſtoli ſententiam falſo, impieque in Catholicos retorquetis: nec enim vinum, aut quicquam aliud à Deo creatum damnant, ſed ijs, ex Apoſtoli conſilio, cum gratiarum actione vtuntur: nec vllum Eccleſia Catholica præceptum vt ijs, ac ſi de rerum malarum eſſent genere, ſui abſtinerent, dedit: ſed ad Dei gloriam, corporumque caſtigationem, idque congruenter documentis propoſitis, & Scripturarum exemplis. Cæterum, ſi *quod intrat in os, non coinquinat hominē,* nullo prorſus modo, vt eſt in expoſitione, quam iiſdem Chriſti verbis attexuiſtis: qua igitur ratione pomum primos parentes inquinauit? Quomodo lentes Eſau, & coturnices Hebræos? Et quis adeo ſe ferculis ingurgitet, vt ilia diſrumpantur: aut ſi animi abiectione

1. Timoth. 4.3. Seueriani. *S. Iren. l.3. c. 3. Euſeb. l.5. c. 6. circa annū 176. S. Aug. de Hæreſ. ad Quoduult. Hær. 24.*

Exponitur locus *Mat. c. 15.11.* Adam. *Gen. 3.* Eſau. *Gen. 25 34.* Coturnices *Num. 11. 4. Pſal. 77.*

Digitized by Google

Libri VI. Cap. 13.

ac deſperatione affectus venenum vitam ſibi erepturus hauriat, num cũ ſe inquinaturũ cenſebitis? Enimuero non inquinat animam cibus, ſed malus eiuſdem vſus, deprauataque edentis voluntas: & res omnis à Deo creata, ex ſe bona eſt, quæ cum gratiarum actione ſumitur. Vtrumque vero contra vos facit: nam cum Quadrageſimæ tempore, ſexta feria, Sabbato, aliisque diebus Eccleſiæ lege prohibitis, vos carnibus veſcimini, & aliis veſcendum ſuadetis, ſupra modum præfracti, ac rebellionum Doctores eſtis: deprauatam geritis voluntatem: nec cum gratiarum actione rebus bonis à Deo creatis vti vultis, ſed iis potius abutimini, atque peruerſum eorundem vſum docetis: & ora veſtra profana, veſtras inquinant animas, mortales ad peccandum inducunt, vobisque incendium parant ſempiternum. Hos nimirum fructus Idolum Bacchi profert, quod veſtris pectoribus incluſum fouetis, à quo docemini tanti numinis ſacroſancta myſteria, quæ in hoc ſita ſunt, vt veſtræ Sectæ fraterculi contempto ciborum delectu, ferculis quibuſcunq; propoſitis, omni tempore fruantur, pergræcentur, cutimque genialiter curent. Efficiendum mihi eſt, vt iſtius reformati Bacchi cultum, Ethnica veteris ſuperſtitione longe pernicioſiorem eſſe cognoſcatis.

Quid edẽtis animũ inquinet.

Quod Idola Hugonotica, & Miniſtrorum de cibis effata, ſint veteris Bacchi cultu pernitioſiora.

Capvt XIV.

NVllum grauius malum cultus Bacchi continebat, quam quod mortales vanæ religionis præ-

prætextu ad ventris ſtudium, heluationem, & ebrietatem, vt dictum eſt, inuitaret: at quanto grauiora his mala ex veſtris oriantur axiomatis, haud facile quiſquam æſtimabit. Primum quemadmodum Bacchi veteris Idola, mortales earum ſtudioſos, fictæ illius deitati mancipabant, ita vos veſtra veros Idololatras efficiunt. Nam ſi omnis Hæreſis, vt primo libro demonſtrauimus, nec vos inficiamini, Idolum eſt: item ſi veſtra axiomata meræ ſunt Hæreſes, in vobis, iampridem, nimirum ante trecentos & mille annos in Aerianis maioribus veſtris anathemate, dirisque damnatæ, quin in Idololatrarum albo ſitis adſcripti, negare nullo modo poteſtis: quod ea veluti Religionis capita veneremini: quæ quoniam ad ventris ſaginam computata ſunt, non poſtremum inter Gulæ proceres, Apitios, Aſotos, ventricolas locum tenetis: de quibus agens Doctor Gentium: *quorum*, inquit, *venter Deus eſt, & gloria in confuſione ipſorum.*

LIBRI VI. CAP. 14. I. Effectus Idoli contra delectũ ciborum collocati, cultu veteris Bacchi pernitioſior.

Aerius Hæreticus anno 278. damnatus.

Philip.3.19

Secundo Bacchi veteris edacitas leges tantum humanæ temperantiæ euertebat: veſtra vero Sacra Scripturæ oracula, & obſeruantiam Eccleſiæ Dei debitam, proterit: multarumque virtutum fidei, obedientiæ, pœnitentiæ, & charitatis repagula perfringit. Scriptura docet honeſtum eſſe, & optimum, certis diebus ieiunare, & à quibuſdam cibis abſtinere. Eadem item præcipit, vt Eccleſiæ decreta ſeruentur, ſecus qui faxit, tanquam Ethnicus, impius, dirisque deuotus iudicetur: indixit autem Eccleſia ſingulis anni trimeſtribus ieiunia, ſolennem Quadrageſimæ cultum, & quoſdam alios dies, quibus caſtigatione

Secundus effectus.

Mat.18.17.

Digitized by Google

Catholicis quempiam, vt veſtri ſimilis carniuorus euadat efficitis: aut cum dolo impiaque fraude aliquem minime malum, ad ieiunium ſoluendum, & carnes loco piſcium renitente ipſius conſcientia, guſtandas inducere valetis. Nonne igitur, non modo verbis, ſed operibus ipſis vos non tantum Heluones, ſed infideles, ſed perduelles, ſed fallaces Schiſmatici, ſed impii Hæretici & Idololatræ, non Dei, ſed ventris cultores eſſe probamini? Quot peccatorum genera in intimo Idoli veſtri abdomine implicata continentur?

Tertio portentoſa veterum Ethnicorũ Bacchanalia, & illæ bacchicæ Heluationes à paucis duntaxat, iiſque obſcuris, & è fæce plebis magna ex parte collectis hominibus celebrabãtur; probroq; dabatur viris honoratis, quotieſcunq; iſtius furioſi numinis ſacris immiſcerentur. At veſtræ Reformatæ numẽ, quotquot ei nomina dederũt vẽtricolas creat, fingit, inſtituitq;, pręſertim vos qui cum literati, ac Miniſtri Dñi exercituum velitis haberi, par erat facem vos veſtris auditoribus præferre, eoſq; verbis & exemplis ad omnem frugalitatem, & temperantiã excitare. Sedenim tãtę ſunt efficacitatis Idola veſtri Bacchi, & quæcunq; ad eius cultũ traditis axiomata, vt vos continuo guloſos, gulæq; antiſtites ac præcones efficiant. Audite quid de ſe ipſe cõmemoret Lutherus; & ex principis veſtræ Reformatæ fundatoris conuerſione, certum ac generale de natura, & eſſentia nouatæ Religionis argumentum accipite, tanquam ex primigenio fonte deriuatum: eius verba ſubiiciam. *Iacobus Concionator Bremenſis,* ait ille, *in die Palmarum inter alia fercula mihi gallinam parauit, dicens, ſi docemus, quare non facimus?* Tandem

Luther. in colloq. lat. tom. 1. c. de cõſolat. Idẽ cap. de Chriſtianis. Ego Martinus

Digitized by Google

Nam quamuis omnibus in Prouinciis, & vrbibus cuncti Sectæ veſtræ homines intemperantiæ dediti minime videantur: multiq; ad honeſtatem natura propenſi gulæ modum imponant, & ab effrænato ventris ſtudio abhorreant; nemo tamen veſtrũ eſt, quin ſanctioribus Eccleſiaſticis, ac legibus de temperantia, ieiunioq; latis gulæ curam præferendam putet: notamq; illius vitii gerat inuſtam, quo quiſpiam fere guloſus efficitur: quod non eſt quidẽ in hoc, vt multo cibo ventrem infarciat: ſed quod immoderatæ pareat cupiditati, contraque legem quod minime licet, & quando non licet, comedat. Ac plerunque poterit contingere, vt heluo ſit, qui cœpam, ſobrius autem qui phaſianum, aut perdicem ederit. Guloſus fuit Eſau, quod lentium Ægyptiacarum offam indomita cupiditate deuorarit; quam vilem eſcam primigenio iure, ſper magno vtique pretio emerat, vſqueadeo indulgens edacitati. Iſaacus pater eiuſdem, è contrario ſobrius fuit, cum hædina, quam putabat ipſe ferinam, temperate veſceretur. Diuinis in tabulis Hebræi damnantur edacitatis, eo quod in deſerto allia & cœpas Ægyptiorum concupiuerant: nec Salomoni vitio datur quod menſæ, dapibus exquiſitis, regiaque magnificentia ſemper inſtructæ accumberet: propterea quod immoderatus illorum fuit, quamuis eſcæ viliſſimæ appetitus: hic vero Rex in tanta ferculorum copia, tamque exquiſito dapum apparatu temperantiæ frœno nimiam cupiditatem moderabatur. His atq; ſimilibus exemplis adductis S. Auguſtinus diſſerens: *Non ego,* inquit, *immundiciam obſonii timeo, ſed immundiciam cupiditatis. Scio Noe omne carnis genus, quod cibo eſſet vſui, mãducare permiſſum: Eliam*

LIBRI VI. CAP. 15.

In quo ſita ſit gulæ culpa.

Eſau. *Gen. 25. 34.*

Num. 11 4. *Pſal. 105. 14*

S. Auguſti. *lib. 10. Confeſſ. cap. 31.*

Noe. *Geneſ 9. 2.*

tametſi fuerit alioquin malitia cæcatus perſpicue vidit: & faſſus eſt, diebus nempe Veneris abſque peccato carnes edi non poſſe. Quantum intereſt, Miniſtri, inter veſtram, Apoſtolique doctrinam? Quam diuerſus veſtri animi ſenſus à Pauli ſpiritu? Quam Bacchicus atque furioſus, quam libertatis amans veſter, maiorumq; veſtrorum ſpiritus, quò veſtros ſectatores ad perdicum attagenarum omniſq; generis eduliorum patinas abligurië̃das verbis & factis excitatis; quo præſertim tempore cum ſuis alumnis Eccleſia, ad promerẽdam offenſi Dei veniam & gratiam in ſacco & cinere, in ſqualore & lacrymis, ieiuniis, vigiliis, inedia aliiſque religioſis corporis animiq; afflictationibus exercetur? Quodnam hoc reformationis genus? Quis malus Geni⁹, quæ vos furiæ ſub ortũ veſtræ Religionis, vt nouos Circũcelliones exagitabant: vt nõnulli veſtris effatis faſcinati ſe flammis vſtulandos obiicerent, quo veſtrum hoc dogma tuerentur, licitum videlicet, eſſe diebus Quadrageſimæ, vt alio quouis anni tempore, repugnantibus licet Eccleſiæ vniuerſæ decretis, offenſioneue publica cõcurrente, carnibus abdomen ſaginare? Iſta cum animo reputatis, Miniſtri, nonne tacite fatemini eiuſmodi doctrinam è Sathanæ ſchola profectam, verbo Dei, rationique contrariam, & animæ maxime pernicioſam? Num eam agnoſcitis eſſe expreſſum Bacchi, carnis, abdominis, confuſionis atq; omnis turpitudinis Idolum nomine Religionis obtectum, longe humano generi pernicioſius, quam antiqui exoletiq; liberi gaſtrimargia, inſanaq; veterum Ethnicorũ bacchalia? Et tamen audetis obiicere Catholicis quod imminente ſolenni Quadrageſimæ ieiunio neſcio

Ex Hugonotis aliqui vt gulæ tuerentur libertatem, flammas ſubierunt.

quæ

in poſterum Paſchatis incurrebat diem, quo die ſpicarum manipuli: ceu quædam futurę meſſis primitiæ à Sacerdotibus offerendæ comportabantur. Alter vero quinquageſimo poſt die celebrabatur, dictus ob id Pentecoſte à quinquagenario, videlicet numero dierum, in quo non vt ante manipulos, ſed panes è nouo tritico confectos, primitiarum nomine altaribus imponebant, quo ritu ſe Deo gratos, ob perceptas, & in horreis reconditas fruges, præberent. Cuius feſti celebritas initium habuit quinquageſimo die poſt quam Hebręi Paſchate celebrato ex Ægyptiaca ſeruitute in Arabię ſolitudinem dierum aliquot viam progreſſi, à Deo, per Moyſen diuinæ legis tabulas acceperunt. Atque vt in hiſtoria Patriarchæ Noe, feſtoque Septembris gratias habere iubebãtur Iſraelitæ (vt eſt ſuperius annotatum) ob vini liquorem, quo veluti celebri typo, futurum in vero Saluatoris hominum ſanguine poculum adumbraretur: ita in his ſpicarum, panumque primitiis eadem lex beneficiorum Dei memores illos eſſe iubebat, ob collectas fruges nobiliſſimas: tum in vſum vitæ ipſis datas, tum etiam vt in eis ſignum haberent illuſtre, cœleſtis, viuifici, deificique panis, nimirum corporis Chriſti: & vtroque frugum genere, quemadmodum ante Melchiſedechi Regis, oblatione, vnicum, & admirabile eiuſdem Seruatoris noſtri præſignabatur ſacrificium, in quo ſacroſanctum corpus ſuum & ſanguinem, ſub panis vinique ſpecie erat Chriſtiano ſuo populo porrecturus. Ergo Sathan imitatione peruerſa veri numinis illudens Religioni, diuinum cultum & veritatem, in ſuperſtitionem, mendaciumque conuertit: & ex auro

Geneſ. 20. 1. & 34. 1.

Vitis Noe, & feſtũ tabernaculorum S. Sacramẽti altaris figurę feſtus primitiarum dies eiuſdẽ Sacramẽti fuit typus Melchiſedech.

Gen. 14. 28

ius,& authoritatem, quæ Dei ſolius eſt, in iſtam aut aliam quamlibet à ſe fictam Diuinitatem transferre niteretur. Ceremoniæ Theſmophoriis celebrandis adhiberi ſolitæ multam huic rei coniecturam faciunt: ſiquidem in iis vxores à maritis ſecubabant, certiſque diebus ieiunabant: ad æmulationem ritus à Moyſe inſtituti, qui aſcenſurus in montem, vt à Deo legem acciperet; verbis Iſraelitas eſt alloquutus: *Eſtote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus veſtris*: Quod ipſe omnium maxime ſeruauit, & plus omnibus, nimirum bis quaterdecies, ieiunauit. Ex hac igitur hiſtoria Diabolus anſam ornandæ Cereris arripuit, & ex iis quas dixi ceremoniis fallaci imitatione profecit, vt in Creatoris contumeliam à cæcis mortalibus legifera Dea crederetur, coleretur que. Tertio Eleuſina fuerunt, ab Eleuſi ditionis Athenienſium Pago nominata. Quid vero in iis ſacris ageretur, non plane conſtat: ſiquidem adeo erant occulta myſteria, vt nemini niſi eiſdem ſacris initiato paterent: vnde trita parœmia, Eleuſina ſacra, cum quippiam non eſſe efferendum ſignificatur. Attamen non vſque adeo occulta extiterunt, nec tanto ceremoniarum, ſilentii, ieiuniorum aut pietatis apparatu obuelata, quin multa ibi maleficia patrari vulgo pateret: in iiſque obſcœnitatem ita regnare, vt peſſimum putaretur omen, ac ſummum impietatis crimen, ſi cui initiatorum, vel imprudenti verbum honeſtum excidiſſet. Præcipuum ac ſummum matronarum ſacra peragentium munus erat mutuis ſe contumeliis impetere, vt multi authores prodiderunt. Sanctus Gregorius Nazianzenus eorum quæ ibi factitabantur plurima recenſet in Oratione ad

Sacra Eleuſina.
Diod. Sic. l. 6. cap. 2.
Alex. ab Alex. libr. 2. cap. 14.
Prouerbii Eleuſina ſacra.
Maxima in Eleuſinis ſacris maleficia.
Iniuriæ cōtumelioſæ.
Diod. Sic. lib. 6 cap. 2
Alex. ab Alex. l. 2. c. 4 Gen. dur.
S. Gregor. Naz. Or. in S. lumina.

ne ad ſancta lumina, vbi tangit obiter raptæ à Plutone Proſerpinæ fabulam, ac Cereris eam vbique perquirentis errores. De hac Eleuſina ſuperſtitione hæc habet. *Nec puella quadam apud nos rapitur, nec Ceres oberrat, ac Celeos quoſdam, & Triptolomos, & dracones inducit, multaque & facit, & patitur. Pudet enim me nocturnum ſacrum in lucem proferre, atque ex turpitudine myſterium facere. Nouit hæc Eleuſis, atque illi tacitorum, ac profecto ſilentio dignorum ſacrorum arbitri.* Nec vero in his eſt pluribus inſiſtendum: ſatis erit obſeruare hic Diabolum, vt in cæteris Ethnicorum ſuperſtitionibus ſui ſimilem extitiſſe, vt occultæ Religionis obtentu, impuram Idololatriam, abominandaque flagitia inter mortales inferret. Videamus quo etiam pacto eundem Cereris cultum in noua Sectæ veſtræ Cerere ad typum veteris innouarit.

Quod Diabolus antiquam Cererem in Hugonoticam religionem tranſtulerit.

CAPVT XVII.

IN renouando Cereris antiquæ cultu, non id fuit Diabolo propoſitum, vt Idolum aſpectabili forma ex aere, ſcilicet, marmore, lignoue confectum adoraretis, ſed nouam ſuo more ſuperſtitionem Idololatricam veteri corporatæ perque belle reſpondentẽ mentibus veſtris infunderet. Quænã eſt noua lex Ceres niſi veſtra Cœna? Quod aliud Idolum quam panis veſter myſticus ex maſſa fermentata piſtus, tam certe profanus, quam farina quæ à Cereris mola effluebat. Cererem Ethnicam ad Hebraicæ celebritatis exemplar inſtitutæ Dei

Ceres in Hugunotica cęna renouatur.

mandato

mandato, Sathan effinxerat, vt eſſet vanitatis Idolum: in locum Sacramenti corporis Chriſti D. qui verus panis cœleſtis ac deificus eſt, Cœnam iſtam ſubſtituiſtis, quæ nihil aliud eſt, diciq; debet, quam inane phantaſma, è fumoſis male ſanorum capitum officinis extractũ. Idololatræ cenſebãtur Ethnici, quod falſam Cereris Deitatẽ, & eius ſimulachrum venerarẽtur: vos opinionem veſtrã inſtar alicuius numinis adoratis: paniſq; fruſtuli cultores, & adoratores eſtis, atq; adeo peiori quam Gentiles Cereris Idololatriæ ſcelere cõtaminati. Quod niſi certis argumentis ex fide & authoritate præſertim veſtrorum in Secta veſtra principum petitis, oſtendero, nulla meis dictis poſthac fides habeatur. Lutherus enim de Sacramento Euchariſtiæ diſputans, adorandum eſſe profitetur, eaque de cauſa adorabile Sacramentum nominat: quod ipſe Caluinus literis teſtatum reliquit. Vos eundem Caluinum ſequuti nihil hoc in Sacramento præter panem, qui ſit figura, ſignumue corporis Chriſti eſſe profitemini. Ex his ergo duobus fidei veſtræ capitibus efficitur vos adorare panem; ac proinde Panilatras iure, meritoque nominari. Diceris Caluinum à Lutheri ſententia, quod attinet ad hoc fidei caput, diſſentire: neq; tale dogma vnquã probaſſe, imo diſerte aſſerere, eos qui illud tueantur, & doceant in templo Dei Idolum ſtabilire. Exiſtimo vos Caluini opinionem mordicus tenere, ſimulque primum Parentem, Sectæque veſtræ fundatorem Lutherum, vt ingenuos decet filios honoris ergo in numero Idololatrarum habere: nihilominus neq; Caluinus, neq; vos Idololatriæ crimen effu-

Lutherus Euchariſtiæ Sacramentũ dicit adorabile *libr. de form. Miſſæ* *Et Caluin. Epiſt 93.* Arguit Litherũ Caluinus quod dixerit Sacramentũ adorabile. *Ibidem.*

Digitized by Google

LIBRI VI. CAP. 16. Artololatria Miniſtrorum ex eorundem effatis. Primum.

men effugitis. Etenim vt certum fidei caput habètis, & identidem inculcatis: omnem cultum, ac religioſum honorem alteri, quam Deo ſoli delatum, eſſe Idololatriæ crimen. Quam ob cauſam à veſtris auditoribus cenſemur, ac vocitamur Idololatræ, eo quod Sanctis beata immortalitate fruentibus debitos honores habeamus: qui honor, vt ſæpe monuimus, longiſſime abeſt à cultu latriæ (qui ſummus eſt honor, & adorationis genus quod ſoli Deo O.M. exhibetur) ſed media quædam eſt, ac religioſa veneratio, quam ex Scriptura S. didicimus Dei famulis, rebuſq; ſacris impendere. Si veſtra opinione cẽſemur Idololatræ quod honore religioſo viros ſanctitate præditos, reſq; ſacras veneremur pari certe ratione vos Idololatras fateamini neceſſe eſt, propterea quod in Cœna veſtra bucceę panis myſtici honorẽ religioſum habeatis; quanquã non eo quẽ Lutherus præſcripſit modo, adoretis. Deinde vos meram creditis Idololatriã, aliquã aduerſus Dei, & Sanctorum imagines reuerentiã exhibere: nec inter latriam, honorem ſummum, & abſolutũ ſoli Deo debitũ: & honorẽ reſpectiuum, quo ſacras imagines proſequimur, vultis diſcrimen vllum agnoſcere. Ex veſtra igitur definitione, atq; adeo ſupremi, reſpectiuiq; honoris permixtione, reuerentia à vobis exhibita pani, quẽ figurã duntaxat eſſe vultis corporis Seruatoris Ieſu, minorem tamen imagine: pura eſt, atque adeo impura Idololatria. Hoc luce meridiana clarius patet. Quod enim in Cœna pani ac vini honorem habeatis, minime inficiari poteſtis, cum veſtra ſit, fueritque perpetua nouæ Sectæ Anteſignanorum doctrina. Nam diſerte docuit Caluinus, aliique Reformatæ Coryphæi, ho-

Secundum

Docet Caluinus ſymbola Cœnę honorãda, *lib.4.Inſtit c.17. §.33.*

phæi, honorem Cœnæ ſymbolis eſſe tribuendum, quod ſigna ſint, & figura corporis Chriſti, & illius quæ nobis cum illo eſt teſſera, & pignus cõiunctionis: hic autem honor alius quam religioſus eſſe nõ poteſt; quandoquidem eum irreuerentiæ profanæ opponit. Ait enim Caluinus: *Impios eſſe reos corporis & ſanguinis Domini, quod myſterium profanauerint, pignus ſacræ cum Deo coniunctionis, quod reuerenter ſuſcipere debebant, calcando*, Docet ergo Sacramentũ ab impiis abſq; reuerẽtia ſumi, ac profanari; à piis vero religioſe honorari debere: inde fit, vt queadmodũ poteſt iniurioſe, profanoq; modo tractari, ita idoneum eſſe, & capax myſterium religioſe venerationis. Petrus Martyr magnus quoq; nouæ reformationis Atlas idẽ, propoſito ſtatuæ Principis exemplo, docet. Quemadmodũ, ait, ille ciuiliter iniurioſus eſt in Principem, qui eius imaginem afficit iniuria: ita in Saluatoris corpus irreligioſe iniurioſus eſt, qui Sacramento, quod eſt corporis ſui ſignum, iniuriam infert. Petrus Boquinus eodem eſt vſus exemplo: ſed ambo ſui immemores: docent enim in controuerſia quam de Sanctorum imaginibus agitant, nec CHRISTO, nec Sanctis eius contumeliam vllam imponi, cum eorum imagines diſturbantur: nec in iis conterendis vllum peccatum admitti: hoc vero loco tradunt in numero ſacrilegorum habendos, qui panem & vinum pro Cœna propoſitum dedecore: & ignominia afficiunt, quia ſunt corporis & ſanguinis Chriſti ſigna, quod minus eſt, quam expreſſam eius imaginem deturpare. Sed omiſſo contradictionis, atque fidei iſtorum examine: propoſitam noſtram ex eorum aſ-

Petrus Martyr *in 1. Corinth. 11.*

Iniuria quę fit imagini refertur in exemplar. *S. Baſil. de Spir. S. c. 18.*

Petrus Boquinus cõtra Heshuſium, p 164

Hæretica ἀντιλογία

ſertionibus ita confirmo quæſtionem. Cum omni reuerentia, vt vobis, iſtiſque placet, exaltandum eſt Sacramentum, tum quod ſit, vt vult Caluinus ſacræ, quæ cum Deo nobis eſt, coniunctionis pignus, tum etiam quod, vt figura corporis Chriſti, exhibeatur. Creditis ergo cœnificum panem veſtrum, ac vinum honorandum eſſe: & ſi quidem germani veſtræ fidei cultores velitis haberi, re ipſa veneramini: vnde ex veſtris antecedentibus neceſſario ſequitur, vos vere dici, & eſſe Idololatras. Quod hac breui ratiocinatione colligo: *Quicunque reuerentiam Religioſam alii rei exhibet, niſi vero Deo, is eſt Idololatra.* Veſtra hæc eſt in Scholis veſtris ac pulpitis millies decãtata & inculcata propoſitio. *Atqui vos pani Cœnæ veſtræ, qui ſecundum fidem veſtram eſt modo Symbolum & figura corporis Chriſti) religioſam reuerentiam exhibetis.* Aſſumptum hanc propoſitionem modo perſpicue confirmaui, quã neq; vos negaturos arbitror. Euidenter ergo concuditur *Panicolas, Artolatras, Idololatras eſſe omnes vos*, multoq; deteriori conditione, quam antiquæ Cereris cultores: ſiquidem quandam illi Dominam magni nominis, ſapientemque Principem, Deamq; immortalem ſe colere arbitrabantur: qui licet vehementer in hac fide fallerentur, nobile tamen phantaſma venerabantur, quorum error eo maiori erat excuſatione dignus, quod difficilius illis eſſet abſq; fidei lumine, tantis in tenebris veritatem agnoſcere. Vos autem ſcientes, ac prudentes Idololatriæ rei conuincimini: & eam rem colitis, quam nemo non videt mutam, vita ſenſuq; carentem, omnino ridiculã, fruſtulũ deniq; panis, quem & corruptioni, & egeſtioni obnoxium eſſe fatemini. Quare ſi qui adhuc

Euchariſtiæ Sacramentum ſecundũ aduerſarios honore dignum eſt.

Digitized by Google

qui adhuc in terra Cereris cultores ſuperſtites verſarentur, nonne illi iuſtiore de cauſa poſſent veſtrū tam abſonum, tantæq; vanitatis Idolum, quam vos fictæ illorum Deæ ſuperſtitionem irridere?

LIBRI VI. CAP. 18.

Friuola Miniſtrorum excuſatio de reuerentia, qua ſuam Cœnam proſequuntur.

CAPVT XVIII.

VIdeo quid, contra ea quæ iam diſputata ſunt, poſſitis afferre, nimirum è veſtra Secta eſſe plurimos, qui haud ſane magnam iſti Cœnam reuerentiam, & honorem exhibeant: eoſque ſæpius bene potos, beneque paſtos ad eam ſumendam accedere: neque maiori cœnificum panem, quam vinum honore dignari: quin etiam ſiquid reliquarū myſtici panis ſuperet, ſolere contemni: & alias in Germania fuiſſe canibus obiectum: in Gallia vero id etiam ſcientibus, ac videntibus Miniſtris, pullis gallinaceis, anſerculis, aliiſq; animantibus nō raro proiici. Ego vero cenſeo inexpiabile crimen eſſe, ad eam menſam, quę & ſancta, & pignus cōiunctionis cum Chriſto fidelium eſſe credatur, parum ſobrie: nec ea, qua par eſt reuerentia, accedere. Dico grande quoque ſacrilegium admitti, cum panis, qui ſacer habeatur, non religioſe, imo profanū potius in modū tractatur. Veruntamen non vt ad veſtram fanaticam opinionem, ſed ex rei veritate agamus, Cœnam iſtam veſtra atq; adeo maiori contumelia digniſſimā: omniq; honore, ac reuerentia indigniſſimam eſſe confirmo: eo quod ſit pudendum abſq; anima atque forma phantaſma: profanum panis fruſtulum, in locum veri Sacramenti ſuffectum:

Hugonotorum plurimi nullo Cœnā ſuā honore afficiunt.

Cœna Sathanica.

Digitized by Google

LIBRI VI. CAP. 18.

bolus tartareus Dæmonis arte piſtus, admixto Hæreſis veneno, omnium quæ vnquam Cocytus euomuit, peſtilentiſſimo. Lethalis eſt bolus iis mortẽ, & animæ allaturus exitiũ, qui eum fuerint auſi ſub forma panis Euchariſtici, Cœnæq; Dominicæ deglutire. Ea propter ipſe ille Draco tartareus, qui olim per aera Deæ Cereris currum trahebat vos modo quodam ſimili, per inanes phantaſmatum veſtrorum regiones, tranſuexit, vt per varia mundi climata, peſtiferæ doctrinæ ſemen ſpargeretis: ex quo miſeri mortales non benedictionis panem, ſed execrationis, æternæque mortis pabulum ſibi conficerent. Ille eſt, qui fraudulenter ex vberrima, atque lætiſſima Eccleſiæ ineſſe vos abduxit; vt pro veri, ſyncerique frumenti qui in ea colliguntur, manipulis, vos funeſtis inanium ſpicarum faſcibus oneraret; quos æmuli Caini in menſam veſtri Sacramenti ridiculam oblationem imponeretis. Ille eſt, qui eadem vos fraude irretitos ex auguſtiſſimo Dei templo, (vbi panis viuifici, corporis ſui vnigeniti primitiæ in gratiarum actionem ritu ſolenni perpetuoque offeruntur) extraxit, vt in fœnilia, ſeu ſtabula, quæ vobis ſunt templorũ inſtar idonea veſtræ Cereris, Cœnæq; cerealis diuerſoria cõtraderet. Nihilominus his tam craſſis erroribus implicati; inter hæc adeo profana, ac funeſta quæ commenti eſtis, & ſacra prædicatis myſteria, audetis Eccleſiæ Catholicæ oblatrare doctrinam: & eam *Artolatriam*, hoc eſt, panis adorationem contumelioſe nominare, oreque ſacrilego auguſtiſſimum IESV CHRISTI Sacramentum conuiciando impudentiſſime calumniari. Quænam maior eſt iniquitas, cum impudentia ſumma coniuncta, quã

Idololatriæ

Currus Ceteris à draconibus vectus.

Hugonoti Caino ſimiles. *Geneſ. 4. 3.*

Calumnia Miniſtrorũ artolatriã Catholicis obiectantium.

Idololatriæ crimen, quo infames eſtis, negare, vt illud in Eccleſiam Dei falſiſſime transferatis? Quid? vosne Idololatras eſſe pernegatis? Atqui tales vos eſſe, planiſſime conſtat: & ei crimen Catholicos affines eſſe contenditis: à quo tam longe abſunt, quam vos à vera Religione. Nonne ex veſtris, veſtrorumque Archirabbinorum aſſertionibus Hugonoticam veſtram Panilatriam euidenter oſtendi? Vosne contra pôtuiſtis vnquam vel vna ratiuncula, probabilitatis vmbram præ ſe ferente, crimen iſtud quod tam falſo, quam contumelioſe nobis imponitis, aſſerere? Caluinus, Beza, & alij Theſmophori, qui veſtræ Sectæ, Cœnæque leges, ceu myſteria Eleuſina tradiderunt: adeo inuoluta, vt ea nemo poſſit intelligere: imo tam manifeſta, vt eadem quiſque cordatus, ac religioſus iure derideat; illi inquam Theſmothetæ nobiles vllone vnquam argumento probabili docere potuerunt, panem in Euchariſtiæ Sacramento à Catholicis adorari, quod tamen declamando, ſcribendo, mentiendo, calumniandoque vulgarunt? Nonne veriſſimum eſt filij Dei corpus, non inanimum, ſed ſua anima viuum, diuinitati, ſecundæque perſonæ ineffabilis Trinitatis intime coniunctum, quod nobis religioſe adorandum, ſumendumque proponitur? Hoccine eſt adorare panem, cum verus Dei filius ſuo præſens Sacramento adoratur? Quoties pro concione, ſcriptisque docuerunt, teſtatique ſunt Eccleſiæ Doctores: & omnes qui Chriſtianam fidem profitentur Catholici quid aliud credunt, & dicunt, quam quod vbi ſuper panem & vinum potentiſſime IESV CHRISTI verba prolata ſunt, id quod antea pa-

Verus Dei filius à Catholicis in Euchariſtia adoratur.

nis erat, non iam panem, ſed veriſſimum eſſe IESV CHRISTI corpus: & quod erat in calice vinum aqua permixtum, in ſanguinem eiuſdem mirabili tranſſubſtantiatione conuerti? Quid contra ad hanc veritatem labefactandam à vobis allatum eſt, ex quo Lutherus ſuum altare Chriſti altari oppoſuit: vexillumque ſeditionis ad commouendos aduerſus Eccleſiam Dei populos in Saxonia erexit? Nos ſi religioſe profitemur, ac diuinis oraculis, & literis, firmis rationibus & argumentis nullum in noſtra Euchariſtia poſt conſecrationem ſupereſſe panem confirmamus: nec in vobis eſt, oppoſitum huic veritati docere, qua fronte audetis dicere, paſſimque obiectare Catholicos eſſe panis adoratores? Sed hac de quæſtione ſatis: quam in libris de S. Miſſæ ſacrificio copioſius tractauimus: & apparatu maiori plurimi Eccleſiæ Catholicæ Doctores: hic autem obiter hæc dicta ſunt, tum vt in veſtra Cœna ſimilitudo Cereris appareat: tum vt impudentiſſima veſtrorum Patriarcharum calumnia, qua noſtræ Euchariſtiæ veritatem, doctrinæque Catholicæ ſinceritatem aſperſerunt, detegatur, & euaneſcat. Ad cætera veſtræ Reformatæ quæ ſuperſunt Idololatricarum ſuperſtitionum genera expedienda, pergamus.

Panis & vini tranſſubſtantiatio

IDO-

Digitized by Google

IDOLOLATRIÆ HVGONOTICÆ LIBER SEPTIMVS.

De Idololatria aræ ignoti Dei.

CAPVT I.

HAud ſatis habuit Diabolus, vt impietatis tenebris hominum mentes inuolueret, infinitam inanium Deorum turbam in orbem terrarum inuexiſſe, & ſuum cuique nomen, & munus tribuiſſe: quin etiam aſtutus vt eos falleret, & atrociori verum Deum contumelia afficeret, alios ſine nomine Deos, & Deas inducendos putauit. Quapropter in media ſuperſtitione Iouis, Saturni, Martis, Iunonis, cæterorumque fictorum numinum, ac Deorum, quos ſuis ſingulos nominibus inſignitos, propriisq; titulis conſpicuos propoſuit adorandos, myſticā Theologiæ Scholam inſtituit: q̄ minime docēdo, doceret Deos eſſe quoſdam ἀνονύμους, quibus Aras, Templa, ſacrificia, & reliquum religioſi cultus apparatū ſub nominibus Deorum *Incertorum*, & *incognitorum* inſtituendum curauit. Varro nobilis Romanæ ſuperſtitionis Theologus congruenter huic doctrinæ duo Deorum genera fecit: alterum *Certorum*, de quibus dubitari non poſſit: cuiuſmodi ſunt, ait ille, Sol, Luna, Cœlum: alterum *Incertorum*: de quorum diuinitate aliqua ſit, non tamen plane certa cognitio. Sanctus Auguſtinus hanc attigit in libris de Ciuitate Dei diuiſionem, quam & merito irriſit. Eodem fere modo Græci Deos vniuerſe diuiſerunt: quoſdā enim nuncupabant Γνωοὺς cognitos, quorum

Deorum ex Varrone diuiſio.

In lib. rerū diuinarū, & humanarum.

S. *Auguſt. l. 3. de Ciuit. c. 12. & l. 7. c. 17.*

Digitized by Google

Lib. VII. Cap. I.

quorum nomina conſtabāt, quales Iupiter, Apollo, Minerua, & cæteri: alios *ἀγνώστους, incognitos*, quorum videlicet nomen ignorabatur. De his Pauſanias, in Atticis & Eliacis, Strabo, & Philoſtratus meminerunt: & Tertullianus vtrorumque in primo contra Marcionem libro, his verbis: *Inuenio plane Ignotis Deis aras proſtitutas, ſed Attica Idololatria eſt. Item incertis Deis, ſed ſuperſtitio Romana eſt.* Quo ex loco licet colligere Deum incognitum eum appellari ſolitum, de quo aliquid erat recenter auditum, eius tamen diuinitas, nomenq; neſciebatur: Incertum autem eum, de cuius diuinitate ambigebatur, licet de nomine conſtaret: cuiuſmodi Satyri, Nymphæ, Syluani, Semidei, & Semideæ, aliique minutuli Dij habebantur. Notum eſt ex Apoſtolorum hiſtoria, paulo poſt noſtri Liberatoris aſcenſum, Athenis aram fuiſſe *Ἀγνώστῳ Θεῷ Deo ignoto* dicatā; vnde S. Paulus eiuſdem vrbis ciuibus occaſionem IESV CHRISTI fidem nuntiandi captauit. Eodem æuo aræ eiuſmodi plurimæ in variis Europæ locis viſebantur: nam S. quoque Martialis Aquitanorum Apoſtolus harū vnum vero Deo ſub S. Stephani nomine prope Burdegalam dedicauit, cum nunciata eis parta per IESVM CHRISTVM hominum ſalute, in Iouis delubro (quæ nunc eſt ædes S. Seuerino ſacra, & vnde adhuc ciuitatis porta vulgo Diiaux, porta Iouis appellatur) cunctas hac vna reſeruata aras euertit. Hanc Idololatriam, vt de reliqua dictum eſt, malorum author Diabolus, ex Scripturæ ſacræ tabulis perperam detortis extruxit: de qua duobus, quæ ſequuntur, capitibus nobis agendum eſt.

Pauſan. in Att. & Eliac. Strabo lib. 3. Philoſt. in vita Apoll. l. 6. Tertul. l. 1 contra Marcion. c. 9.

Ara ignoti Dei. *Act. 17. 23.*

In Aquitania. *S. Martialis Epiſt. ad ad Burdegal. c. 3.*

Origo Idololatrię ignoti Dei.

Qua

Digitized by Google

Qua ratione dicatur in Scriptura Deus incognitus, ac de eius ineffabili nomine.

CAPVT II.

MVltis in Scripturæ locis Deus inuiſibilis, & abſconditus prædicatur. Cum enim ipſum rogaret Moyſes, ſibi vt fas eſſet faciem eius intueri, ſe ab eorum nemine, qui mortalē adhuc vitam agerent, videri poſſe reſpondit: *Non videbit*, inquit, *me homo, & viuet*. Regius item Pſaltes cecinit: *Poſuit tenebras latibulum ſuum; in circuitu eius tabernaculum eius tenebroſa aqua in nubibus aeris.* In eandem quoq; ſententiam exclamat Iſaias: *Vere tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael Saluator.* SS. Ioannes, & Paulus diſerte docent: *Quod Deum nemo vidit vnquam: nec videre poteſt, qui lucem habitat inacceſſibilem.* Scriptura ſimiliter docet, Dei nomen occultum eſſe, & ineffabile. *Ego Dominus qui apparui Abraham, Iſaac, & Iacob in Deo omnipotente: & nomen meum ADONAI non indicaui eis.* Sunt hæc verba Dei Moſem alloquentis. Quam ob cauſam Iudæi antiquo ritu nomen IEHOVA TETRAGRAMMATON earundem litterarum, quibus ſcribebatur, ſono minime pronuntiabant, ſed pro eo nomen ADONAI totidem conſtans literis vſurpabant, quoties illud cunque legerent, aut Scripturam vbi notatū erat, citarent. Quin etiam qui præſtantiori doctrina inter Ethnicos excelluerunt, hac in re diuinarum vſum literarum imitati, eiſdē conſentientia docuerunt. Scribit enim Plato Deum expertem eſſe corporis, indicibilem, innominabilem, qui nulla definitione, ſicuti eſt, intelligi, nullaque ratione comprehēdi queat, eo quod eius natura, vis & poteſtas nullis

Exo 33. 20.
Pſal. 17. 12.
Iſa. 45. 15.
Ioan. 1. 18.
1. Timot. 6. 16.
Exod. 6. 3.
Iudæorum cęremonia in nominis Dei prolatione.
Plato in Parmenide
Deus infinitus.

LIB. VII. CAP. 2. Triſmegiſtus. *In Pimandro.* *Lactant. Grammat. Comment. l. 4. Thebaid.* Taurus extinctus inſuſurrato in aurem nomine.

nullis finibus circumſcripta teneatur. Ante Platonem literis mandarat, Triſmegiſtus Dei nomen eſſe ineffabile Atenim vt maior dictis eorum fides accederet, fabulam, de qua meminit Lactantius Grammaticus, addiderunt. Nympha quædam Hetruſca, vt hoc facilius, quod docebat, Hetruſcis perſuaderet, ac re ipſa probaret, quod mortalium aures ſonum nominis Dei immenſa maieſtate plenum ferre nequeant: illud in aurem Tauri inſuſurrauit, qui ſubito mortuus concidit. Hęc omnia documenta eo ſpectabant, vt diuinæ maieſtatis amplitudo, granditasq; declararetur: eſt enim Deus tantus, vt eum nulla mens creata complecti cogitatione poſſit, cũ nullis ſit terminis concluſa eius eſſentia: inexhauſta ſit & imperueſtigabilis bonitatis, ſapientiæ, ac poteſtatis abyſſus: fulgoris immẽſi lumen: ſibi quidem, & ex ſe aſpectabilis, cuius tamen immenſitatem circumquaq; radiantẽ multo minus attingat, aut ferat humana mens, quam oculus corporeus conſpicuum Solis lumen: & proinde in ſua Maieſtate à noſtris ſenſibus infinito ſpatio remotus eſt Deus, abſconditus, ſuoque ſoli interminato intellectui conſpicuus, à ſeque ſolo nominandus. Cæterũ à mortalibus ex admirandis effectis quadam cognitione poſteriore intelligitur, quæ ab ipſius infinitate eſſentiæ, incircũſcriptæq; naturæ, infinito diſtat interuallo. Et in hoc ſenſu Regius vates, qui eum habita ratione Maieſtatis incomprehenſæ abſconditum pronuntiarat, eundem poſtea vt toti vniuerſo notum, planeq; manifeſtum cecinit his verbis: *Domine Dominus noſter, quã admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.* Idem alibi huius mirandæ cognitionis modum exponens:

Deſcriptiones Dei.

Quomodo Deus ab homine cognoſcatur.

Pſal. 8. 1.

Cæli

Cæli enarrant, inquit, *gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum.* Ac ſi diceret: quamuis eſſentia diuina, non poſſit in ſua forma, atq; Maieſtate ab hominibus intelligi, ex ſuis tamen operibus, vt ex effectis cauſa, ex artificio ſuo artifex cognoſcitur: quæ cognitio admodum tenuis eſt, & obſcura: & tantum exterius diuinam naturam attingit: de qua cum ageret Apoſtolus, conferretq; cum ea, quam Angeli, beatæque animæ in cœlo iam adepti ſunt, omnesque iuſti hac functi mortalitate ſunt habituri: *Videmus nunc*, ait, *per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* hoc eſt, illum quidem cognoſcemus prout in ſua exiſtit natura, & eſſentia, non tamen, eo quod eſt infinita, comprehendemus. Porro qua ratione mortales eũ in hac vita cognouerunt, ita eum quibuſdam nominibus ex eius diuinis attributis, operibusq; deſumptis, pro captu ſuo, ac perceptione nominarunt. *Creatorem* dixerunt, quod omnia ex nihilo crearit. *Dominum*, quod ſummum habeat ius in omnia, cũctisq; rebus à ſe creatis dominetur, *Omnipotentem*, *Sapientiſſimum*, & *Optimum*, propterea quod viderunt nihil ei factu impoſſibile: omnes eius actiones, & opera, ex ſumma bonitate manare: cunctaque ab eo ſapientiſſime gubernari: quæ omnia nomina, cæterique ſingulares tituli eidẽ attributi, ex percepta aliqua virtute diuinæ naturæ, ſingularique illius Maieſtatis perfectione deriuantur. Ex cunctis autẽ nominibus quibus infinitę illius eſſentiæ nobis aliqua notio ingeritur, nullũ communius, atq; nobilius eo videtur eſſe, quod Latini ex eius maxime prouidentia, aut à Græco fonte deriuarunt, ac nominarunt *Deum.* Nam θεᾶν videre, ac præuidere ſigni-

Lib. VII. Cap. 2. *Pſal. 18. 1.*

1. Cor. 13. 12.

Creator

Dominus

Omnipotens.

Deus. *Vide S. Thom. 1 q. 13. a. 8.*

LIB. VII. CAP. 2.

Nullũ ab hominib. datũ Deo nomen, eſt magnũ nomen eius.

ſignificat, ex eoque ſupremum Dominum, ſummumq; bonum, quod nihil ſe ſuperius habeat, vel æquale intellexerũt. Verum enimuero nullũ horũ vocabulorũ, eſt magnũ illud ſuũ grandeq; nomen & ſuæ æquale Maieſtati: ſed modo ſunt perexiguæ eiuſdem notę. Quota enim cunque poſſent ab hominibus, ac beatis ſpiritibus excogitari nomina, quæ infinitę illi Maieſtati reſpondeant? Deus ſolus ſuæ poteſt Eſſentiæ aptum, & æquale nomen indere, inditumque ſolus, quemadmodum ſuam Eſſentiam perfecta cognitione complecti, quod hominibus, Angelisque negatum eſt. Omnium autem diuinorum nominum, quæ hominibus communicata ſunt, nullum aptius, ex S. Ioannis Damaſceni, Theologorũq; ſententia, viſum eſt, eo quod ipſe ſibi Deus attribuit. Is etenim Moſi de ſuo nomine roganti, *Ego ſum, qui ſum*, reſpondit: quod maxime denotat id quod eſt Dei proprium, nimirum *Eſſe*: nec enim res creatæ proprie ſunt, cum eorum eſſe perpetuo fluat, ſubindeq; dilabatur. Solus eſt Deus, qui vere eſt, & verum *Eſſe* habet independẽs, quod idem omnino eſt, quod ſua ipſius Eſſentia: *Eſſe*, connexum, totumq; in ſe collectum, quales ſunt aquæ oẽs in Oceano: non fluens per partes, ſicut eſſe rerum creatarũ inſtar fluuialium aquarũ, ſenſim perq; partes defluentiũ: Eſſe infinitũ, Pelagus Eſſentiæ nec fundo, nec littorib⁹ vllis circumſcriptum: Eſſe totũ præſens, totum ſubſiſtens, totumq; ſine fluxu ac refluxu præteriti, futuriue permanens. Neque n. in diuina natura (ait S. Auguſtinus) illæ partes inueniuntur, vt in rebus creatis, quæ veniunt, abeuntque, perpetuoque mouentur. Illud vero nomen licet magnam ſignificandi vim

Nomen Dei qui eſt.

S. Tho 1. q. 113. a. 11.

S. Io. Damaſc. lib. 1. orth. c. 12.

Eſſe Dei vnitum.

Eſſe Dei nomẽ præteritum, vel futurũ.

S. Aug. l. 5. de Trin. c. 1 & l. 83. qq. q. 17. to. 4.

vim habeat, ſitque Dei proprium, non tamen eſt maximum eius nomen, eius amplitudini, infinitæque eſſentiæ commenſurabile. Nomẽ Ieſus, quod Saluatorem ſignificat, vnigenæ Dei filio, hominũ liberatori, ab æterno Patre impoſitum, eſt etiam omnium quæ ab hominibus, vel Angelis audiri, vſurparique poſſunt maximum. Hoc enim ſalutari, auguſtoque nomine, maximum omnium ac præſtantiſſimum ab eo patratorum opus, noſtram ſcilicet Redemptionem indicat. Nomen eſt ſuaſiſſimum, nomen, diuinum ſpirans, & inſpirans amorem. Summę poteſtatis, ſummæ bonitatis, ſummęque ſapientiæ nomen: quod tamen Redemptoris officium, non autem infinitam Dei declarat Eſſentiam. Habetis quo modo, quoue ſenſu Creator tũ in S. Scripturæ libris, tum à Theologis, atque adeo à ſapientiſſimis Ethnicorum, Deus abſconditus, ac manifeſtus fuerit nominatus.

IESVS.

Deus abditus, & manifeſtus.

Quo aſtu Diabolus aræ ignoti Dei Idololatriam conflarit.

CAPVT III.

VT aram ſui incerti, ignotique Dei exædificaret malorum architectus Diabolus, omnem Scripturarum ante propoſitarum ſenſum, ac maieſtatem conuulſit, peruertitq;. In primis enim verborum ſenſum, Scripturæque mentem adulterauit: nam quod illa Creatorem Deum abſconditũ, eiuſque nomen ineffabile dicebat, tum vt eius Maieſtatem, tum vt mortalium in eo cognoſcendo, ac nominando imbecillitatem oſtẽderet: id maligne,

Sathanæ malignitas

 ſcele-

Digitized by Google

LIBRI VII CAP. 3.

ſceleſtus ille peruertit, vulgoq; perſuaſit Deum incertum eum, cuius dubia diuinitas eſſet, appellari: Incognitum autem eum, qui recens venerat, de quo prius nihil erat auditum: & proinde tanquam minutulum infimæ ſectis, & exiguæ authoritatis Deum proprio nomine carere: quod nihil erat aliud, quam diuinam Eſſentiam, Deiq; Maieſtatem funditus euertere. Deinde Iudæorum Deo, quem ſolum, verumq; Deum ſciebat eſſe, vtramq; expoſitionem adaptandam curauit: vt eum infra cũctos Ethnicorum Deos deprimeret: nec verũ eſſe Deũ mortalib. perſuaderet. De priori itaq; poſitione, ſtatuente Deum ignotũ, eſſe Deum incertum: deque poſteriore q̃ eam notionem vero Deo, qui à Iudæis colebatur, adaptabat, latinorum omnium nomine teſtis eſt Lucanus: qui in oratione Põpeii de Iudęa loquẽtis, ait: Incerti Iudæa Dei: ſequutus certe Varronis, totiuſque populi Romani opinionem exiſtimantium Deum ignotum, & ad eorundem mentem, incertum à Iudæis adorari, cuius exigua, dubiaq; eſſet diuinitas, cum tamen ſolus veruſq; De⁹ exiſteret. Alterius poſitionis perſpicuum extat in Apoſtolorum Actis teſtimonium: vbi dicitur S. Paulus animaduerſa Dei ignoti ara, huiuſmodi ad Athenienſes in medio Areopagi verba feciſſe. *Viri Athenienſes, per omnia quaſi ſuperſtitioſos vos video. Præteriens enim, & videns ſimulachra veſtra, inueni & arã, in qua ſcriptum erat*, Ignoto Deo. *Quod ergo ignorãtes colitis, hoc ego annuncio vobis &c.* Igitur Athenienſes modo quodam, Ignotique Dei nomine, verum Iudæorum Deum adorabant ab Apoſtolo prædicatum, quem illi, præ cunctis Diis, maxime ignorabant. Hinc patet Diabolum Maieſtatem Dei in-

Lucanus de bello Ciuili l. 2.

Act. 17. 22. & 23.

luriosè biſariam calumniatum fuiſſe: Primo ingerendo mortalibus vt exiſtimarẽt Deum eſſe incertum: qui nihilominus certiſſimus, ſoluſq; Deus erat, ſummuſq; Angelorum, hominumq; Dominus: de cuius diuinitate nulla omnino eſſe poſſet cauſa dubitandi. Secundo cum eundem, vt nouum Deũ, nec multo ante mundo cognitum euulgabat: cum tamen non ipſe calumniator neſciret, eum ſolum, æternumq; eſſe ac tam ſine principio, quam ſine fine Deum: vtq; talem à mundi primordiis cognitũ fuiſſe. Malignitas tali monſtro conſentanea: cui tã promptum eſt debitum Deo cultum, honorem, ac titulos adimere: quam hęc impudenter ſibi arrogare, ſuã ſuorumq; Deunculorum inanitatem occulere: qui prioribus ſeculis veriſſime incerti, & incogniti in tenebroſis Orci ſpecubus abdebantur: vt de iis merito dici poſſet Ethnicis eorum cultoribus, quod Liberator noſter mulieri Samaritanæ: *vos adoratis, quod neſcitis*: Illudq; præterea quod ſuis Hebræis Moſes exprobrabat: *Immolauerunt Dæmoniis, & non Deo, Diis, quos ignorabant: noui recenteſq; venerunt, quos non coluerunt patres eorum.* Nam cum Saturnum Iouem, Aſtartem, & cætera fictitia numina colebant, veros ſe Deos colere credebãt, & Dęmones ipſos venerabantur, Deos nimirum recens fabricatos & maiorib. incognitos: atq; hac duplici fallacia mortales à veri Dei cognitione, cultuq; diuulſi, in miſerabilem ignorantiæ, impietatiſq; voraginem præcipites ruebant. Nunc quo pacto idẽ machinator, Deorum Ignotorum aras veſtris in templis reformarit, audite.

LIBRI VII CAP. 3. Duplex Sathanæ calumnia in Deum.

Ioan. 4. 22.

Deu. 32. 17.

Digitized by Google

LIBRI VII
CAP. 4.

De aris ignoti Dei in Hugonotiſmo reſtauratis.

CAPVT IV.

QVas dicemus aras inſtar Ethnicarum Diis incertis,& incognitis à vobis ædificatas, niſi axiomata quæ de diuina eſſentia fabricaſtis? Qui porro ſunt ignoti Dei veſtri, niſi quos in veſtrorũ dogmatum officinis conflatos ſuper iiſdem effatis, velut idoneis pegmatis, & aris collocaſtis, vnde eędẽ omnino conſequutiones, & effecta longe peiora quam ex veteribus Ethnicorum aris emanant? In tertio huius operis libro euidenter oſtenſum eſt, quemadmodum Caluinus, Beza, cæterique veſtrę factionis Anteſignani Diuinam Eſſentiam in tres Deos, verum vnumque Deum conuellentes, diuiſerint: nam Patri, Filio, Sanctoque Spiritui Diuinitatem, quæ vna, in inſtincta, hiſque tribus ſanctiſſimæ Trinitatis Perſonis communis eſt, ademerunt: & pro hac infinita vnaque eſſentia in tribus ſubſiſtente Perſonis: proque his Perſonis in ſua quaque ſibique propria Hypoſtaſi ſubſiſtente, cum earum trium vna ſit duntaxat Eſſentia, vna Maieſtas, vna Diuinitas, vnus denique Deus: tres in orbem Chriſtianum Deos Incertos, & Ignotos, induxerũt. Incertos quidem dico, eo quod non niſi fallaciſſimis diſſentientium veſtrarum opinionum commentis fulciãtur: Incognitos autem, quoniam veri Dei Eccleſia nihil de iis niſi per maiorum veſtrorum, ob ſuas Hæreſes ab ea damnatorum, rumuſculos inaudierat: nec tales vnquam Deos viderat, nec receperat, quos ſuis in templis adoraret. Incertum

Caluinus & Beza S. Trinitatis euerſores. ſup. l. 3. c. 3.

Incertus, & incognitus Miniſtrorum Deus.

inlu-

inſuper, Ignotumque Deum: propterea quod pro Deo ſumme bono, Deum vnum ſumme malum, & eorum omnium quæ vnquam fuerunt, ſunt, & erunt malorum, ac ſcelerum authorem inducunt. Quæ quanto atrocior, & in Deum contumelioſior eſt blaſphemia, quam Deum incertum, & incognitum aſſerere? Nonne denique Ieſum Chriſtum incertum faciunt, & incognitum, cum eum peccatis obnoxium, ignarum, & rudem & Patri inæqualem prædicant? Cum in cruce ſuffixum horribiles Cacodæmonum cruciatus pertuliſſe, præque dolorũ acerbitate non ſecus atque Furias Tartareas eum deſperaſſe contendunt? His execrandis artibus ſceleratus ille Dei, & hominum hoſtis veſtro, maiorumque veſtrorum miniſterio veterem Incertorum, & Ignotorum Deorum ſuperſtitionem ex abditis Orci receptaculis, vbi ſepulti iacebant, reuocauit. Neque profecto per vos, ac veſtræ Reformatæ Patriarchas Caluinum ſcilicet, Bezam & alios his ſimiles ſtetit, quin Chriſtianis ſacris homines initiati in eam fuerint Idololatriam prolapſi, quam incredulis Hebræis Moſes, & Athenienſibus S. Paulus obiecit: veſtroſque Deos incertos, & ignotos pro vero, ac ſempiterno Deo adorarint. At enim ipſe ille qui ſupra firmiſſimam omnipotentiæ ſuæ rupem Eccleſiam ſuam fundauit, Tartareas Dæmonum Phalanges, omneſque veſtros conat⁹ eluſit: eoque iam redacta ſunt veſtræ Reformationis Idola, vt nihil propius ſit, quam vt in Orci latebras vnde eruperant, retrudantur. Et vero incredibili gaudio optima Chriſtianorum mater Catholica perfunditur, cum ad aras Saluatoris, ſponſique ſui certatim redire videt, & amplectitur eos, qui ve-

LIBRI VII CAP. 4.

Deu.32.17
Act.17.32.
Mat.16.18.

ſtræ nuper nouæ doctrinæ illecebris capti, ab iis ſe abduci ſiuerant, vt veſtris, quas nunc execrantur, blaſphemiis paſcerentur. Nec vero in his falſis veſtræ Scholæ doctrinis, quas ante refelli, diutius eſt inſiſtendum, ne in iis tempus fruſtra teratur, alterius generis Idololatriæ explicandæ reſeruatum, q̃ vos per inuiſibilem veſtrā Eccleſ. ignotumq; Deū, in locum veteris Ethnicę, ad maiorem Dei Opt. M. contemptum ſubſtituere curaſtis.

De inuiſibili Hugonotiſmi Eccleſia, in qua eadem Ara Dei ignoti viget Idololatria.

Capvt V.

PRopoſitam, explicatamq; modo Ignoti Dei Idololatriam, vos quadam obliqua, eodem nihilominus deducente, via, aliam multo peiorem Ethnicorum ſuperſtitione ſtabiliiſtis: Siquidem illa vetus aras duntaxat Diis ignotis extruebat: veſtra vero Eccleſiam Dei facit incognitam, cuius in altaribus omnia eius auguſta myſteria continentur: maximumque operum Dei obſcurat, ac tenebris inuoluit, ne per illud eius author Deus appareat, eiuſque Maieſtas illuſtretur. Ethnici Deum ſtatuebant ignotum, quadam ſolum ſpecie rationis inducti, ex ipſius videlicet Dei natura accerſitæ: quandoquidem eum Scriptura ſacra abſconditum, & inuiſibilem appellat: vos rem admodum ex ſe manifeſtam, omniumque ſenſibus patentem obſcuratis, eique ne conſpici ab vllo poſſit noctem, & errorum tenebras offunditis. Illorum ara fuit

Eccleſia ſoli Deo cognita ex opinione Caluini *li.* 4. *Inſt.c.* 1. §. 2.

Igno-

Ignoto Deo: veſtra Ignotæ Eccleſiæ. Illa Deum oppugnabat: vt hæc Deum, & eius Eccleſiam infeſtis armis inuadit: quæ omnia ſunt nobis apertius exponenda. Hoc igitur vnum tenetis, obfirmatoque animo tuemini, veram Dei Eccleſiam in terra militantem, quæ Chriſtianorum eſt toto orbe terrarum diffuſa congregatio, vni tantum Deo cognitam, mortalium autem oculis minime perſpicuam eſſe: neque eos omnes qui nomen Chriſto dederunt, Chriſtique fidem verbis, factiſque profitentur Eccleſiam conſtituere, cum ſit, vt vultis, corpus dûtaxat externum multis ex membris, magnam partem diſtortis, corruptiſq; coagmentatum. Hanc nimirum machinam eſtis fabricati, vos vt ex diſputationum Laqueis, in quos, quando res vobis eſt cũ Doctorib. Cathol. identidem induimini, expedire, veſtræq; Religionis bonis omnib. ſuſpectæ inuiſæq; nouitatem obtegere poſſitis. Cum enim à vobis quæritur vbinam gentium ante Lutheri tempeſtatem veſtra Reformata deliteſceret: vos coacti dare reſponſum, è veſtigio ad inuiſibilis Eccleſiæ latebras confugere ſoletis, hoc ſcilicet furuo velamine ex nugarum filis inepte contexto, vos præclare tectos, tutoſque fore putatis: Deique Eccleſiam (veſtram ſcilicet Synagogam) in quibuſdam angulis, velut intermundiis Epicuri abditam, minimeque aſpectabilem fuiſſe iactatis, donec eam Lutherus, Caluinus, Beza, cæterique diuini homines nouique Prophetæ eam ex illis tenebris in lucem, hominumque conſpectum educerent. Opportunum ſane, inſtante præſertim, & cominurgente aduerſario ad latitandum effugium. Eius

LIBRI VII CAP. 5.

LIBRI VII CAP. 5.

Duæ Eccleſiæ ex opinione Lutheri, Centuriatorũ, Melanchthonis Caluini & aliorũ Lutheri de inuiſibili Eccleſia reſponſio. *l.1. de ſeruo arbitrio.* Centuriat. *cent.1.c.4. col. 170.* Duæ Eccl. *171.*

author Lutherus, in eoque mordicus cum preme-retur, hærebat. Siquidem obiicienti Eraſmo, ſimile non eſſe vero, Deum tot ante nouam iſtam doctrinam ſeculis Eccleſiam ſuam abieciſſe: reſpondebat ille non eam quidem deſeruiſſe, ſed Eccleſiam nequaquam eam eſſe, quæ vulgo putatur Papam, Epiſcopos, Monachos, Clericos, cæteroſque Papiſtas: ſed potius exigium proborum numerum, quẽ Deus velut ſacrum reliquiarum hæreditatis ſuę pignus in abdito tabernaculi ſui reſeruat. Centuriatores idem, quamuis alia ratione confirmant: non enim conſtituunt Eccleſiam prorſus inuiſibilem, quod intelligant quot, & quanta ex hoc antecedẽti ſequantur abſurda; ſed duplicem commenti ſunt Eccleſiam; vnam ex bene magno bonorum atque malorum numero conflatam, quam & errare, & penitus deficere poſſe contendunt; alteram ex puſillo proborum grege conſtitutam, quam & veram aſſerunt Eccleſiam, & nulli obnoxiam errori. Qua ex aſſertione idem quod ex Lutheri reſponſo efficitur, quod vera ſcilicet Eccleſia non pateat oculis mortalium, ſitque omnino inuiſibilis, cum illi nequeant quinam vero probi ſint, videre, vtpote ſoli Deo perſpicui, cuius ſolius eſt de vera iuſtitia, occultaque hominum pietate iudicare. Huic opinioni ſubſcribit Melanchthon, totaque Lutheranorum Schola: cum quibus ſentit quoque Caluinus, diſerteque docet iſtam Eccleſiæ inuiſibilitatem, cuius in verba Diſcipuli, vt ſcitis iurarunt. Hoc vnum eſt è præcipuis capitibus, quæ in præfatione ſuę Inſtitutionis attingit. *Sed non parum*, inquit, *à vero aberrant, dum* Eccleſiam *non agnoſcunt, niſi quam præſacti oculo cernant.* Et interiecta periodo. *Nos cõtra aſſerim⁹,*

Melanchthon: *in locis lo. 12.* *Calu. l. 4. Inſt. c. 1. §. 2 & 7.* Caluinus *in pf. Inſt.*

& Ec-

& Eccleſiam nulla apparente forma cõſtare poſſe. In quarto eiuſdem Inſtitutionis libro vbi de induſtria hũc tractat articulum, & Centuriatores ſequens, huius duplicis Eccleſię notas exponit, ait de inuiſibili: *Soli Deo permittenda eſt cognitio ſuæ Eccleſiæ, cuius fundamentum eſt arcana illius electio.* Non ſane poterat diſertius aſſerere Eccleſiam inuiſibilem, quam cum eam ſoli Deo cognitam eſſe dixit. Sectione ſequenti ſimiliter hæc adiunxit. *Cæterum ad amplexandam eo modo Eccleſiæ vnitatem, nihil, vt diximus, opus eſt, Eccleſiam ipſam oculis cernere, vel manibus palpare: quin potius eo quod in fide ſita eſt, admonemur nihilominus cogitandã eſſe, dum intelligentiam noſtram præterit, quam ſi palam appareat.* Eſt argumentum Lutheri dicentis: *Quis nobis monſtrabit Eccleſiam, cum ſit occulta in Spiritu, & ſolum credatur, ſicut dicitur. Credo Eccleſiam ſanctam?* Aiunt igitur iſti duo Reformatæ Principes, quod cum ex articulo Symboli credi debeat Eccleſia, eam inuiſibilem eſſe oportere, quod enim creditur, id minime poteſt conſpicuum, & obiectum eſſe corporeis ſenſibus. At quam abſurdum, ineptumque ſit eiuſmodi ſophiſma, quis nõ videt? Nam ſi quidquid creditur, debet inuiſibile cenſeri, eadem quoque ratione efficietur Ieſum Chriſtum, cum inter homines verſaretur, inuiſibilem fuiſſe, quoniam Beata Virgo, S. Ioſeph, Apoſtoli, aliique plurimi in eum credebant: Dicendum ſimiliter Scripturam ſacram, atque Sacramenta propterea q; creduntur hominum oculis minime patere. Quidni quoque dicatur Sectam veſtram, quam Eccleſiam Reformatam appellatis inuiſibilem eſſe, quoniam illam creditis, & ita vos quoque ad vnum omnes eritis inuiſibiles. At plus nimio vos aſpectabiles ſenſit Euro-

LIBRI VII CAP. 5.

Caluini Eccleſia inuiſibilis. *l.4. Inſt.c.1.§.2*

Cal l.4. Inſt.c.1.§.3.

Luth.lib. de abrog. Miſſ. priuata.

Digitized by Google

Libri VII Cap. 5.

pa. Quod ſi inuiſibilis eſt Eccleſia, quo eam pacto, vt vult Caluinus, agnoſcemus? Quamobrem friuolum eſt hoc, & ineptum argumentum: neque eſt neceſſe, vt obiectum fidei, ſit in toto, omniq; modo inuiſibile: ſed ſatis eſt, vt ſaltem pars eius aliqua, minime cernatur. Et ea ratione B. Virgo inuiſibilem filii ſui Diuinitatem credebat, humanitatem vero eiuſdem, quæ ſpectabilis eſt, videbat, atque adeo tangebat. Ita nos Eccleſiam, Scripturam, Sacramẽtaque contuemur, in quibus ineſſe aliquid, quod videri nequeat, credimus, veritatem ſcilicet, aſſiſtentem Spiritus Sancti gratiam. Verum inuiſibilitatis iſtius rationes paulo poſt diſcutientur: ſatis nunc ſit veſtræ Sectæ Doctorum Theſim propoſuiſſe. Beza ſuo Magiſtro nunquam non adhæret, eiuſq; doctrinam, vbicunque de hac quæſtione diſſerit, amplectitur, maximeq; propugnat. Siquidẽ in libro de notis Eccl. (vt cætera loca ꝑteream) vbi diu fruſtraq; ſe huc illuc verſauit, tandẽ quæſtioni contritæ vobis à Cathol. propoſitæ (qua Reformationis veſtræ fundamenta labefactantur & concidunt,) vbinam ſc. ante Lutherũ, alioſue Reformatores qui nuperrime neſcio quib. ex antris eruperunt, exiſteret veſtra Eccleſia: reſponſurus, in cuniculum inuiſibilitatis confugit, aitq; eo tempore inuiſibilem extitiſſe. Vbi nec opinato triplicem, inſignemque veritatem admiſcet: vna eſt, iſtam quam obtenditis Reformatam Eccleſiam, ante Lutheri, Caluini, & cæterorum Rabbinorum aduentum *inuiſibilem ſemper fuiſſe*. Altera: eandem ex *Luto Papiſtico exiſſe*. Tertia denique quod *in ſordibus Romanæ Babylonis latuerit*, donec Lutherus, cæteriq; Hæreſiarchæ, ex illis cloacis eam extraxerunt. Quæ pronuntia-

Ineptia Bezæ *in li. de Notis Eccl.*

Eccleſiam quæ fingitur Reformata, è ſordib. Eccleſ. Cath. exiſſe agnoſcit Beza *l. de Notis Eccl.*

nuntiata inſtar ſunt oraculorum: In primis Eccleſia veſtra fuerat inuiſibilis: Quid ita? Quoniam nulquam in rerum natura extiterat, Deinde quidquid ea nunc eſt, id totum ex quiſquiliis, luto, atque fæcib. Eccl. Dei coagmentatum eſt: quemadmodum omnes quæ vnquam fuerunt, ſunt, & erunt Hæreſes: quæ non aliunde quam ex vitiis, ſceleribus & peruerſorum Catholicorum retrementis corruptiſque myſtici corporis Ieſu Chriſti membris, coaleſcunt. Tertio hanc corruptam materiam malus Sathanæ ſpiritus ad ſimilitudinē ſordium Romanę Babylonis in quib. iacebat, animauit, formauitq;: ſordes dico Idola, q̄ à veſtra Reformata ſuperius renouata fuiſſe docuimus. Eo ſiquidē ſenſu S. Petrus Romā variis adhuc ſuperſtitionib. addictam Babylonis nomine nuncupat, cū inde ad Chriſtianos per diuerſa loca diſperſos ſcriberet his verbis: *Salutat vos Eccleſia quæ eſt in Babylone coelecta*, hoc eſt, Chriſtiani, qui Romæ adhuc Idololatriæ deditæ verſantur: quib. verbis Chriſtianam Eccleſiam ab Ethnica Roma diſtinxit. Ergo qui fuit author veteris ſuperſtitionis & Idololatriæ, in cultu tantæ colluuiei Idolorum in primaria terrarum Ciuitate Romana Sathanas, idē veſtram ſpiritalem Idololatriam, & intellectualia Idola, veſtras inquam Hæreſes, ad Ethnicorum exemplar effinxit, ſuoque ſpiritu animauit. Ex his quæ dicta ſunt, quæque veſtris in libris videre potuiſtis, perſpicue cognoſcitis, eam eſſe Doctorum veſtræ Sectæ opinionem, quod ſoli Deo nota ſit Eccleſia, nullaque mortalium viſibilis appareat: nec opus eſt hac de re pluribus diſſerere: ſed id tantum monuiſſe ſufficiat,

1. Pet. 5. 13.

hanc

hanc veſtram vt ante dixi, poſitionem genus eſſe doctrinæ Ara *Ignoti Dei* multo deterius, atque perniciosius, cum ex tali dogmate Catholicæ Religionis ſequatur exitium. Nam ſi vera Eccleſia eſt inuiſibilis, & hominibus incognita, penitus incerta nobis ſit neceſſe eſt: ac proinde nullum certũ, exploratum & firmum habebimus fidei articulum: nullam traditionem Apoſtolicam: nullam Scripturam manifeſtam: nihil denique in quo non poſſit eſſe dubitatio. Præterea ſanctiſſimæ Trinitatis myſterium, vnitas Eſſentiæ, triumque Perſonarum Diuinitas, Filii Dei humanitas, eiuſdem prædicatio, miracula, Paſſio, mors, mortis eius meritum, Sacramenta, libri Canonici, quæcunque denique pendent tũ ex reuelatione facta Eccleſiæ ſuę, tum ex authoritate eidem data docendi, ligandi, ſoluendi, ſuorumque alumnorum ſalutem promouendi, hęc inquam omnia tam dubia erunt & incerta, quam ipſa Eccleſia. Quod ſi vero, ex eo quod incognita ſit Eccleſia, nullus ei certo poſſit confidere, quomodo de iis quæ illa nituntur, planeque pendent ex eius œconomia, cura atque diſpoſitione conſtabit? Nutante fundamento, illa quæ ſubſtruentur, qua poterunt ratione ſubſiſtere? Nuncupat Eccleſiam Apoſtolus *columnam & firmamentum veritatis.* At enim ſi inuiſibilis eſt, & ignota, erit ſimiliter elinguis & muta: nam ſi loqueretur facile poſſet agnoſci: quare ſi inuiſibilis ſit, & muta, quis nã mortalium illam columnam videbit, vt ea fulciatur? Quis eam poterit audire veritatem, vt eam amplectatur? Quid enim aliud eſt Eccleſiam ab hominũ aſpectu amouere, eamque penitus, ne vllibi exiſtat, tollere, niſi offuſis mortalium mentibus craſſiſſimis

1. Timoth. 3. 15.

mis errorum tenebris, omnem ad verum Deum cognoſcendum viam, atque ſpem adipiſcendæ ſalutis præcidere? Si Dei domus Deo ſoli cognita ſit, quem adibimus, quemue conſulemus, à quo fidẽ, leges, Sacramenta, cæteraque myſteria diſcamus? Nonne multo grauius eſt hoc longeque pernicioſius, viam omnem cognoſcendi Deum obſepire, q̃ Deum Ignotum Ethnicorum ad morem ſtatuere? Tantamne vnquam arę Ignotorum, incertorumq; Deorum hominum generi, totique orbi perniciẽ attulerunt quantam hæc veſtra propoſitio? Quantam nouum hoc Idolum & Chimæra, quam oculis, & lingua carentem inuexiſtis? Quænam Scriptura, quis Doctor indicauit? Quo duce in cæcos receſſus, & tam ab hominum obtutu remotas latebras, in quibus hic reformatus Tragelaphus, nulliſque aſpectabilis tandiu delituit, illum vt cerneretis, penetrare potuiſtis?

Hæreſim iſtam de inuiſibili Eccleſia manifeſto Dei verbo repugnare.

CAPVT VI.

VEſtra non inuiſa ſolum, ſed & inaudita maioribus noſtris dogmata, maximeque veſtrum hoc elingue, ac cæcum Idolum, haud dubio inuectum eſt ad illudẽdum modo magis profano Deũ, quam Ara Dei ignoti: Hoc enim Scripturæ ſanctæ impudentiſſime refragatur, ſceleratiſſimeque Dei prouidentiam oppugnat. Nam Scriptura Eccleſiã Saluatoris ſponſam nuncupat: his ſiquidem verbis eam illius nomine apud Oſeam alloquitur: *Spõſabo te mi-*

Eccleſia Ieſu Chriſti Sponſa.

Oſee 2.19.

LIBRI VII CAP. 6 *te mihi in ſempiternum: & ſponſabo te mihi in iuſtitia, & iudicio, & in miſericordia, & in miſerationibus. Et ſponſabo te mihi in fide.* Ita ſimiliter vaticinatur Iſaias: Gaudebit ſponſus ſuper ſponſam: id eſt, Ieſus Chriſtus cum Eccleſia. Idem aſſerit S. Ioannes intimus ſponſi amicus: *Qui habet ſponſam, ſponſus eſt.* Eadem huc ſpectantia paſſim in ſacris vtriuſque Teſtamenti tabulis, vt vos fatemini, videre licet. Dicitur autem Eccleſia ſeruatoris noſtri ſponſa, eo quod per Baptiſmum, eiuſque verbi ſemen ſpirituales ei pariat filios, eoſque eodem verbo, atque ſacramentis nutriat, & educet. Si hæc ſponſa ſit inuiſibilis, qua eos ratione baptizabit? Quomodo ad ſe homines verbi Dei prædicatione inſtituendos alliciet? Quaue ratione poterunt infideles, atque adeo ipſi fideles, ad eam ſi neque videant, neque videre poſſint, quod ea nullibi conſpicua ſit, accedere? Num ſentitis ab hoc Idolo Deum indigniſſime ludificari?

Iſa. 62. 5.

Ioan. 3. 29.

Eccleſia in multis Scripturæ locis Chriſti Ieſu corpus nuncupatur. *Multi vnum corpus ſumus in Chriſto:* ait Apoſtolus. Idem alibi: *vos eſtis corpus Chriſti:* idque ratione confirmat: *Sicut enim corpus vnum eſt, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum ſint multa vnum tamen corpus ſunt. Ita & Chriſtus. Etenim in vno Spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati ſimus &c.* Exponit deinceps hæc membra, cum ait: *Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia, primum Apoſtolos, ſecundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias, curationũ, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonũ &c.* Hæc omnia mẽbra ſunt corporea: aſpectabilia, eorũq; actiones oculis, & ſenſib. patent: ergo qui fieri poteſt, vt Eccl. q̃ ex hiſce mẽbris coaleſcit, occulta ſit,

Rom. 12.

1. Cor. 12. 27.

1. Cor. 12. 12. & 19. 28.

Membra Eccl. inuiſibilia.

fit,&nusq̃ appareat? Si pedes,tibię,latera,humeri, caput,& cætera cuiuſpiam corporis mẽbra cernũtur,credibile ne eſt,nec vllam ei⁹ corporis partem, nec totum ipſum corp⁹ poſſe in conſpectũ venire? Cũctęne Partes corpore toto in tenebris latitante, conſpicientur? Quid ꝙ ipſa Eccleſ.eſt regnum Ieſu Chriſti? hoc ſiquidem nomine à Michæa nuncupatur: *Regnabit Dominus ſuper eos in monte Sion, ex hoc nũc & vſq; in æternũ*, h.e. excelſo in loco, & omniũ oculis cõſpicuo in perpetuũ. Daniel ſimiliter hæc de Chriſto vaticinatur: *Poteſtas eius, poteſtas æterna quæ nõ auferetur, & regnum eius ꝙ non corrumpetur.* Idem cõfirmat apud S.Lucã Angelus: *Regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Hoc nimirũ eſt regnũ cœlorum, de quo in Euangeliis crebra fit mẽtio. Ieremias non ſolum regnum hoc æternum fore prænunciauit, verum etiam quanta in eo mortalium eſſet futura multitudo: *Sicut numerari non poſſunt*, inquit, *ſtellæ cœl, & metiri arena maris: ſic multiplicabo ſemen Dauid ſerui mei, & Leuitas miniſtros meos.* Et ſæpe Deus idem olim Abrahæ promiſerat, multiplicaturum ſe genus ipſius, ſicut ſtellas cœli, & arenam maris, vt inde Gubernatores, Principes, & Reges, aliique ſummi viri naſcerẽtur: quæ eſt Spiritualis IESV CHRISTI poſteritas, qui ratione humanæ naturæ ex Abrahami ſemine ortum habuit. Quo etiam de regno, & futuris in eius amplitudine populis agens apud Iſaiam Deus: *fœdus*, inquit, *perpetuum feriam eis. Et ſcient in gentibus ſemen eorum, & germen eorum medio populorum. Omnes qui viderint eos, cognoſcent illos, quia iſti ſunt ſemẽ, cui benedixit Dominus.* Quę verba Caluinus de Eccleſia fuiſſe prædicta, non abnuit, nec ſemel expleta, ſed iden-

LIBRI VII CAP. 6.

Eccleſia eſt Chriſti regnum.

Mich. 4.7.

Dan. 7.14.

Ier. 33. 22.

Gen. 22.17 & 26.4.

Gen. 17.16.

Iſa. 61.8.9.

identidem compleri fatetur. Poteritne ſemen adeò multiplicatum, tantę amplitudinis Imperium, Regnum vſquequaq; propagatum, tot prouinciæ, tot gentes, toto terrarum orbe diffuſæ ne videantur occultari? Si regnum hoc intuentur, & tangũt Ethnici populi, qui alioquin in denſa ignorantię nube, tenebriſque verſantur, qua fronte iactatis illud nequaquam inter Chriſtianos, quod occultum ſit, videri? Sed quid opus eſt pluribus? Vnus Dauidis locus lucem veſtræ afferet cæcitati, inauditamq; doctrinam conuincet impietatis, quę Deum fidei violatæ, inſimulat & abnegati promiſſi quod iureiurādo confirmarat, ita loquutus: *Semel iuraui in Sancto meo, ſi Dauid mentiar, ſemen eius in æternum manebit. Et thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo: & ſicut luna perfecta in æternum: & teſtis in cœlo fidelis.* An ſol item denſa caligine obſeptus eſt, adeoque inuiſibilis vt nequeat mortalium oculis apparere? Poteſtne Luna orbe ſuo pleno videri? Deus interpoſito iureiurando ſe ad inſtar ſolis, Lunæque perfectæ Eccleſiam ſuam omnium oculis manifeſtam conſtituturum promiſit, & vos inuiſibilem docetis? Pudeat vos tādem execrandæ iſtius Idololatriæ, qua Deo mendacium, atque periurium audetis affingere: veſtræque vos aliquando ſacrilegæ pudeat cæcitatis, quæ tam longe lateque diffuſos Eccleſiæ Dei radios, vos non ſinit intueri.

Pſal. 88. 35.

Eccleſia eſt inſtar Solis conſpicua.

Eccleſia Dei Ciuitas eſt ſupra montem poſita, proinde maxime conſpicua.

Capvt VII.

Qvoniam autem admirabilis eſt in hoc Chriſti Ieſu regno ex omni eius parte coniunctio, ſum-

ſumma charitas, atq; officiorum neceſſitudo: maxima Regis erga ſubditos prouidentia, conſtãs aduerſus Regem ſubditorum fidelitas, obſequium, reuerentia: tanta denique inter ipſos regni ciues amicitia, tantuſque animorum conſenſus, vt vnica ex iis omnibus Reſpublica conflata videatur: eas ob cauſas Eccleſia ciuitas Dei nominatur: & regnũ adeo charitate conglutinatum, vt vnica ciuitas videri poſſit: rurſus tantæ amplitudinis ciuitas, vt iure meritoque regnum exiſtat. Quæ ciuitas vt omnes, quam conſpicua, viſibiliſque ſit intelligant, eã ſitam ait Iſaias, in vertice montium, hoc eſt, in tam excelſo loco, quanta maxima eſſe poteſt in terrarũ orbe rei cuiuſpiam excelſitas. Ita Iudaici regni metropolis Ieruſalem, huius ciuitatis, regnique typ⁹, in tam edito Palæſtinæ totius loco ſita erat, vt arduus in eam eſſet aſſenſus, quacunque ex mundi plaga eo veniretur. Hinc etiam factum eſt, vt ipſa Eccleſia myſticæ figuræ ſuę nomen obtineat, nempe Ieruſalem, vel Sionis: qui locus erat in ea ciuitate maxime ſublimis, & acropolis: in cuius vertice templum regia magnificentia fuit à Salomone cõſtructum: vt vel huius ex loci conſtitutione ſignificaretur Eccleſiam, regnum, & ciuitatem Dei adeo celebrem atque conſpicuam fore, vt eam totus orbis tam perſpicue poſſet conſpicere, quam facile cernuntur vrbes, quæ in montium faſtigiis aſſurgunt. Hoc certe indicauit Saluator his verbis: *Non poteſt Ciuitas abſcondi ſupra montem poſita*: quæ veritas longiſſime à veſtro eſt diſcreta mẽdacio: quo inuiſibilem, & penitus abditam Eccleſiam eſſe contẽditis. Mons autem in quo fundata perſtat Eccleſia, virtus eſt Ieſu Chriſti, quæ omnium Sanctorũ vir-

Eccleſia Dei Ciuitas eſt. *Apoc. 21. 2 10.* Et regnum.

Iſa. 2. 2.

Ieruſalem in monte ſita.

Eccleſia dicitur Sion & Ieruſalẽ.

Matt. 5. 14.

Quo in monte ſita ſit ciuitas Dei.

Digitized by Google

tutibus antecellit: imo tanta eſt, vt de eius plenitudine, omnes virtutes, omniſque ſanctitatis riuuli in ſanctiſſimorum quorumcunq; hominũ animas deriuentur. Eſt inquam Christus D. chariſmatum ac diuinarum perfectionum veluti mons, quouis ſpirituali monte altitudinis immẽſitate ſublimior: adeo vt nec ipſe, nec ea quæ ſunt ſuper eo collocata, vlla ratione poſſint occultari. Fruſtra igitur inuiſibilem dicitis Eccleſiam, cum tam conſpicua ſit, tamque excelſo in loco poſita, vt ab extremis terrarum angulis agnoſcatur. Præter autem ea quæ de Ieroſolymorum ſitu, ſymbolice dicta ſunt: habuit aliam ſedem Eccleſia terreſtrem, omnium rerum humanarum faſtigio ſuperiorem, Romanum Imperium: in quo veluti monte celſiſſimo collocata fuit: vt ab innumeris gentibus, & populis, eidem ſubiectis imperio, id eſt, à toto terrarum orbe cerneretur. Et ea fuit cauſa quare ſtatuerit Ieſus Chriſtus, ſuus vt vicarius S. Petrus Romam imperii caput adiret, Euangelium in ea promulgaret primaque Romæ cœleſtis hoc eſt Eccleſiæ, regnique Ipſius Redemptoris fundamenta iaceret, vt à cunctis terrarum incolis conſpiceretur & inde in omnes orbis partes Sacroſanctæ fidei fluenta diffunderentur: nec enim fieri poterat, ait Sanc. Leo, vt vllæ vſquam gentes ignorarent, quod Roma didiciſſet, ac profiteretur: quodue fuiſſet in montis totius vniuerſi altiſſimi vertice collocatum. Sanc. vero Ioannes ſublimius Eccleſiam ſuſtulit, illiuſque ſitum ſupra nubes in myſtica ſua viſione conſtituit: vt quam ſit illa conſpicua, viſibiliſque demonſtraret: cum videlicet magnum ſe in cœlo dicit ſignum vidiſſe: mulierem ſole amici-

Imperium Ro. baſis Eccleſiæ.

Imperium Oceano, famam qui terminat aſtris.

1. *Mach.8.* *1 2.3.*

Quare S. Petrus Romam adierit

Roma terreſtris cœleſtem Romam .i. Eccleſiam ſignificat.

S. Leo. *Serm. de SS. Petro et Paulo.*

Apoc.12.1.

amictam, ſtellis coronatam, atque lunam eius pedibus ſubſtratam. hoc ſigno, eaque muliere Eccleſiam deſignari vos vltro fatemini: quicquamne igitur aſpectabilius Eccleſia, in tanta excelſitate conſtituta? Tam clara luce colluſtrata? Adeo mirabili, ac pretioſo diademate redimita? Ecquid ergo falſum magis, magiſque ridiculum, Scripturæq; contrarium, quam veſtra aſſertio, quæ Eccleſiam verã inuiſibilem facere conatur?

LIBRI VII CAP. 8.

Conſentaneum diuinæ fuiſſe prouidentiæ, vt omnib. ſeculis viſibilis exiſteret Eccleſia: quam falſa poſitione Miniſtri criminantur.

CAPVT VIII.

AT vero non attenditis vos hoc peſtilentiſſimo errore diſſeminato, diuinam damnare prouidentiam? Etenim ſi à primis mũdi incunabulis nunq̃ illa deſtitit Eccleſ. ſuam exhibere conſpicuam, omniumque oculis manifeſtam, quomodo poſt filii ſui Ieſu Chriſti aduentum paſſus eam fuiſſet in tenebris iacere, qua mundi ætate eam oportebat illuſtriorem: atq; numeroſiorem q̃ vnquã antea, & à ſolis ortu ad eius occaſum ipſam p̃dicari, ꝓpagari omnibuſq; notã exiſtere. In omnib. legis naturæ ætatib. in publica fidei exercitatione, q̃ ipſius membra in craſſiſſimis mundi tenebris ꝓbebantur, eam floruiſſe cõſpicimus. In prima ſtatim ætate ſua habuit ſacrificia, & ritꝰ externos: ac nominatim Abel, Cain, Seth, Enoch, Mathuſalem, Sacerdotes eiuſdẽ, Prophetæ, Doctoreſque recenſentur. Secunda ſimiliter, licet fuerit ſordibus peccatorum

Diuina prouidentia in Eccl. manifeſtatione.

Pſa 18 5. in oẽs terram exiuit ſonus eorum.

Rom. 10. 18

Eccl. omnib. mundi ætatib. viſibilis. In prima Adam.

Libri VII Cap. 8.
corruptiſſima, Noe eiuſque liberi Sem, Cham, & Iaphet ſacra fecerunt. Tertium deinde ſeculū Melchiſedech, Abraham, Loth, Iſaac, Iacob, duodecim Patriarchæ eorumque nepotes illuſtrarunt. In 4. Moſes Aaron, Ioſue, Eleazar, Phinees, cæterique Hebræi floruerunt. Quinta vero ætas habuit Dauidem, Salomonem, Prophetas, tribus integras Iudæ, Beniamin Leuitarum: & è regno Iſrael alioquin Idololatria infecto plurimos. 6. Denique ſeculo venit hominum liberator, cum adhuc Synagoga exiſteret: quæ tum erat vera Dei Eccleſia, neque regionibus tantum Paleſtinæ proximis Syriæ videlicet, Perſidi, Aegyptoq; viſibilis, ſed toti terrarum orbi, & vniuerſis nationibus cognita, licet in vnius Syriæ angulo contineretur. An vero credibile eſt, Deum Opt. M. antequam huc ad nos ſuum vnigenam mitteret, continua ac nunquam interrupta ſeculorum ſerie, ſinguliſque mundi ætatibus Eccleſiam ſuam omnibus notam, planeque conſpicuam exhibere voluiſſe: ſuos ei Paſtores, ſacrificos, Sacerdotes tribuiſſe: ipſam inter denſas Idololatriæ flagitiorumque tenebras, in tam diuturna præſertim temporum varietate conſeruaſſe: poſtea vero quā filius ſuus factus eſt homo, quando maxime ſponſa, corpus, Regnum, ciuitas, eiuſdemque filii hæreditas ſuo ipſius parta ſanguine, omni ſplendore illuſtrior, omni maieſtate magnificētior eſſe debuerat, eam vilem ignotam, pannoſam miſerabilem, in tenebris, ſqualoreque iacentem reliquiſſe? Eſtne ſimile vero deteriori Eccleſiam Dei fuiſſe cōditione cunctis Hæreticorum Sectis, imo ipſa Synagoga Iudæorum, dum eius metropolis exſcinderetur in ruinis & cineribus prope ſepulta? Nulla ſiquidē

Schiſ-

In 2. Noe. In 3. Melchiſedech. In 4. Moſes In 5. Dauid

In 6. Ieſus Chriſtus.

Omnes Hæretic Sectæ viſibiles.

Schiſmatica, ſiue Hæretica Secta ita latuit, quin per ſuos Epiſcopos, Doctores ac miniſtros manifeſta fuerit. Nec adeo radicitus euulſa eſt Synagoga, quin inter infeſtiſſimos hoſtes pullularit, liberoq; ſuas marcidas, & emortuas antiquatę legis Cęremonias paſſim potuerit hactenus exercere. Itane vero in diuinam prouidentiam eritis iniurioſi, vt has impiorum hominum Sectas: hos exitiales humano generi conuentus, hęc malo Dæmoni addicta ſeruitia mundo apparuiſſe, paſſimque erecta ceruice volitaſſe fateamini: Eccleſiam autem Dei, quæ rectorē habet Spiritum ſanctum: cui tot ac tanta promiſſa ſunt; quæ diuino præſidio ac præſenti numine fulcitur, in tenebris obſitam, & fœdis Idololatriæ ſordibus ſeculis amplius ſexcentis immerſam iacuiſſe doceatis? Hanc tam incredibilem, tam abſurdam falſamque opinionem aliquando deponite ſin minus vos in intimos iſtius chimæricæ inuiſibilitatis veſtræ receſſus, ne vſquam viſibiles compareatis, abdite; donec ad videndam, & agnoſcendam Eccleſiam Dei oculos, mentemque recipiatis. O cæcitatem horribilem! Qua fit ne tam illuſtrē Ieſu Chriſti ſponſam: tantę amplitudinis Imperium: adeo locupletem hæreditatem: In tam ſublimi monte poſitā ciuitatem minime videre valeatis. Quantę pertinaciæ eſt adeo manifeſtam Dei Eccleſiam, inuiſibilē, aſſerere? *Nonne aperta eſt Eccleſia* (ait S. Auguſtinus contra Manichæos, qui ſicuti vos non poterant eā intueri) *nonne manifeſta? Nonne obtinuit omnes gentes? Nonne impletur quod ante tot annos promiſſum eſt Abrahæ in ſemine eius benedici omnes gentes? vni fideli promiſſum eſt, in millibus fidelium mundus impletus eſt. ecce mōs implens vniuerſam faciem terræ, ecce ciuitas de qua dictū*

Libri VII Cap. 8. Synagog.

S. Auguſt. Tract. 1. in 1. epi. Ioan. & de vnit. Eccl. c. 16. Mat. 5. 14.

eſt, non poteſt ciuitas abſcōdi ſuper montem cōſtitutā. Quis ignorat ciuitatem ſuper montem conſtitutam? Sed nolite mirari quia ignoratur ab iſtis, qui oderunt fratres, quia in tenebris ambulant, & neſciunt quo eāt, quia tenebræ excæcauerunt oculos eorum. Montem non vident, nolo mireris oculos non habent. Vnde oculos non habent? Quia tenebræ excæcauerunt eos. Hāc cęcitatem alibi & Manichęis, & donatiſtis obiicit, ſed vos vtroſque cæcitate malitiaque ſuperatis.

Quibus argumentis Miniſtri ſua inuiſibilis Eccleſiæ Idolum fulciant.

Capvt IX.

Tantumne in vobis erit animi, vt manus vltro veritati, rationiq; detis, nullum cum ſit in veſtra doctrina rationis pſidium, quo nitamini, ſi profligato veſtrarum rationum agmine, inuiſibilis Idoli veſtri fundamenta conuulſero? Ad ea penitus euertenda machinas rationum iam admoneantur. In primis vt hoc veſtrum ſtabiliatis Idolum, aſſeritis Eliæ tempore adeo abditam fuiſſe Eccleſiam, vt nullibi appareret, eo dūtaxat Propheta, qui veram religionem publice profitebatur ſuperſtite: ex quo infertis Chriſtianam Eccleſiam, quemadmodū Iudaicam poſſe inuiſibilem fieri. *fremūt,* ait Caluinus, *niſi Eccleſia digito ſemper oſtendatur. Sed quam ſæpe in populo Iudæorum ſic deformari contigit, vt nulla ſpecies emineret? Quam putamus formam reſplenduiſſe, cum Elias ſolum ſe relictum deploraret? Quandiu ab aduentu Chriſti deformis latuit? Quoties ab eo tempore bellis, ſeditionibus, Hæreſibus ſic oppreſſa eſt, vt nulla parte fulgeret?* Reſpondeo primum, quod licet Synagoga defiiſſet, nihil

Primum argumentum.

Caluin. in Præf. Inſt. & l. 4. Inſt. Inſt. c. 1. §. 2. 3. Reg. 19. 10.

nihil inde tamen contra Eccleſiam poſſe colligi: neque enim vniuerſalis erat Eccleſia Iudaica, qualis eſt Chriſtiana: proinde poterat illa deſiſtere, atque adeo inuiſibilis euadere: extraque illam poterant viri multi fideles, virtuteque præſtantes reperiri, quales ætate Iobi, Melchiſedech, & his ſimiliũ: qui tametſi non fuerint membra Synagogæ: in illis nihilominus, aut aliis poterat Eccleſia Dei, Synagoga Iudæorum deficiente, ſubſiſtere. At enim ſi vniuerſalis euaneſceret Eccleſia, aut ab hominum cõſpectu ſubtraheretur, nullibi vt appareret, Quænã eſſet diuini promiſſi conſtantia vbi fides? Vbi tam certa Chriſti teſtificatio, qui ſe Spiritus ſancti numen ad eam regendam daturum, nec ſe ante mundi exitium ab ea receſſurum ſanctiſſime recepit?

LIBRI VII CAP. 9.

Melchiſedech, Iob. &c.

Ecce ego vobiſcum ſum vſq; &c. Mat. 28. 21.

Dico ſecundo nunquam ita defeciſſe Synagogam, quin ſemper palam conſpiceretur, ipſius etiam Eliæ tempore: quod adeo frequenter ingeritis, ac ſi tum æternæ noctis caligine oppreſſa, penitusque ſepulta fuiſſet Synagoga: in quo veſtram, Caluinique proditis ignorantiam: nam ex Regum conſtat hiſtoria regnantibus Aſa, & Ioſaphato optimis Iudæ Regibus, ipſius Eliæ tempore, incolumem, maximeque florentem fuiſſe Synagogam, quam tum ſpectatæ virtutis, atque doctrinæ Sacerdotes, & Pontifices, pie, ſancteque inſtituebant: adeoq; numeroſam fuiſſe populi multitudinẽ, vt ad vndecies centena bellatorũ millia cenſerẽtur. Quocirca quod Elias ſe ſolum derelictum eſſe, Deique altaria deſtructa querebatur, illud ad regnum Iſrael

Eliæ tempore Synagoga florebat.

2. Par. c. 17

Aſa Rex Iudæ bonus. *2. Par. 15 8. & c. 21. 12.*

Ioſaphat Rex Iuda Eliæ tempore.

2. Paral. 17. 3. Reg. 19. 10. Elias Thesbithe natus vrbe Galaad in regno Iſrael.

Digitized by Google

Iſrael, cuius erat incola, referri neceſſario debet, quo in regno ab Idololatra Ieroboamo dudum inchoato dominabatur Idololatria, vbi tamen Deus, vt Eliæ mœrorem abſtergeret, ſeptem millia ſibi ait, qui Baalim non coluerant, reſeruaſſe. Nihil igitur agunt, nihil efficiunt Caluinus, Melãchthon, aliique dicentes Eccleſiam in Elia, Eliſæo, pauciſque Sacerdotibus eo ſeculo conſtitiſſe, propterea que quod in illis etiam paucis erat aſpectabilis, nec, vt iſti contendunt, latebat. Cæterum ſe admodum ignaros produnt, ſi celebrem illam Synagogę hiſtoriam, quoue referenda ſit Eliæ querela, neſciant; aut certe ſupra modum malitioſos ſi notam habẽt, & tamen diſſimulant. Et vero quod ad Chriſtianã Eccleſiam ſpectat, nonne debuit Caluinus certis notis appoſitis, tempora, & annos indicare, ac nominatim veluti digito demõſtare, quibus poſt Saluatoris aduentum Eccleſiam latuiſſe, ac defeciſſe contendit? Tantæne erit Præco Gebennenſis authoritatis, vt ei generatim iſtud nullo pro ſe producto teſte, vel ſigno dicenti, credatur? Quod ſi veſtram intelligat, quam ipſe fundauit Eccleſiam, omnino falſum eſt eam defeciſſe, cum non ante, quã per Lutherum, fuerit inchoata; quamuis fruſtula quædam eius in veterum errantium officinis præceſſerint. An igitur potuit, quę nuſquam fuerat, defeciſſe? Aſtutior paulo viſus eſt Beza, cum eam ſemper inuiſibilem facit, in vitiorumque ſordibus iacentem, vnde tandem emergeret. Sin autem Caluinus Eccleſiam Catholicam, Apoſtolicam Romanam intelligat, maior etiam in ſuo antecedente inerit falſitas: quandoquidem huius Eccleſiæ perpetuitatem, per cõtinuam nec vnquam interruptam, Paſto-

Ioſeph. l. 8. antiq. c. 7. Septẽ millia fideliũ in regno Iſrael. *3. Reg. 19. 18.*

Beza de Notis Eccleſiæ. Eccleſia Hugonotica in ſordibus. *Sup. c. 5.*

Paſtorum, Sacerdotum, Doctorum, Martyrum, Principum, Populonum, capitum denique, ac mẽbrorum ſucceſſionem, in ſingulis ætatibus euidentiſſime demonſtramus. Et vero quo maxime tempore poterat occultari, atque adeo penitus obrui, admodum celebris, & illuſtris apparuit, longe lateque conſtantiæ, fortitudinis, ac pietatis radios effudit: cum videlicet Imperatores Romani, cæterique variis in locis Principes, ac Tyranni eam omni crudelitate adhibita opprimere, ac penitus extinguere conarentur. Neq; id potuit diſſimulare Caluinus; nam primis quinque ſeculis eam floruiſſe diſerte fatetur. *Meminerimus*, inquit ille, *quingentis circiter annis, quibus magis adhuc florebat religio, & ſincerior doctrina vigebat, Chriſtiana templa fuiſſe communiter ab imaginibus vacua.* Impurus Scriptor ſordium voce ſacras appellat ibidem imagines, quib. Chriſtianorum ſacras ædes totos quingentos annos caruiſſe dicit: quod falſum eſſe aliis in diſputationib. aperte demonſtratum fuit; verum illud tamen eſt, quod aſſerit, primis illis ſeculis Eccleſiam floruiſſe, ſtudium religionis, ſinceramque doctrinam viguiſſe. Quod ad poſteriores ætates ſpectat, tanto facilius eſt, huius Eccleſiæ perſpicuitatem agnoſcere, quanto eam illuſtriorẽ Principes, Imperatoreſque reddiderunt: tantoque facilius id confirmare, quo propius ab æuo noſtro ea tempora fluxerunt, ſtudioque diligentiori, annales Eccleſiaſticos habemus perſcriptos. Atque vt nihil aliud ad fidem huius rei faciendam extaret, ipſa templa magnifice cõſtructa, ipſę Baſilicę populi Chriſtiani pietate, ſummaque Regum liberalitate ab Eccleſiæ incunabulis exædificatæ: ipſa altaria, columnæ, fornices py-

LIBRI VII CAP. 9.

Caluinus Rõ. Eccl. pro vera Eccleſia agnoſcit. Eamq; qngentos annos floruiſſe. *l.1. Inſt. c 11, §.13.*

Digitized by Google

Libri VII Cap. 10. Aedes ſacræ antiquitatē Eccleſiæ Cat. demōſtrāt.

ramides,& qui muti adhuc, poſt tot ſecula perſtāt, parietes (his modo exceptis, quæ veſtra barbaries ferro, flammiſque vaſtauit) hanc veritatem admodum præclare confirmant. Nec in vobis eſt vniuerſum Eccleſiæ curſum, vllo vnquam tempore interpolatum, oſtendere. Agite dum Miniſtri, corporis animiq; vires id vt efficiatis intendite, libenter ego quidem tam longum vacui, liberiq; temporis ſpatium ad eum vſum vobis tribui patiar, quā diuturna fuit Secta veſtra, ex quo ex atris ſpelūcis emerſit.

Secundū Miniſtrorū argumentū pro ſua Eccl. inuiſibilitate.

Capvt X.

Alterū Miniſtrorum argumētū à Luna petitum.

ALterum ad aſſerendam, quam obtenditis Eccleſiæ inuiſibilitatem argumentum è cœlo videlicet à Luna ducitis, quod aſtrū vobis familiare eſt, vtpote incōſtantiæ veſtræ ſymbolum. Audio itaq; vos hoc modo ratiocinari: Eccleſia cum Luna confertur: qua igitur ratione Luna interdum eſt inuiſibilis, eadem etiam Eccleſia. Dicam primum vos ἐν τῷ σεληνιάζειν, ab eo quod fuerat propoſitum lōgiſſime aberrare: probare inſtitueratis Eccl. ſemper occultam eſſe, & inuiſibilem: & ſi hæc ratiocinatio vim vllam habeat, id tantum contingere aliquando poſſe confirmat. Nec. n. Luna perpetuo occulta eſt: imo contra nunquam non apparet, vno duntaxat, die, & paucis horis exceptis: quo breui ſpatio ſilens eſt, tametſi eius lux alias magis, alias vero minus intenſa videatur. Dico ſecundo neſcire vos, qua maxime in re propoſita ſimilitudo conſiſtat: erratis enim, ſi exiſtimatis Eccleſiam cum Synodica, ſilentiue Luna comparari: cum è contrario potius, toti ſcilicet eius orbi pleno, atque lucenti globo quēadmodum Dauid, & Salomon loquūtur, Perfectæ: & pul-

&pulchræ ſimilis eſſe dicatur. Cuius ſtellæ ſeu Ec- LIBRI VII
cleſiæ perfectionem, & pulchritudinem his verbis CAP. 9.
prænunciauit Iſaias: *Et erit lux Lunæ ſicut lux Solis, &* *Pſa.88.37.*
lux Solis erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptē dierum in die, *Cant.6.9.*
qua alligauerit Dom.vulnus populi ſui. Quib.indicat fo- *Iſa.30.26.*
re:ꝙ ſicut lumē Solis nō deficit,ita Eccl. lucē mini-
me defuturā:vtq; lumē virtutis Saluatoris,q̄ verus
eſt Sol,nō pōt obſcurari:ita nō poſſe lucē Eccl. quæ
ab eo,ſicut à Sole Luna illuſtratur. Quod alio in lo-
co idē Propheta vaticinatur,cū ait: *Non occidet vltra* *Iſa.60.20.*
Sol tu⁹: & luna tua nō minuetur. Quę verba de Saluato
re,& Eccl.fuiſſe prænunciata Caluinus agnoſcit,cū
nequeāt alioq̄ de Sole iſto Sydere, Lunaq; inelligi:
quādoq̄dē ille nunq̄ deſiit oriri,& occidere: vt hęc
curſum ſuū menſtruū creſcēdo, ac decreſcēdo cōfi
cere: At vero Eccl. nouis ſemꝑ ꝓceſſit incremētis.

Tertium argumentum Miniſtrorum ad idem cōfirmandū.

CAPVT XI.

SIc tertio ratiocinamini: Fides, per quam ſumus in Eccleſia,eſt inuiſibilis: quare Eccleſia ſimiliter erit inuiſibilis. Miſerabiles plane, ac miſerādi eſtis Dialectici,cum adeo ridiculum in veſtro Lycęo cudatis argumentum. Poſſet ſimiliter quiſpiam iſtius nouæ logicæ legibus inſtitutus, ita argumentando concludere: Anima rationalis,per quam habet homo,vt ſit homo,eſt inuiſibilis: igitur homo eſt inuiſibilis. Item: Diuinitas filii Dei erat inuiſibilis: igitur homo Chriſtus Ieſus inuiſibilis erat. Diuina Sapientia quæ huic rerum vniuerſitati præſidet, eſt inuiſibilis,ergo vniuerſus orbis nullo modo aſpectabilis eſt, Huius tam craſſæ miſeret me, ac pudet inſcitiæ: quæ ſic mentes veſtras occupat, vt nondum ex vna antecedente præ-

miſſa

Libri VII Cap. II.

Quæ res dici debeat inuiſibilis.

miſſa conſecutionem aptam valeatis elicere. Nunc tandem diſcite neceſſarium eſſe, vt res aliqua dicatur inuiſibilis, eam omnino totam, non tantum partem eius principem, eſſe inuiſibilem. Siquidem totum aliquod parte vna ſui exiſtente viſibili, non poteſt inuiſibile cenſeri. Quamobrem res omnes corporatæ oculis, ac ſenſibus patent, ſuntque natura viſibiles, quamuis earum formæ, internæque ſubſtantiæ, partes videlicet eſſentiæ ipſarum præcipuæ, occultæ ſint, & inuiſibiles. Ad eum modum, tametſi Fides, Spes, Charitas, & cæteræ, quibus Eccleſiæ filii inſigniuntur virtutes, occultæ ſint, & in intimis animorum receſſibus, abditæ, nihilominus aſpectabilis eſt manuque tãgitur in ſuis membris, ex quibus coaleſcit Eccleſia. Addite quod fides non eſt tantum interior actus credendi, ſiue habitus in anima latens, ſed etiam externa profeſſio, quæ in mortalium venit aſpectum: imo ſola hæc ſufficit, vt quis inter Eccleſiæ membra referatur, & hominis Chriſtiani nomen obtineat, licet interius animo peſſime ſit affectus: alioquin nemini pro certo poſſet de ſuo paſtore conſtare, cum fides eius interior occulta ſit, nec pateat oculis, quemadmodum externa eiuſdem fidei profeſſio. Quod ſi mihi hoc loco obiiciatur eos omnes, qui hac dũtaxat externa fide contenti ſunt, nequaquam veros eſſe Chriſtianos, ſed Chriſtianorum Laruas, & Hypocritas: equidem aſſentiar: ita nihilominus vt inter Eccleſiæ membra, caſſa licet, & putrida ſuum locum obtineant. Quod quid vobis mirum videatur, cum Saluator aperte declararit fore ſemper in ſua Eccleſia militante membra corrupta cum integris, ſaniſque coniuncta? Pi-

Sola exterior fidei profeſſio ſuffieit, vt quis Eccleſiæ membrum cenſeatur.

ĉta? Piſces malos, cum bonis permixtos? fatuas cũ prudentibus virgines? Seruos cum frugi: ac fidelibus perfidos? Aridos cum virentibus pampinos? Cum palea triticum in area? Cum frumento lolium in agro? Malos ac reprobos cum bonis & electis conuiuentes? Et hircos paſcentes cum agnis & ouibus? Omnia ſunt in hoc mundo permixta, cum bono malum: cum frigore calor: iuſti cum iniuſtis. Illo tandem cenſorio, ſummoque die, fiet horum omnium æterna diſtinctio, vt vnum quodque in loco ſibi debito collocetur. In cœlo omnes boni erunt, vt illic in æternum omnium bonorum copia perfruantur; Infernus malos excipiet omni malorum genere cruciandos. Interea mundus hic, eſt veluti cœli, & Inferorum ſeminarium: in quo iuſti, iniuſtique permiſcentur. Hæc præcipua ſunt argumenta, quibus inuiſibilem veſtram Eccleſiam adſtruere conamini: cætera quod nullius ſint momenti, ne attingenda quidem cenſeo: vt ex his quæ ſunt diſputata concludam, iſtam de inuiſibilitate doctrinam, nihil eſſe aliud niſi Chimæram, & inane perfugium ad occultandam Sectæ veſtræ nouitatem: vulpium aſtutarum foueam: ſtolidarum mentium aſylum, & arcem, in qua rerum nouarum, atque vanitatis ſtudioſi tuti perſiſtant. Nullam ego in terris eſſe confirmo aliam Dei Eccleſiam, præter eam quæ aſpectabilis eſt, & mortalium oculis patet, iis inſignitam notis, quas, vbi adulterinas eidem à vobis appoſitas diluero, proponam.

LIBRI VII CAP. II.

Mali piſc. Mat. 13. 48

Fatuæ Virgines Mat. 25. 5.

Serue neq. Ibid. 26.

Palmites aridi Io. 15. 6

Zizania. Mat. 13. 29

Reprobi & electi Mat. 22. 14.

De

Digitized by Google

CAPVT XII.

Eccl. notæ Hugonot. *Calu. in pf. Inſt. & l. 4. c. 1. §. 10. & alibi.* *Beza de Notis Eccl.*

BInas ad dignoſcendam Eccleſiam notas tradit Caluinus, puram ſcilicet verbi Dei pręedicationem, & rectam Sacramentorum adminiſtrationẽ. Duabus his Beza Diſciplinam Eccleſiaſticã verbo Dei congruentem, & Lutherani debitam Paſtoribus obedientiam adiungũt. In primis dicam videri vos in huius quæſtionis aditu delirare? Nam cum mordic⁹ teneatis Eccleſ. nullo modo videri poſſet, quod ea vobis ſit ἀφανὴς, qua illam ratione poteſtis deſignare? Aut quem ad finem certis indiciis eã internoſcere cogitatis? Ei ne rei quę mortalium fugit obtutũ: quæq; ſoli Deo cognita eſt, certas notas apponitis? Quem igitur advſum? An vt his ſignis eam Deus agnoſcat? Quod ſi ad viſibilem Eccleſiam huiuſmodi ſigna referãtur, vos autem eam veram eſſe negetis Eccleſiam, veſtræ igitur notæ fruſtra adhibentur, cũ veram Eccleſiam, de qua hic agitur, nequeant indicare. Quis eſt veſter hic ſenſus? Quę cogitatio? Num veſtra omnis mens cum hac inuiſibilitate obſcurata eſt, ac penitus euanuit? Sed pręetermiſſo veſtræ in hac re prudentiæ examine, quas tandem notas aſcribitis Eccleſiæ? friuolas plane, quæque aliis notis indigeant. Omnis enim nota, ea re, quæ per eam deſignatior, multo notior eſſe debet, alioqui non eam certus vt agnoſcatur, indicabit, quam valet aqua turbida & inquinata, panni ſordidi maculas eluere: aut cæcus viam luſco monſtrare. Atqui hæ duæ Caluini notæ, multo difficilius quam id, quod per eas ſignatur, percipiuntur:

Nota omnis re nota ta debet eſſe notior.

tur: maioris ſiquidem eſt operis vbinam gentium Dei verbum pure, ſyncereque prædicetur, Sacramentaq; ſanctè adminiſtrētur, quam veram Eccleſiam agnoſcere: quandoquidem hæc interdum apparet, vt ipſi fatemini, ac ſenſib. externis obiicitur: prædicationis autem diuini verbi integritas, ſynceruſque Sacramentorum vſus, atque tractatio, nō aliter, quam ſola fide videri, iudicarique poſſunt: quæ actio lōge difficilior eſt, quam aliqua per ſenſum vllum externum perceptio. Hinc vſu venit, vt omnes qui vnquam fuerunt Sectarii, cum in huius obſcuritatis foueis, luſtriſque tenebricoſis ſe tuto laſciuire, & à nemine detegi poſſe confiderent, has ſibi notas ſemp, vt ſuæ Sectæ proprias vſurparint. His ſiquidem Arriani gloriabantur: ſuas eſſe dicebant, Manichæi: Neſtoriani ſimiliter ad ſuam Eccl. pertinere contendebant. Quod ſi, eo quod ſignant obſcuriores ſunt, quo per eas mō cognoſcetur Eccleſia? Noctene intempeſta veſpertinum tempus, aut tenebris vmbra poterit illuſtrari? Eodem plane vitio Bezæ nota laborat: obedientia vero, quā ingerunt Lutherani, cum Eccl. vnitate de qua deinceps agam, connexa reperitur. Deinde omne ſignum ex ſe familiare eſt ſenſibus, naturaq; ſenſile: vt Caluinus, voſq; ipſi cum omnibus Doctoribus fatemini: nam ſi abſq; ſenſuum miniſterio nihil influit in animam, neceſſe eſt, vt ſigna prius ſenſum, quam animam afficiant: remque ſignificatam ipſi ingerant. Eam ob cauſam in elementis ſenſilibus à Saluatore noſtro inſtituta ſunt Sacramenta, vt gratiam occultam, neque ſenſibus patentem, quæ per ea confertur, congruenter ſignificarent. Notæ vero quas tribuitis Eccleſiæ, non modo vltra ſenſuum

LIBRI VII CAP. 12.

Ineptæ notæ à Sectariis aſſignatæ.

Omne ſignū eſſe debet ſenſile.

S Aug. l. 2. de Doctr. Chr. c. 1. & 3. Cal. l. 4. Inſt. c. 17. § 11.

Nihil eſt ī intellectu, quod non pri⁹ fuerit in ſenſu.

ſuum facultatem, verum etiam ſupra vulgi captũ, atque iudicium feruntur: neq; poſſunt, vt ante monui, niſi per fidem intelligi. Quamuis enim vox cõcionantis, verbumque Dei exponentis in aures influat: & oculus actionem eius qui Sacramenta miniſtrat, intueatur: tamen ſolius eſt fidei ſtatuere, nũ pura ſit illa, doctrina, ſynceraue Sacramentalis actio: num etiam Eccleſiaſtica diſciplina cum verbo Dei congruat. Nec illud quidem ſufficit, ſed neceſſarium eſt inſuper. vt idonea legis diuinæ ſcientia, rerumque ſacrarum cognitio ad eam fidem accedit: Plebs etenim ſimplex, licet cæteroquin fidelis, nec iſta capere, nec de iis multo minus poteſt iudicare. Quodnam ergo notarum genus affertis, in quibus nihil penitus eſt de natura, atque ratione ſigni, quę non ſolum communi ſenſui non pateant (quod eſt omni vero ſigno proprium vt poſſit mẽti ſignificare, eamque de re ſignificata docere) quin etiã adeo ſpirituales ſunt, vt acutiſſima ingenia magnam partem fugiant, & ab eruditis modo intelligantur? Nonne ad hæc peruidenda ſigna eiuſmodi conſpicilia fabricamini, quæ ſint duntaxat bene oculatis vſui, luſcioſos autem excœcent, & quibus fuerit acies oculorum obtuſior?

Cur in rebus ſenſilibus inſtituta fuerint ſacramẽta.

Tertio, notæ, atq; ſigna Eccleſię ad id maxime inſtituta ſunt, vt his infideles ad eam cognoſcendam quaſi manu ducantur: fideiq; lumine ad Deum cõuerſi illuſtrentur. Nam quid fidelib. his notis opus, cum iam in Eccleſia ſint, filiiq; Dei cenſeantur? Externis vero, & quibuſcũq; ad eadẽ alienis hominib. notis inſignib. maximeq; perſpicuis opus eſt ſignis, quib. ad eam agnoſcendam efficaciter inuitentur. Veſtræ vero notæ, Chriſtianis tm̃ vſui eſſe poſſunt,

Notæ debent indicare infidelib. Eccleſiam.

neque

neque tamen omnibus, ſed doctis, & prudentibus, vt iam audiſtis. Quænam igitur, & quam inepta ſigna exhibetis? Enimuero ſi certiora non dediſſent Apoſtoli, primique Chriſtianorum Eccleſiaſtę, atque Doctores, nobis adhuc occulta eſſet Eccleſia, & in ea inueſtiganda etiamnum occuparemur. Vos autem non Eccleſiæ notas, ſed eiuſdem exhibetis officia. Incredibilis eſt veſtra, Sectæq; veſtræ Rabbinorum inſcitia, cum nõ modo germanas Eccleſiæ notas minime potueritis indicare, ſed ne quidem inter ſigna Eccleſia, & eius officia, quod diſcrimen eſſet agnoſcere. Nunc tandem perdiſcite, bene docere, puram doctrinã tradere, Sacramenta ſyncere adminiſtrare non eſſe notas Eccleſiæ, ſed eius officia: quemadmodum Regis munus eſt, recte ſuis ſubditis pacis, bellique tempore, imperare: regiæ vero dignitatis ſigna hæc eſſe, diadema, ſceptrum, purpuram, quibus cum inſignitus eſt, & ornatus, rex verus eſſe declaratur, & ab omnibus agnoſcitur. Nunc veras Eccleſiæ notas, quas nunquam inuenire potuiſtis, accipite.

LIBRI VII. CAP. 12.

Notæ à Miniſtris traditæ ſunt officia, nõ ſigna Eccleſiæ.

De veris Eccleſiæ Dei notis.

CAPVT XIII.

QVandoquidem noſtra memoria permulti ſingulari doctrina præſtantes viri de hoc argumento fuſe docteque ſcripſerunt, præſertim Illuſtriſſ. Cardinalis Robertus Bellarminus, quem licet veſtræ Pſeudoreformatæ flagellum, imo ſi quidem velitis, animarum veſtrarum medicum dicere: non ero in hac diſputatione longior: & ex ijs quas perſequuti ſunt notis, eas ſolum attingam,

Vide Card. Bellar. l. 2. de Eccleſia. & Th. Boſium de ſignis Eccleſ.

Vu quas

LIBRI VII. CAP. 13.

quas in Apoſtolorum Symbolo à vobis recepto poſitas habemus, *Vnitatem*, ſcilicet *Sanctitatem*, *Vniuerſalitatem*, quibus quartam adiunxerunt Concilij Nicæni, & Conſtantinopolitani Patres, quod ſit, & dici debeat Eccleſia, Apoſtolica: quas Notas ex Scriptura ſumptas his verbis in Symbolo profitemur: Credo *vnam, Sanctam, Catholicam, & Apoſtolicam* Eccleſiam. In quarum expoſitione hoc neceſſario præponi debet fundamentum. Quod quemadmodum naturali lumine conſtat, eſtq; certiſſimum, vnum eſſe Deum, eundemq; inquirentium ſe, vt loquitur Apoſtolus, remuneratorem: ita eodem naturæ lumine manifeſtum eſt, Deum in terra Scholam quandam ſtabiliiſſe, in qua mortales ad ineundam viam, & rationem eum inquirendi, inueniendi, beatamq; vitam aſſequendi inſtituerentur. Eſſet enim execranda blaſphemia aduerſus pietatem omnem, rectamq; rationem non dicere modo, ſed mente concipere Deũ qui omnipotens, qui ſapientiſſimus, qui ſumme bonus eſt, nec potuiſſe, nec ſciuiſſe, nec voluiſſe locum, ac rationem curandæ ſalutis ſuppeditare mortalibus. Locus autem & Schola quam dico, eſt Eccleſia ſua, fidelis rerum cœleſtium conſeruatrix & cuſtos, cuius opera, & ſtudio, mortales ita in cœleſtem patriam dirigunt: extra quam nulla ſalus eſt, vt extra Noemi arcam terras omnes vaſtante diluuio. Quoniam autem multi Pſeudoprophetæ falſas oſtentant Eccleſias, operæpretium eſt, ſummeque neceſſarium, notas ac ſigna cognoſcere, quibus vera monſtratur Eccleſia: quæ cum tradi poſſint plurimæ, cum maxime eminent quatuor illæ propoſitæ, deinceps ſigillatim explicandæ.

Eccleſiæ Notæ 4. Vna, Sancta, Catholica, & Apoſtolica. *Symb. Apoſt.* *In Conc. 1. Nicæn. & Conſtant.* *Heb. 11. 6.*

Extra Eccleſiã nulla ſalus, ſicut extra arcã Noemi.

De vni-

De vnitate prima Eccleſiæ Dei Nota.

CAPVT XIV.

PRimam Eccleſiæ Notam videlicet Vnitatem delineauit olim eiuſdem ſponſus in Canticis, *Vna eſt columba mea, perfecta mea.* Quam vnitatem poſtea humana carne amictus, his verbis ab æterno patre poſtulauit. *Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, vt ſint vnum, ſicut & nos.* Eandem Vnitatem in Eccleſia naſcente S. Lucas obſeruat, cum ait: *Multitudinis credentium erat cor Vnum, & anima Vna.* Porro trifariam intelligitur hæc vnitas: fidei videlicet, amoris, & obedientiæ. Prima in intellectu cõſiſtit: qua fit, vt omnes ad vnam credendam veritatem conſpirent: de qua ſcribens Apoſtolus. *Vnus ait Dominus, vna fides, vnum Baptiſma, vnus Deus & Pater omnium.* Hæc nota veram Eccleſiam ab Hæreſi, & Catholicos ab Hæreticis omni æuo diſcreuit. Vt enim fidei doctrina in vera Eccleſia ſemper fuit vna, interq; filios Eccleſiæ ſummus omni ſæculo in rebus fidei conſenſus, quemadmodum libro huius operis ſecundo eſt declaratum: ita è contrario Sectæ omnes, atq; Sectarij aliæ ab aliis, imo à ſe ipſæ diſtractæ fuerunt, vt in veſtra in eodẽ libro, & in omnibus olim Hæreſibus Sancti Patres ſimiliter obſeruarũt. Quid hac de re & ſentiat & loquatur S. Iuſtinus audite: *Quod alij* (ſcil. Hæretici) *alios de aliena ſententia condemnant, manifeſte conſtat gloriæ captandæ, aut Hæreſiarcharum, Sectarumq; principũ aduerſus alios propugnandorũ ſtudium Hæreſes oẽs, vt inſtituantur, cauſas habere.* S. itẽ Irenæus: *Cũ diſcrepãt ad inuicẽ, & doctrina, & traditione, & q, recẽtiores eorũ agnoſcuntur, affectant per ſingulos dies nouũ aliquid*

Cant. 6. 8.

Ioan. 17. 11.

Act. 4. 32.

Epheſ. 4. 3. 5.

Hæretici inter ſe diuulſi.

S. Iuſtin. q. 4. ad Orthod.

S. Iren. l. 1. c. 18.

adinuenire, & fructificare, quod nunquã quiſquam excogitauit, durum eſt omnium deſcribere ſententias? Tertullianus pariter. *Vnde autem,* inquit, *extranei, & inimici Apoſtolis Hæretici, niſi ex diuerſitate doctrinæ, quam vnuſquiſque de ſuo arbitrio aduerſus Apoſtolos aut protulit, aut recepit?* Hoc vt in vobis, ita in maioribus veſtris Luthero, Caluino, Zuinglio diſſentiẽtibus ſupra in octaua Hæreſis Nota fuit oſtenſum: de quo tranſcurſim vos iterum commonebo. Lutherus tria probat Sacramenta: Caluinus tantum duo. Ille Corporis Saluatoris in Euchariſtia præſentiam agnoſcit: Zuinglius, & Caluinus eandem reiiciũt: Imo Lutherus à ſe ipſe diſſentit, modo ſiquidem S. Petri Primatum admittit, modo parem omnibus Apoſtolis tribuit poteſtatem. Scribit idem mandata Dei eius adiuuante gratia ſeruari poſſe: alibi negat. Quid vero Caluinus? Quoties ille ſe ſuo ipſius gladio iugulat? In Inſtitutione falſus eſt S. Petrum Romæ mortem obiiſſe: at in commentariis Epiſtolæ eiuſdem Apoſtoli, id fieri potuiſſe pernegat. Idem ſcribens in S. Ioannis Euangelium, ait ſine Baptiſmo ſaluari poſſe neminem: in Inſtitutione vero hanc doctrinam exſibilandam, ac penitus explodendam affirmat. Eſt hic veſtræ nouæ Reformationis author in ſua doctrina, fideq; Vertumno mutabilior, modo ait, modo negat, vt nulla fere ſit in eius libris pagina, in qua ſi quis diligenter obſeruet, eum non deprehendat de eadem re omnino contraria ſcripſiſſe. Quid vero attinet cruentas, quæ vos inter & Lutheranos fuerunt hactenus pugnas recenſere? Legantur quæ identidem Francofurto prodeunt librorum Indices, in quibus nouæ ſemper prouocatio-

Tertull. l. de Præſcrip. c. 37.

Lib. 2.

Lutherus S. Petri primatum fatetur *in aſſertionibus art. 5.*

Aſſerit mãdata poſſe ſeruari. *In defenſione contra Exium.*

Negat. *In Reſpon. ad Dial. Sylu. Prier.*

De Baptiſmo *in c. 3. Io. §. 3.*

Cal. lib. 4. Inſtit. c. 16. §. 26.

nes apparent: ſeu vos Lutheranos, ſeu vos Lutherani laceſſant. Affirmarim vtique nullum acerbius bellum vtriuſque Sectæ homines Eccleſiæ Catholicæ hactenus indixiſſe, quam illud quod inter vtroſque vident omnes ardere: non ſane ob adiaphoræ doctrinæ quæſtiones, quæ ſine periculo poſſint in vtramque partem agitari, quod aliquando fieri inter Catholicos Doctores ſolet, ſed de fidei capitibus, in quibus nihil incertum, nihil varium aut diſcrepans eſſe debet: cum habitus fidei, vnus ſit & ſimplex, nullamque ſui diuiſionem patiatur: aut certe veræ fidei rationem non habet. Quocirca vos, quod ad veram fidem attinet, diſtracti eſtis, penitusque diſcordes, & illius inſigniti nota, qui eſt omnium diſſidiorum author: & in hoc duntaxat belle conſpiratis, vt coactis in vnum corpus fidei Catholicæ veritatem oppugneris. vt de Arianorum Sectis ait S. Ambroſius: *Plura nomina, ſed vna perfidia, impietate nõ diſſonans, communione diſcordans, non diſsimilis fraude, ſed cogitatione diſcreta.* LIBRI VII. CAP. 14 *S. Ambroſ. de fide ad Gratianũ lib. 1. c. 4.*

Secunda & tertia Eccleſiæ Catholicæ vnitas.

CAPVT XV.

DIco ſecundam Eccleſiæ vnitatem in mutua voluntate, & charitate membrorum inter ſe, conſiſtere, qua veros Diſcipulos ſuos ſignauit his verbis Saluator: *In hoc cognoſcant omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.* Huius rei rationem affert Apoſtolus, Quod Deus author ſit pacis, & non diſſenſionis. Quiſquis ergo eſſe peroptat verus cœleſtis huius Magiſtri Diſcipulus, ſit pacis vt ipſe ſtudioſus, diſſidiorum inimicus: *Ioan. 13. 35.* *1. Cor. 14. 33.*

Digitized by Google

Libri VII. Cap. 14. micus: atque *ſollicitus*, vt idem Paulus admonet, *ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.* Ex hoc animorum in rebus fidei diſidio, Hæreſes naſcuntur: ex diſſenſione voluntatum Schiſmata: atque prior ſemper gignit poſteriorem, quod nimis quam verum eſſe in veſtra reformatione docuiſtis, quæ fuit bellorum, quæ ſumus paſſi ſeminarium, atque nutricula diſſidiorum, quæ inter vos, & Lutheranos exiſtunt: cum alij alios intra eiuſdem vrbis mœnia minime ferant, ſed inde ſe viciſſim extrudant. Poſterior diſſenſio nonnunquam eſt ſine priore: vtraque nihilominus eſt Eccleſiæ Sathanicæ Nota: quemadmodum ſpiritus vnitas, & in fidei veritate, rebusque diuinis conſenſus voluntatum, manifeſtus eſt Eccleſiæ Dei character.

Ephes. 4. 5.

Tertia vnitas membrorum cũ ſuo capite.

Tertia vnitas eſt membrorum cum ſuis capitibus in vnitate fidei, & charitatis: ad quam amplectendam Chriſtianos hortatur Apoſtolus his verbis: *Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.* Vnitas hæc, vt ſuperiores propoſitæ, perſpicue viget in Eccleſia Catholica, in qua vniuerſalem ſummumque Paſtorem oues agnoſcunt, Sancti Petri videlicet ſucceſſorem, cui Saluator myſtica trinæ repetitionis cæremonia gregis ſui curam concredidit, dicens: *Paſce agnos meos, paſce agnos meos, paſce oues meas.* Eadem oues ſuos Paſtores, ac peculiares Præpoſitos, vt hi ſuperioris ordinis Antiſtites ſuo quemque ordine, graduque agnoſcunt, ac reuerentur. Antiqui, Sanctique Patres Irenæus, Cyprianus, Hieronymus, Auguſtinus,

Heb. 13. 17.

Ioan. 21. 15. 16. 17.

Vnitas cũ Rom. Pontifice veræ Eccleſiæ Nota.

S. Iren. l. 3. c. 3.

S. Cypr. l. 1. Epiſt. 3. S. Hieron. ad Damaſum. S. Auguſt. Epiſt. 162.

ſtinus, & alij, quos in primo huius operis libro, vbi Septima tractabatur Hæreſis nota, adduximus, Eccleſiam Dei hac ſemper vnitate ſignarunt. Hinc illud Optati Mileuitani Epiſcopi in Cathedram Romanam elogium, quo eam aſſerit eſſe primam, ac principem veræ Eccleſiæ gemmam: ex eoque Donatiſtas huius Eccleſiæ germanam ſobolem nequam eſſe, confirmat, quod recuſarent Siricium Papam id temporis, Paſtorē agnoſcere. At vos ſedulo præcauiſtis, ne hoc ſigno veſtra Reformata indicaretur: quandoquidem neque huius, neque aliarum notarum vllum in ea veſtigium potuit vnquam videri, imo huic omnino contrarium: nam in ea nullum Prępoſitum, aut Paſtorem, niſi vobis parem admittitis: atque ore prorſus ſacrilego IESV CHRISTI Vicarium, quod ſit viſibile caput Eccleſiæ, execrando Antichriſti nomine notatis: ex quo ſequitur Angliæ Regem eandem ob cauſam, quod nimirum ſe Eccleſiæ regni ſui caput aſſerat, veſtro iudicio pro Antichriſto habendum, quem nihilominus inter veſtros adnumerandum putatis. Vos autem quinam interea, & quales? Nimirum Acephalica natio, prædas agentes ſine duce lupi, cum Miniſterculorū nullus velit ex cuiuſquam authoritate pendere. Quilibet ſuo in ſterquilinio gallus eſt. Idem ſibi ius veſtræ ſimiliter oues aſſumunt: ſi non diſplicet, vobis parent: cū eis videtur & libet, imperant: talesq; oues ſunt talibus dignæ paſtoribus, vt ſimiles habeant labra lactucas. In hac porro Nota, omnes veræ notæ ꝓprietates inſunt, ſenſibus n. externis obiicitur, & Eccleſiā Dei cuilibet apte demōſtrat: cū nemo adeo rudis, vel ſtupid⁹ ſit, imo nec vllus infidelis, quin

Libri VII. Cap. 15.

Optat. l. 2. cont. Parmen.

Nullum Miniſtri ſuperiorē patiuntur.

Vera Eccleſiæ Nota vnitas.

hanc doctrinæ, affectionis, & obedientiæ vnitatem poſſit aduertere, ipſa ratio docet Dei ſpiritum eſſe horum omnium authorem. Ergo quemadmodum Eccleſia Catholica, quod hac nota deſignetur, vera eſt Eccleſia: ita Secta veſtra, falſa eſt, & adulterina, quoniam illa caret.

De Sanctitate Secunda Eccleſiæ Nota.

CAPVT XVI.

SEcunda verę Eccleſię Nota eſt doctrinæ, quam illa profitetur *Sanctitas*, quippe quæ nihil fidei veritati, morumue probitati contrariũ amplectatur. Idcirco à Regio Pſalte canitur: *Lex Domini immaculata: teſtimonium Domini fidele: Præceptum Domini lucidum.* Et: *Domum tuam Domine decet ſanctitudo in longitudine dierum.* Huius ſanctitatis fontem indicat Apoſtolus, cum ait Chriſtum D. ſeipſum pro Eccleſią tradidiſſe: *Vt illam ſanctificaret mundans lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit SANCTA, & IMMACVLATA.* Idē in capite Epiſtolarum, *SANCTAS* vocat eas, ad quas ſcribit Eccleſias. S. deniq; Ioannes *vidit ciuitatem SANCTAM Ieruſalem, nouam deſcendentem de cœlo.* ſcil. Eccleſiam à *IESV CHRISTO*, qui de cœlo deſcendit, ſanctificatã. Hac Nota vera Eccleſia certiſſime manifeſteq; cognoſcitur, & ab impuris Gentilium, Iudæorum, Mahumetanorum, Hæreticorũq; Sectis facile diſcernitur: quæ oẽs craſſis fœdantur erroribus, atq; mendacia prorſus intolerabilia cõtra fidei morumq; ſanctitatem continent. Ethnicorũ Sectę adeo clare patet ex deteſtanda ſacrorũ, ac ſuperſtitionum

Pſal. 18. 8. 9
Pſal 62. 7.
Epheſ. 5. 26. 27.
Apoc. 21. 2.
Ethnicorũ errores.

tionum colluuie turpitudo, nihil vt ſit opus eam quam ex parte ſuperius attigi, fuſius exponere: quandoquidem eorum etiam qui honeſtiores putantur libri, multa, vt adnotauit Theodoretus, dictu audituque perabſurda, nefandaq; complectuntur. Quiſpiam fortaſſe Platonis leges admirabitur: atenim illæ communitatem permittunt fœminarum, prolemq; ſuſceptam, ſi quo naturæ vitio laboret, abiiciendam, extinguendamq; ſuadent. Illiſne ſanctiores, quas Lacædemoniis ſanxit Lycurgus? At impunita, planeq; libera concedunt adulteria. An vtriſq; ſeueriores dicentur Perſicæ, quibus ſororum cum fratribus, imo cum filiis matrũ, (quod exhorreſcit natura) coniugia permittuntur? De Mahometanis, ac Iudęis eadem vos exiſtimare credo: quorum quam tetris ſit tenebris inuoluta doctrina, quam ſit illa turpis, quantis mendaciorum referta portentis, blaſphemiis, morumque corruptelis, Alcoranum, & Talmudica farrago abunde teſtantur. Dicitur Deus, & Angeli in Alcorano pro Mahumeto orare, &in corporeis voluptatibus beatitudo conſiſtere. Talmudiſtæ vero Doctores, atque adeo nugatores tam turpes, ac ridiculas commenti ſunt fabulas, vix vt eas audeant eorum ſectatores in vulgus efferre. Quod aũt veteres Hæretici omni genere errorum, deteſtandarumque opinionum profanos Philoſophos, Turcas, Iudæoſq; ſuperarint, ſcitis vos, nec fas eſt eorum commemoratione pudicas aures, &animos offendere. Sola Eccleſia pura, caſta, immunis harum ſordium eſt, ſemperque fuit, eximiaq; pulchritudine conſpicua, ſiue doctrinæ fidei ratio, ſiue quę tradit morum pręcepta ſpectentur. Ea vere ſola eſt, ex qua cunctis retro æta-

LIBRI VII CAP. 16.

Theodoret. lib. de leg.

Leges iniquæ.

Mahumetanorũ, & Talmudiſtarum errores.

Libri VII Cap. 16. Filii, & fructus Eccleſiæ Dei ſub lege naturę & Moſaica

Sub Euangelica.

tro ætatibus, & ſæculis, Abel, Enoc, Sem, Moyſes, Ioſue, Samuel, Dauid, Suſanna, Heſter, Iudith aliiq; viri, fœminæq; ſanctiſſimæ, vigentes naturæ, ſcriptaque lege prodierunt. Poſt vero quam Sanctorum Sanctus ad nos venit, quot myriadas martyrum, quot virginum choros, quot virorum & fœminarum omni virtutum genere præſtantium greges Eccleſia genuerit, puræq; doctrinæ lacte, aluerit, & educarit, ſolus ille nouit, qui in eam omnẽ infundit Sanctitatem. Tales quippe filios debet nobiliſſima parens, ſanctaque ſanctos parere optimæque ac fertiliſſimæ arbori, fructus ab ea productus copia, & bonitate reſpondere. Quod ſi in tanto numero filiorum, & tam ampla familia impuri, ſceleratique identidem reperiuntur, degeneres eiuſmodi ex ſua ipſorum deprauata voluntate, non autem ex optimæ ſanctiſſimæque parentis inſtitutione exiſtunt.

Hugonotiſſimus caret ſanctitate; *ſup. lib.* 2

Agite nunc, Miniſtri, & præclaram hanc Notã veſtræ Reformatulæ congruere, ſi valetis quidem, oſtendite: quandoquidẽ hactenus, contraria penitus Nota Reformatã eſſe docuerim: veſtramq; impiam doctrinam impietatis eſſe matrem, nec alios niſi filios impietatis ſolere, vel poſſe gignere demonſtrarim. Nonne illa eſt, quæ Deum O. M. facit authorem peccati? Quæ homini liberum adimit arbitrium, bonis operibus meritum, vini, & efficacitatem Sacramentis? Quæ ad voluptates cõſectandas liberam facit poteſtatem? Quæ prauis opinionibus rationis lumen offundit? Quæ ſanctiſſimas Dei, & eius Eccleſiæ leges, & inſtituta perfringit? Nonne denique illa eſt, quæ deteſtanda tradit, quæ ſupra recenſui pronuntiata, vnde Libertini, Machiauelitæ,

chiaueliſtæ, Athei, ac perditiſſimi quique, non minus quam Hæretici, tali matre digni liberi, & ex tam corrupta arbore, adeo peſtiferi fructus emanant? Locupletiſſimi horum, quæ dico, mihi teſtes erunt ipſimet Reformatæ factionis authores. Lutherus quidem in præfatione Poſtillæ Eccleſiaſticæ: *Noſtrorum pleroſq;*, ait ille, *ſepticeps ille Diabolus inuaſit, & deteriores effecit, quam in Papatu fuerunt.* Et in ſermonibus conuiuialibus: *Poſt reuelatum Euangelium* (hoc eſt Hugonotiſmum) *Virtus eſt occiſa, Iuſtitia oppreſſa, Temperantia ligata, Veritas à canibus dilacerata, Fides clauſa, Nequitia quotidiana, Deuotio pulſa, Hæreſis relicta.* Satiſne multa? Si omnia quæ de moribus deprauatis deque numero peruerſorum hominum quos veſtrũ peperit Euangeliũ Melanchthon, Brentius, Muſculus, cæteriq; Lutheranę Sectę proceres queri ſolent, commemorare vellem, modum & finem excederet oratio. Abunde ſit admonere vos de ſermone Caluini in Epiſtolam ad Epheſios decimo, in quo ſtentorea voce querendo vociferatur ſuæ Reformationis homines omnium eſſe mortalium ſceleratiſſimos: cumque illum verba apta deficiant, quibus perditos eorum mores proſcindat, ſic furens exardeſcit, eos vt horrenda monſtra, genios exitiales humana figura obtectos, appellet. Veriſſimum ſit à veſtro Doctore in ſuos diſcipulos elogium. Verum aliquando illum dixiſſe patiantur. Sed enim ſi veſtram Eccleſiam pro vera Eccleſia pergitis obtrudere, vbi quæſo eius ſanctitas, quę tã propria eſt Eccleſiæ Dei, quam ipſa veritas? Et ſi ſancta eſt, vbinam gentium filii eius ſancti? Illos nobis exhibete, quemadmodum vſu docti, veſtrorumq; Antiſtitum teſtimonio malos, & ſceleratos cognoſci-

Lutheri de ſuorum improbitate iudicium.

Luther. in Præfat. in Poſtil. Eccl.

In ſermone conuiu. fol. 623.

Calu ſerm. 10. in Epiſt. ad Epheſ.

Hugonoti horrenda monſtra iudicio Caluini.

Digitized by Google

Beza de Notis Eccleſ.

cognoſcimus. Nominate vel vnum quem iſta Diua pium, eximiæque ſanctitatis procrearit, ex quo tempore, è luto, vt Beza loquitur, fœcibuſque Papiſticis emerſit. Sanctum nobis aliquem oſtendite in veſtra Reformata Bernardum, Antonium, Agatham vnicam, ſiue Catharinam, aut alium quempiam vitæ integritate conſpicuum. Aut ſi illis antiquis parem poteſtis proferre neminem: aliquem certe Henrici à Gaudioſa æmulum promite, qui amplas opes, Comitatus, Ducatus, Præfecturas, totiuſque mundi faſtum, & apparatum abiecerit, vt ſacco amictus, fune præcinctus, ac rerum humanarum curis expeditus Deo ex animo ſumma cum vitæ ſecuritate ſeruiret. Prodeat ex vobis aliqua, Antonitę à ſancta Scholaſtica ſimilis, quæ Marchionatus honorem, & titulum conculcans, ad eundem finem ſe Chriſti obſequio conſecrarit. Aut quempiam alium producite, qui in nullius quidem Cœnobii cella abditus, ex animo tandem diuinis inſiſtat obſequiis, proculcata mundi vanitate, & corporeis voluptatibus reiectis, in piis ac religioſis virtutum exercitiis totam ætatem conterat, quemadmodum ab innumeris quos hoc æuo Eccleſiæ ſanctitas ſponſo ſuo Ieſu Chriſto peperit factitari videmus. Fierine poteſt, vt hæc belliſſima Reformata & nuptiarum alioquin auidiſſima, adeo ſterilis ſit, vt nullum inſignis ſanctimoniæ, ac virtutis mortalem hactenus genuerit, vel educarit? Quid cauſæ eſſe potuit? An quod adhuc adoleſcentula eſt, necdum ad partus idonea? An vero quod Sanctos quidē gignat liberos, ſed qui, vt illa, ſint prorſus ἀφανεῖς, vt nuſquam poſſint apparere? Cur ergo tot genuit, & educauit Apoſtatas, ac fidei deſertores?

Henricus Dux Gaudioſæ Capucinus.

Marchioniſſa de Bel le Isle fuel lentina.

Hæreticorum nullus Chriſti cōſilium amplectitur *Vade vende, &c.* *Marc. 10. 21* *Luc. 18. 22.*

Sterilitas Sectæ Hugonoticæ.

Digitized by Google

tores? Cur tot votifragos Monachos, tot perfidi Sacerdotes, tot Moniales abiecto ſanctitatis velamine, aut vagæ libidini proſtitutas, aut maritis nō legitimi matrimonii dignitate, ſed domeſtici flagitii ſocietate coniunctas? Cur tot portenta, tot genios maleficos, corporeos, & omnium oculis aſpectabiles? Adeo ne bonarum frugum eſt infœcunda, vt tot portentorum ferax exiſtat? An denique vtiles ac bonas frugas occultat, vt noxias in lucem fundat quæ ſunt tenebris damnandæ ſempiternis? Agnoſcite tandem Miniſtri, liberaq; Voce fatemini, nec Sanctos vllos, nec veſtigium quidem vllum Sanctitatis in veſtra Secta reperiri: nec amplius à vobis poſtulandum, quam vt inter vos prædones ſicarii, falſiq; teſtes aliqui non ſint, ſed politice tantum nulla grauiori noxa infames, viuant. De reliquis vero idē quod magnus veſtræ Synagogæ Fundator Lutherus ingenue, fatetur, vſurpate: nec doctrinæ videlicet, nec morum atque vitæ, nec perſonarum à veſtra Eccleſia requirendam eſſe Sanctitatem. *A nobis*, aiebat ille, *qui negamus, ſanctimonia, & miracula exigi non debent: à vobis qui aſſeritis, debent.* Sed enim huic Notæ, vt ſuperiori veriſſima ineſt Notæ ratio: patet enim ſenſibus, eſtque rationi conſentanea: rectas ſiquidem actiones, bonaque opera, nemo non poteſt videre, & ea diuinæ tabulæ in argumentum ſynceræ fidei, doctrinæque commendant. Hinc Apoſtolorum Princeps ita Chriſtianos hortatur. *Conuerſationem inter gentes bonam: vt in eo quod detrectant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis.* Et: *Confundantur, qui calumniantur veſtram bonam in Chriſto conuerſationem.* Inſuper quiſq; poteſt do-

LIBRI VII CAP. 16. Hugonoti Sancti ſunt vt eorū Eccleſia inuiſibiles.

Luther. de ſeruo arbitrio contra Eraſmum.

1. Petr. 2 12 & ca. 3. 16.

Digitized by Google

LIBRI VII CAP. 16.

teſt doctrinæ ſanctitatem, ex miraculis ad eius confirmationem editis cognoſcere: docet enim fides ea nunquam exhibiturũ fuiſſe Deum, approbandã Eccleſiæ ſanctimoniã, niſi vera hæc fuiſſet, cum ſit ἀδύνατον Deum teſtem eſſe mendacii, vt ſcribit Apoſtolus: nec præter eum quiſquã miraculum poſſit edere, vt canit Regius vates, niſi hanc ab eo facultatem acceperit. Quinetiam ipſa ratio docet impietatem, ſocordiam, perfidiam, & cæterorũ vitiorum colluuiem, non aliunde poſſe, quam ex vitiata ſcaturigine manare. Ex his ergo efficitur Eccleſiam veſtram, nullo modo veram Eccleſiam eſſe poſſe, cum Nota careat Sanctitatis: noſtram autem veram, ac germanam eſſe, diciq; debere, cum hac tam illuſtri Nota ſit inſignita: cuius mirabilem ſanctimoniam Deus prodigiis, ac miraculis (quæ ſumma ſunt veritatis teſtimonia) ſæpenumero confirmarit.

Impoſſibile eſt Deum mentiri. Hebr. 6. 18.

Qui facit mirabilia ſolus. Pſal. 35. 4.

De VNIVERSALITATE *& Catholiſcimo tertia Eccleſiæ Nota.*

CAPVT XVII.

TErtia veræ Eccleſiæ Nota eſt, quod ſit CATHOLICA, hoc eſt, vniuerſalis, eandem omnino tenens fidem atq; doctrinam, omnibus locis, & temporibus, & inter omnes orbis nationes: hæc eſt nominis huis vis, & ratio. Ita Vincentius Lyrinenſis *Catholicum eſſe*, ait, *eſt tenere, quod vbique, quod ſemper, & ab omnibus creditum eſt.* Talis modo igitur eſt Eccleſia, qualis fuit Apoſtolorũ ætate: talis in Africa, quandiu ibi floruit: talis in Aſia, qualis in Europa: talis Romæ, Pariſiis, qualis Burdegalæ, Lugduni: talis apud Germanos, qualis apud Ita-

Vincentius Lyrinen. in commonit. Vide S. Auguſt. libr. de vnit. Eccl. & Beda in cap. 6. in Cant.

pud Italos: atque idem ſentiendum de cæteris locis, & nationibus. Non eo fuit inſignita Synagoga titulo, nec enim omnia complectabatur tempora, cum in Hebræis cœperit: nec vltra Chriſti Seruatoris aduentum debuerit prorogari: nec omnia loca, cum in certo quodam ſacrificia illi circumſcripta fuerint, vtpote in templo maxime Salomonis factitanda: nec omnes Nationes quandoquidem erat in vna duntaxat Iacob Patriarchæ concluſa familia: fuit igitur particularis, nec admodum late patens Eccleſia. Chriſtiana vero triplicis iſtius ratione qualitatis Catholica eſt, & vniuerſalis. Hæc nimirum eſt maxime propria Eccleſiæ Nota, & nomen: quo inter omnes Sectas, quæ veræ ſibi Eccleſiæ titulum falſo vendicant, IESV CHRISTI ſponſa deſignatur, *Si in aliquam vrbem ingrediaris*, ait S. Cyrillus, *ne quæras vbi ſit Eccleſia, aut domus Dei, nam Hæretici dicunt etiã ſe Dei domum, & Eccleſiam habere, ſed interroga, vbi ſit Eccleſia Catholica, hoc enim nomen eſt proprium huius Eccleſiæ matris omniũ noſtrum.* Notat enim S. Auguſtinus: *quod cum omnes Hæretici ſe Catholicos dici velint: quærenti tamen peregrino alicui, vbi ad Catholicã conueniatur, nullus Hæreticorũ vel baſilicam ſuam, vel domũ audeat oſtendere.* Pacianus ſcribit nomen hoc eſſe diuinum: *Certe non eſt ab homine mutuatũ*, inquit, *quod per ſecula tanta non cecidit*, Nomen eſt, ait idẽ, quo veri Dei & Eccleſię ſuæ filii, à ſpuriis diſcernuntur. *Chriſtianus*, inquit, *mihi nomẽ eſt*, CATHOLICVS, *vero cognomẽ, illud me nuncupat, iſtud oſtendit: hoc probor, inde ſignificor.* Quã ob cauſam antiqui Patres, vt SS. Iuſtinus, Irenæ⁹, Athanaſius, Chryſoſtom⁹, Hieronim⁹, cæteriq; obſeruãt: quod quẽadmodũ Eccl. Dei filii de noĩe matris ſunt dicti Catholici,

Synagoga non fuit vniuerſalis.

Nomẽ Catholicæ Eccleſiæ proprium.

S. Cyrillus Catech. 18.

S. Aug. lib. cont. Epiſt. Fund. c. 4.

Pacianus Epiſt. ad Sempronianum de nomine Catholico.

S. Iren libr. 2. cap. 20. 5. Hieron. contra Lucif. 4

Digitized by Google

LIBRI VII CAP. 17.

S. Iuſtin. in Dial. cum Tryphon.

S. Athan. ſerm. 2. cōt. Arrianos.

Vniuerſitas noſtræ propria Eccleſiæ.

Hugonoti Eccleſiam noſtrā Catholicam, & eius alumnos Catholicos nuncupāt.

Victor Vticenſ. de perſeq. Wandalica, lib. 2. Greg. Turon. lib. de Glor. Mart cap. 25.

Romana Religio ea dem quæ Catholica & vniuerſalis.

In Actis Concil. Epheſ. tom. 5. c. 10. Edit. Peltana.

Catholici, ita Hæreticos ab aliquo ſingulari priuatoq; homine appellationem accepiſſe. *Et eorum quidem* (S. Hęreticorum) *nonnulli Marciani vocantur, alii Valentiniani, alii Baſiliani, alii Saturneliani, alii alio nomine à ſententiæ, diſplicinæque principe vnuſquiſque nominatur.* Sunt hęc S. Iuſtini verba, quibus conſentientia ſcribit S. Athanaſius: *Qui ſecuti ſunt Marcionē,* inquit, *non iam inde Chriſtiani ſed Marcioniſtæ appellati ſunt. Ita quoq; Valentinus, Baſilides, Manichæus, & Simon Magus ſectatoribus ſua vocabula impartierunt.* Quod hæc Nota vera ſit, ſoliq; noſtræ Eccleſiæ, nullo modo Sectæ veſtræ cōueniat, haud eſt operoſum oſtendere. Certa eſt atq; perſpicua: nemo ſiquidem non poteſt videre, tangere, tractare vniuerſalitatem, ac generalitatem, vt ita loquar doctrinæ, tam diuturna ſeculorum ſerie productæ, tot locorum amplitudine, totq; nationum varietate propagatæ: & ex hac vniuerſitate argumentum eruere, cœleſtem eſſe doctrinam, veritatis prolem, temporibus, ſeculis hominibus atque adeo ipſis Inferorum copiis valentiorem exiſtere. Nec vero vos hanc Notam in Eccleſia noſtra reperiri negatis, quandoquidē eam Catholicam, vt nos, eiuſdem filios, Catholicos nuncupatis: quanquam addendum putatis Romanos, quo nomine Arriani quondam, aliiq; Hæretici Catholicos ſimiliter vocitabant, vt ex Victore Vticenſi, Sanctoque Gregorio Turonenſi conſtat. Quocirca cognomen hoc Latinum Græcæ voci (Catholicæ) adiunctum libenter amplectimur, idem enim ſignificat, eum videlicet qui Religionē, Doctrinamq; Romanam, æque vniuerſe, lateque diffuſam, atque Romanum Imperium, notat orbis terrarum Monarchiam, profitetur. Quin etiam Caluinus vltro concedit primis quinque ſeculis

Digitized by Google

Chriſtianiſmum purum,& integrum,minimeque interpolatum in Eccleſia Romana viguiſſe : quemadmodum ſupra fuit indicatum : eam igitur Eccleſiam,tum fuiſſe Catholicam,toto orbe,per omnes Nationes,vt illis quinque ſeculis diſſeminatam , agnoſcat neceſſe eſt. Nos itidem ab eo tempore eandem cum ſuis Epiſcopis,Paſtoribus,&populis nulla vnquam interueniente interruptione perſeueraſſe monſtramus. Quod cum inficiari nequeatis, tyrannidem,illud fuiſſe, non veram Eccleſiam vociferamini: ſed mera calumnia eſt,ac de triuio contumelia, quæ vos non Doctores, ſed calumniatores oſtendis,maioribuſq; veſtris Hæreticis ſimiles, quibus mos etiam fuit Eccleſiam CATHOLICAM, tyrannidem appellare. Atenim nnnquam negabitis (quo omni id modo poſſetis?) nomine CATHOLICÆ noſtram Eccleſiam, & eius alumnos deſignari. Patet autem perſpicue Notam eiuſmodi ad vos nulla prorſus ratione pertinere: Quemadmodum enim veſtra Secta nunquam fuit CATHOLICA , reque ipſa vniuerſalis, ſed vel in inuiis Saxoniæ ſaltibus , aut intra foſſas Geneuenſes,ad ſummũ in aliqua valle Angronenſi concluſa,nunquam potuit,nec poterit CATHOLICÆ nomen obtinere. Aliis vero gloriatur appellationibus : dicitur enim Lutherana, Caluiniana, Puritana, Hugonotica, & ſpecioſo titulo à veſtris contribulibus Reformata religio: cuius tamen nominis quadam ſolum prætenſione poſſeſſores eſtis: idcirco Reges noſtri Chriſtianiſſimi ſuis in Edictis,ſupremæq; Parlamentorum Curiæ in ſolennibus Decretis & Senatuſconſultis, vocem (Pretendue) quod, ſcilicet, à vobis Reformata obtendatur,

LIBRI VII CAP. 17. Caluini de Eccleſia Rom. confeſſio. *lib. 1. de Inſtit. c. 11. §. 13.*

Hæreticorum calumnia.

Hugonotica Religio non eſt Catholica.

Nouatæ religionis nomina.

datur, ipſi Reformatæ perpetuæ adiungunt: quod adiunctum vocabulum non poteſtis, quin eorum minuatis authoritatem, aut veſtram vulgetis impudentiam abiungere. Qui poteſt igitur ratione temporis dici, vel eſſe Catholica, cum à Luthero, Caluino, aliiſque eius notæ Rabbinis cœperit, quos non prius quam ſub initium exacti nuperrime ſeculi conſtat vixiſſe? At extabat, dicetis, ſed non ſubiiciebatur mortalium oculis, & vt Beza nugatur, in luto Papiſtico, Romanæque Babylonis ſordibus hærebat, vt tandem in lucem neſcio qua lucina imo Megæra obſtetricante prodiret. Iſtam quam vultis ἀφάνειαν vel inuiſibilitatem, & ipſius Reformatę ortus locum eo, quo ſuperius dixi, ſenſu admitto, planeque confirmo eam non alibi niſi in tenebris, aut omnino nihil fuiſſe: ac proinde nullo modo aſpectabilem: quodq; modo eſt, id totũ ex errorũ, Hæreſum, vitiorumq; omniũ coaceruatione conſtare. Et ex vtroq; eam nec in toto terrarum orbe, nec in vlla eius parte vnquam extitiſſe, concludo. Quo igitur pacto tunc dici potuit Catholica, imo ſemper, ac per cunctas Mundi partes, Nationeſque diffuſa? Aut qua tunc ratione id nomen iure ſibi vindicaſſet, cum poſtquam ex ouo putrido excluſa eſt, viribus adulta, alis & vnguibus inſtructa nunquam extra Europæos fines volitauit: nec cauſa eſt, nec potuit niſi in alga Lemanici lacus nidificare, aut in Rupellanis propugnaculis, paucarumq; vrbium male conſultarum tectis conſidere; cum interea parens Catholicorũ optima vbiq; conſiſteret: quæ pergit in dies fines ditionis ſuæ longius proferre, Euangeliique ſementem paſſim facere, ex qua maxime hora in exitium vniuerſi orbis, ex ob-

Beza libr. de Notis Eccleſiæ, ſupra capit. 5.

Digitized by Google

ex obſcuris ſpeluncis vbi latebat veſtra caput extulit, & vos eius emiſſarii Europæos populos deprauare cœpiſtis? illa inquam Ieſu Chriſti imperium, tam late, quam amplis finibus terrarum moles circumſcribitur, propagauit. Hoc nimirum eſt, quod diuinus Pſaltes longe ante cecinerat, apud quem æternus Pater in hæc verba filium ſuum alloquitur: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Sic idem alibi de eodem vaticinatur: *Dominabitur à mari vſque ad mare.* Atque nouis in dies acceſſionibus eius regnum propagatur: ad Orientem Solem conuertite oculorũ aciem, & videbitis in Iappone apud Sinas, in Mogoris regno Malacæ, in tractu Malabarico in Iaua vtraq; & Moluccis Inſulis Ethnicos ad Chriſti Sacramenta certatim accurrere. Contemplamini nouo orbe noſtra memoria detecto, vt Mexicani, Peruuiani, Braſilienſes, aliæque innumerabiles ad Solem occidentẽ poſitæ Nationes immanitate barbaræ, Dæmonis, Idolorumque cultui diuturno addictæ, Euangelii doctrina manſueſcant, ſuaueque vindicis noſtri iugum ſubeant. Si vultis etiam meridianam plagam cogitatione luſtrare, videbitis in plurimis Africæ regnis, Afros, Nigritas, Æthiopas, datis Chriſto nominibus, in eius ſignis militare. Ergo iuxta veterum Prophetarum oracula Eccleſiæ filii, ad ſtellarum cœli, arenæque maris numerum identidem augentur, veſtra vero Secta minuitur in dies, vltimoſq; trahens anhelitus, ad metam ſuæ inuiſibilitatis in multis Europæ locis redacta langueſcit. Summa ſit, noſtram Eccleſiam eſſe Catholicam, veræque Eccleſiæ Nota deſignari: veſtram autem nec eſſe Catholicam, nec

LIBRI VII CAP. 17.

Pſalm. 2. 8.

Pſalm. 71.

Noui orbes ad fidẽ conuerſi.

vllo pacto nominis huius apicem obtinere: ac proinde non eſſe veram Eccleſiam, cum plus vna vera dari nequeat: omnis enim cœtus alius Eccleſiæ Ieſu Chriſti nomen ſibi vendicans, infidelium eſt modo contubernium, funeſtaque Sathanæ coniuratio.

De quarta Eccleſiæ Nota, quod dicatur, & ſit APOSTOLICA.

CAPVT XVIII.

SEquitur quarta, & poſtrema Eccleſiæ Nota à nobis propoſita, quod ſit APOSTOLICA, id eſt, quod cum inchoata ſit, & fundata ab Apoſtolis continua, & nunquam interrupta ſerie temporum per legitimos eorũ ſucceſſores, ad nos vſq; peruenerit. Ab Apoſtolis fuiſſe fundatã aperte Scriptura teſtatur: & ipſe Saluator aſſerit nominatim eam ſe
Tu es Petr⁹ Mat.16.18. ſupra Petrum ædificaturum. Paulus item Apoſtolus ad Chriſtianos ſcribens: *Iam non eſtis hoſpites,*
Epheſ. 2. 19. 20. inquit, *& aduenæ, ſed eſtis ciues Sanctorum, & domeſtici*
Fundamenta 12. *Dei: ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum.* Sanctus itẽ Ioannes in Apocalypſi ci-
Apoc.21.19 uitatis Dei fundamẽta nominauit apoſtolos. Quod autem perpetuanda eſſet Eccleſia, ex Iſaia conſtat,
Iſaia.59.21. apud quem ita Deus loquitur. *Hoc fœdus meum cum eis*: (ſc. Chriſtianis) *Spiritus meus qui eſt in te,* (ſcilic. in Chriſto) *& verba mea, quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui, amodo & vſque in ſem-*
Ier.33.17. *piternum.* Idem per Ieremiam: *Non interibit de Dauid vir, qui ſedeat ſuper thronum domus Iſrael. Et de Sacerdotibus & Leuitis, non interibit vir à facie mea, qui offerat holocauſtomata, & incendat ſacrificium, & cædat victimas*

omnibus

Digitized by Google

omnibus diebus. Quæ vaticinia de Synagoga, in qua iampridē illa omnia Eccleſia naſcēte deſierunt, minime poſſunt intelligi, ſed neceſſario ad Eccleſiam, veri Dauidis regnum debent referri, vbi verum ſacrificiū cum Aſſertoris noſtri ſacerdotibus perſeuerat, & ad mundi exitium vſq; perſeuerabit. Rata ſiquidem eſt, eritque Chriſti Dñi ſancto Petro hiſce verbis facta promiſſio: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petrā ædificabo Eccleſiam meam: Et portæ inferi non prævalebūt aduerſus eam.* Hæc inſuper poſtrema fuerunt verba ad diſcipulos eiuſdem in cœlum aſcenſuri: *Ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſeculi.* Debuit igitur iam inde ab Apoſtolorū æuo perſiſtere: & ſane perſtitit, inuitis licet, & frendentibus Inferni Furiis, Tyrannis, Gentilibus, Hæreſibus cunctis, & Hæreticis, contra eam cōiuratis: nec illa prius in terris, quā terra extremum conflagrante deſiſtet. Eam ob rem SS. Patres ex perpetua Romanorum Pontificū ſibi ſuccedentium ſerie tum doctrinam Apoſtolicā, qua veluti fundamento res Chriſtiana fulcitur: tum Eccleſiæ continuationē aduerſus Hæreticorū procacē improbitatē confirmarūt. In primis S. Irenæus Valentinianos refutans, Eccleſiamq; Dei certa nota deſignans, Romanos Pontifices iam inde à S. Petro ad Eleutherium, eo tempore Petro cathedrā obtinentem, enumerat. His etiam verbis Hæreticos oēs prouocat Tertullianus. *Edāt,* inquit, *origines Eccleſiarū ſuarum: euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſſiones ab initio decurrentē, vt primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tum cū Apoſtolis perſeuerauerint, habuerit authorem, & anteceſſorē.* S. Hieronym. Euſebius. S Proſper & cæteri qui Chronica, & Eccleſiaſticos Annales

Libri VII Cap. 18.

Mat 16.18.
Matth. 28. verſ vlt.
S. Iren. libr. 3. cap. 3.
Tertul. lib. de Præſcr. cap. 32.
Euſeb. in Chronic S. Hieron. & S. Proſper in conti-

Digitized by Google

nuatione
Euſe Epiph Hær.27.
Optatus lib 2. contra Parmen.
S. Auguſt. Epiſt. 1.

ediderunt, hanc ſummorũ Pontificum decurrentẽ ordine ſucceſſionẽ ſunt exactiſſime perſecuti: quo nimirum, vt ait S. Epiphanius Eccleſiæ veritas apertius innoteſceret. Optatus Mileuitan⁹ Antiſtes eiſdẽ pene verbis, quibus Tertullianus, qui ſui prouocat Hæreticos: *Oſtendite*, ait, *veſtræ Cathedræ originem qui veram Eccleſiam vos habere iactatis.* Eodẽ ſpiritu afflatus, eademque ratione S. Auguſtinus Rom. Pontificũ ordinem à S. Petro ad Anaſtaſiũ qui tum Romanæ pręerat Eccleſiæ: & contra partem Donati cum ſcriberet: *Numerate*, inquit, *Sacerdotes vel ab ipſa Petri ſede, & in ordine illo Patrum quis cui ſucceſſit videte. Ipſa eſt petra quam non vniant ſuperbæ Inferorum portæ.* Idem alibi. *Tenet me*, ait, *in Eccleſiæ gremio ab ipſa ſede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oues ſuas poſt reſurrectionem Dominus commendauit vſq; ad præſentem Epiſcopatum ſucceſſio Sacerdotum.* Quod ſi Patres antiqui inſignem veræ Eccleſiæ, Apoſtolicæq; doctrinę notã duodecim, viginti, ad ſummum quadraginta Pontificum ſucceſſionem ſemper iudicarunt, quanto maior, illuſtrior cenſenda ea eſt, quam hoc æuo ducentorum ac viginti ex omnium ſeculorum hiſtoricis nunquam interruptam ſeriem certis nominibus cognominibuſque indicatis, proferimus? Quę nota cnm luce meridiana clarius Eccleſiam Romanam veram eſſe: & Apoſtolicam oſtendat, veſtramq; Sectam vt profanum, ac impium errantiũ conuenticulum accerſetur, quod in eo nullus Antiſtes Apoſtata Luthero coniuratorum, ac perditiſſimorum transfugarũ primo ſignifero poſſit nominari vetuſtior: haud ſane mirum quod vos ſic excruciet, vt ad eam antiquandã oẽs ingenii, induſtriæq; neruos obfirmatis animis hactenus contenderitis.

S. Auguſtinum retinet in Eccleſia Catholic. ſummorũ Pontificum ſucceſſio *contra Epiſt. fundamenti, cap. 4.*

Duas

Digitized by Google

Duas omniũ validiſſimas Caluinus fabricauit machinas, hanc vt ſucceſſionis notam labefactaret: quas modo erit facile diſſoluere. LIBRI VII CAP. 19.

Refellitur primum argumentum à Caluino contra Romanum Pontificum ſucceſſionem allatum.

CAPVT XIX.

HOc igitur modo Caluinus primam architectatus eſt machinam ad conuellendum quod ex ſanctæ ſedis ſucceſſione ducimus argumentum. *Niſi forte*, ait ille, *quia Caiphas multis ſacerdotibus ſucceſſit (imo ab Aarone vſque ad illum continua fuit ſeries) ideo ſceleratus ille cœtus Eccleſiæ titulo dignus fuit. Atqui ne in terrenis quidem imperiis hoc fieri poſſet, vt verus Reipublicæ ſtatus dicatur tyrannis Caligulæ, Neronis, Heliogabali, & ſimilium, quia Brutis, Scipionibus, & Camillis ſucceſſerint.* Ad hoc reſpondeo Pontificatus Aaronici ſucceſſionem certam idoneamque fuiſſe Eccleſiæ Iudaicæ notam: & Caipham Aaronis ſucceſſorem, legitimum hoc titulo fuiſſe Paſtorem. Hinc S. Ioannes, quod illius anni eſſet Pontifex eum aſſerit prophetaſſe: quamuis fuerit improbus, vt cæteri magna ex parte Sacerdotes, ratione quorum Synagoga dicitur Sathanica, licet vera eſſet Eccleſia, alioquin dicturuſne fuiſſet Chriſtus, cum turbis diſcipulis agens, Scribas & Phariſæos cæteroſq; eius Eccleſiæ Doctores, in Moſis cathedra ſedere, iis ergo parendũ quæ in ea ſede conſidentes, docenteſq; præciperent? Addite quod magnus erat in ea gente proborum, ex quibus Synagoga cõflabatur, numerus: Zacharias nimirum & Elizabetha S. Ioannis

Caluinus libr. 4. Inſt. cap. 2. §. 3.

Caligula Nero, Heliogabalus

Caiphas. *Ioan. 11. 51.*

Apoc. 2. 9. & 3. 9.

Digitized by Google

LIBRI VII CAP. 19.

Baptiſtæ parentes, SS. Ioachimus, Simeon, Ioſeph, SS. Annæ duæ, Mariæ plures, & alii egregia probitate viri: ac fœminæ quam plurimi, qui paulo ante vixerant, aut adhuc viuebant. Quod ſi ex bonis, maliſque coaleſcebat Synagoga, eiuſmodi eſt, vt ſupra dixi militantis Eccleſiæ conditio. Ex hiſne videtis Caluini veſtri machinam inſtar fumi in auras euaneſcere? Si quid enim eius argumentum efficit, illud tantum oſtendit non eam eſſe in ſucceſſione facultatem, vt per eam probi ſucceſſores euadant: quod nemo noſtrum aſſeruit vnquam: veruntamen per eam veritatis alicuius originem perſpicue demonſtrari docemus: qua ſcilicet, ratione ex nunquam interrupta manium ſucceſſione primum alicuius familię caput oſtenditur: & ex perpetua vndarum Rhodani, Garumnæ, Ligeris, & aliorum fluminum ab eorum fonte, primaq; ſcaturigine, continuatione de integro eorundem curſu iudicamus. Ad eum modum Romanorum à Sancto Petro Pontificum continuata ſucceſſio, ſeriem ordinem, familiæque Dei continuationem indicat, & ex ſtirpe ſua facit, vt Apoſtolica ſit, & nominetur, & veræ Eccleſiæ ei notam impertiat. Atque vt Aaronica ſucceſſio veram Eccleſiam, Deique vineam in Synagoga deſignabat: ita in Euangelica Lege Dei Eccleſiam Apoſtolica ſucceſſio. Manet igitur integrum hoc germanum Eccleſiæ ſignum: fruſtraq; Caluinus in illud ſuum futile telum intorſit: Nam ea, quam è ſtatu Romano trahit, ſimilitudo, ſuam ipſius prodit inſcitiam cum inſigni peruicatia coniunctam: nec enim Caligula, cæterique Imperatores, Conſulibus, aliiſue Magiſtratibus à populo Romano olim creari ſolitis,

Perpetuata Pontificũ ſucceſſio.

Inepta Caluiniana ſimilitudo.

litis, ſed Iulio Cæſari, qui omnium primus tenuit imperium, ſuccedebant: qua de cauſa non erat neceſſe, vt eorum ſucceſſio priorem ſtatum Reipublicæ popularis erat, repræſentaret: ſed imperium plane Monarchicum, in quo iſti quantumuis improbi Imperatores regnabant: legitimaque erat eorum ſucceſſio, verique imperij teſſera, licet bonos non efficeret Imperatores. Quid igitur facit Caluinus? Succeſſiones, ſtatusque permiſcet, penitusque peruertit, tenebras conglobat, in quibus Andabatarum more depugnans, ſuo ſe mucrone confodiat.

Alterius argumenti Caluiniaci contra Rom. Pontificum ſucceſſionem refutatio.

Capvt XX.

INſtat Caluinus, & alterum telum intorquet, vt iſtam, de qua agimus ſucceſſionẽ, ſe vehementer diſcruciantem oppugnet. *Nec vero*, inquit ille, *quicquam minus Sanctis Doctoribus, quos falſo nobis obtrudunt* (ſcil. Catholici) *propoſitum fuit, quam præciſe, quaſi hæreditario iure probare, eſſe Eccleſias vbicunque Epiſcopi alij aliis ſubrogati fuerant: ſed cum extra controuerſiam eſſet, nihil à principio vſque ad illam ætatem mutatum fuiſſe in doctrina, nec Romæ nec aliis in vrbibus, ſumebant, quod nouis erroribus conficiendis ſufficeret, illis oppugnari doctrinam ab ipſis vſque Apoſtolis conſtanter, & vnanimi conſenſu retentam.* Sic deinde concludit. *Non eſt igitur cur fucum amplius facere pergant, titulo Eccleſiæ Synagogam ſuam obtendentes ex Eccleſiæ nomine,* Reformator iſte furit, bacchatur, ac firmamento huius ſucceſſionis oppreſſus conuiciis

Doctores Catholicos Canaillos ſeu nebulones vocitat Caluinus.

Nugatores brouillons

ſumptis è triuio ſe tueri conatur: eiusque reſponſio ex mendaciis, merisque calumniis tota conflatur, qualia ſunt cætera eius ſcripta, quæ funeſto calamo ad obſcurandam veritatem in vulgus emiſit. In primis fallitur & fallere vult, cum ait hæreditarium ius vbicunque obtendi, vbi eſſet Epiſcoporum ſibi aliorum aliis in munere paſtorali ſuccedentium ordo: nihil ſiquidem hinc aliud efficere cogitant Doctores Catholici, quam quod antiqui Patres, nimirum aptam, & indubitatam ſtatuere veræ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ notam, ex continua ſucceſſione, non omnium quidem, vt iſte nugatur, ſed ſolius Romani Pontificis Sancti Petri, omnium Apoſtolorum Principis, ſucceſſoris: cui ſatis eſt ſoli, totius Eccleſiæ, quæ ſe vt IESV CHRISTI Vicarium agnoſcit, nomine, quænam ſit Apoſtolica doctrina diiudicare. Quod igitur Sedis Romanæ ſucceſſio ad deſignandam Eccleſiam Apoſtolicam, & Hæreticos refellendos ſola ſufficeret, idcirco Patres cæterarum, atque adeo propriarum ſedium ſucceſſione ſuperſedentes, eam ſolam in medium afferre conſueuerant. Epiſcopus Lugdunenſis in Gallia erat Sanctus Irenæus, Sanctus Auguſtinus, & Optatus in Africa, Euſebius Cæſarienſis in Palæſtina: quorum nullus Eccleſiæ ſuæ, ſed ſolius Romanæ ſucceſſionem literis conſignandam putauit. Caluinus cum reſpondendo non ſit, nodum quæſtionis diſſimulat, Patrum mentem in dubium reuocans, cum ei foret diſquirendum, an Succeſſio eſſet idonea Eccleſiæ Apoſtolicæ nota. Deinde nihil pro ſe afferendo, multa ſatis pro

S. Irenæus. S. Auguſtinus. Optatus. Euſebius Suarum Eccleſiarũ ſucceſſiones minime adnotarunt.

tis pro

tis pro noſtra cauſa proponit: fatetur enim æuo Patrum ex hac ſucceſſione argumenta ducentium, ad ſæculum vſque Doctorum nullam in Eccleſia Romana doctrinæ mutationem accidiſſe, ac propterea validum eorum eſſe argumentum, ad veram Eccleſiam, ex vi ſucceſſionis aſſerendam: & exortos errores opprimendos. Quod noſtræ ſententiæ ita ſuffragatur, nihil vt amplius requirendum ſit, cum ad probandam Eccleſiam noſtram Apoſtolicam eſſe ſufficiat, nullam ſiquidem tradit diſſentientem ab ea doctrinam, quam eo tempore Eccleſia Romana profitebatur, vt ex Doctoribus liquet, qui veram Eccleſiam ex ea Romanorum Pontificum ſerie confirmabant. Tertio, Catholicos Doctores, quod hoc Patrum argumento contra ſuam Sectam vtantur, pro ſua reformata modeſtia nebulones appellat: eosque nihil effecturos eſſe concludit. At quam inepta, quam futilis & præpoſtera colligendi ratio? Prorſus Phariſaica: Siquidem cum Scribæ & Phariſæi hoc inſtar antecedentis propoſitionis, quod Saluator multa ſigna, ac miracula patraret, poſuiſſent, eum de medio tollendum colligebant: cum è contrario inferre debuiſſent, in eum eſſe credendum, & veluti Hebrææ gentis aſſertorem, lege Moyſis, ac Prophetarum voce promiſſum ſummis, ac diuinis honoribus afficiendum. Cum enim faſſus eſſet Caluinus recte ex hoc loco Patres fuiſſe argumentatos, nos Catholicos, qui eodem vtimur argumento, nugatores, nihilque inde aſſecuturos colligit, cum ita debuiſſet: nos recte facere Patrum inhærentes veſtigiis, quod ex Roman. Pontificum ſucceſ-

Caluini aduerſus ſuã Sectã confeſſio. *l. 4. Inſtit. c. 2. §. 3.*

Impudentiſſima Caluini modeſtia.

Quid facimus. Io. 11. 47.

Digitized by Google

ſucceſſione, iam inde à Sancto Petro, Eccleſiam noſtram Apoſtolicam, ac proinde veram eſſe Eccleſiam præclare confirmemus: veſtram autem Eccleſiam Sectam duntaxat nouam, & vitioſa origine ſcaturientem. Et hæc eſt Catholicorum Doctorum concluſio: qui in hac ſucceſſionis arce ita profecerunt, vt in nobis hactenus non fuerit, eos ex hac munita ſtatione deturbare: ſed ne quidem, qua parte eam poſſetis aggredi, videre. Hic certe quam mollem, quam inertem, quam eneruatum ſe præbuit Caluinus, qui nihil aliud potuit, præter vnum, & alterum telum imbelle ſine ictu, ne quicquam contra fortiſſimos Succeſſionis propugnatores? Qui ſi nihil ille profecit: quid vos Therſites, & in hoc dimicandi genere plane Pygmæi nullo modo cum illo Nembrotho comparandi? Quis vobis animus? Quæ vires? Quid roboris ad ſucceſſionem iſtam labefactandam attuliſtis? Nihil omnino: manet, perpetuoque manebit Vaticana nunquam intermittenda ſucceſſio: illud modo ad iuuandos irritos veſtri Doctoris Caluini conatus potuiſtis adiungere, vt diceretis non perpetuatam fuiſſe doctrinam, quemadmodum perſonas in ſucceſſione Romanorum Epiſcoporum: ſed ex hoc firmamento quam vani ſunt veſtri conatus apparet: nunquam enim coaceruatis vndiquaque argumentorum copiis oſtendere potuiſtis inter omnes Romanos Epiſcopos, qui ſibi viciſſim in eadem ſede ſucceſſerunt, interruptionem fuiſſe doctrinæ. Nec enim hanc ſucceſſionem ſanguinis vel affinitatis, ſed fidei & authoritatis eſſe contendimus. Et vero maiusne fuerit Synagogæ priuilegium, quam regni

Vanum Miniſtrorum ſubſidium.

IESV

IESV CHRISTI? An Sacerdotium Aaronicum breuiſſimo tempore duraturum, Pontificum atque Iudaicæ legis nunquam intercilam perennitatem habuerit: careat autem illa Sacerdotium, doctrinaq; IESV CHRISTI, quæ nullis temporum, ac locorum terminis definiuntur? Vos vero qua ratione Pontifices Romani ſucceſſores eorum, qui primis quinque ſæculis floruerunt, à recta fide excidiſſe, auitamque doctrinam abieciſſe confirmatis. Quæ Concilia à quibus fuerint damnati, producitis? Veſtrumne Vapincenſe conciliabulum, in quo ſymbolum veſtrium nouo auxiſtis articulo, quo ad Bibliorum nuper Geneuæ cuſorum mentem Papa deinceps à reformata plebe Antichriſtus appelletur? Vbi iudicia eiuſmodi, damnationesque Pontificum? Vllamne periodum, aut ſyllabam ex vllo libro, probatæue fidei authore potuiſtis vnquam afferre ad eorum fidem faciendam, quæ tam importune iactatis? Ex aduerſo, quam multis, quam ſolidis argumentis noſtra confirmamus? Nonne ſunt à nobis Sanctorum Patrum monumenta, Concilia Orthodoxorum œcumenica, annales, Eccleſiaſticæque tabulæ, quæ perennem tam fidei, Apoſtolicæque doctrinæ, quam perſonarum ſucceſſionem in Sancta Petri Sede teſtantur? Summa tandem ſit, Eccleſiam noſtram eſſe dicique Apoſtolicam, & hac nota Vt aliis tribus vt veram Dei Eccleſiam agnoſci, auditi, meritoque honore affici debere: contra pſeudoreformatam nec vnam, nec ſanctam, nec Catholicam, nec Apoſtolicam eſſe poſſe, nec aliis deſignari notis, niſi quas ei Sathanas iuſſit, Eccleſiam dico peregrinam, nouam, nulliusq; prorſus

LIB. VII. CAP. 20.

Tu es Sacerdos in æternum. Pſal. 109. 5.

Anno 1603 Miniſtri Caluiniani in Synodo Vapincenſi in Delphinatu nouum fidei ſuæ articulum ediderunt.

ſus

Eccleſia Hugonotica Babylon.

ſus authoritatis Eccleſiam: imo non Eccleſiam, ſed coniuratam errantium manum, Cyclopicã Rempublicam, Pantheon, & execrandam ſuperſtitionum Babylonem: ac proinde vos extra Dei arcam extraque Eccleſiam palabundos per auia, & abrupta vagari, omni ſpe ſalutis adempta, vltoribus diuinæ iuſtitiæ fluctibus expoſitos, & in exitij ſempiterni voraginem iam iamque, niſi reſipiſcatis, præcipitandos. Quamobrem bene monentem audite, & in Dei familiam vos, pœnitendo recipite, ex qua per ſummam ſtultitiam, ac leuitatem exiſtis.

IDOLOLATRIÆ HVGONOTICÆ LIBER OCTAVVS.

De Idololatria Deorum domeſticorum, qui LARES, GENII, PENATES, *ac* MANES *dicebantur.*

Capvt I.

Feſt Pomp. l 7. S. Aug. l. 7. de ciuit. c. 13. Horat. l. 3. Ode 17. Arnob. l. 1. cont. Gent.

Dæmones boni, & mali.

S. Aug. l. 9. de ciui. c. 11

CVltus, & Idololatria Deorum, quos Latini *GENIOS, LARES, PENATES, MANES*que nuncupabant, generali Deorum familiarium nomine, quorum alij pro aliis idemtidem vſurpabantur, erat in cultu poſita, quem vnaquæque familia, aut quilibet priuatim diis peculiaribus, vel à ſe confictis, vel aliena fide receptis exhibebat, Eos Græce *DÆMONAS* dicebant, in duoque genera partiebantur, bonorum vnum, malorum alterum: & ſingulos ſingulis hominibus ab ortu

Digitized by Google

ortu deſtinari, domosque tutari credebant. Eam ob cauſam *LARES* ab iis figura canis, quod ſit animal domeſticum, ad cuſtodiam aptum, ac fidelitatis Hieroglyphicum effingebantur: ipſaque domus & familia *LARIVM*, ac *PENATIVM* nomine frequenter vſurpabatur. Et hæc credulitas poſtquã in Ethnicorum animos, Dæmonum fraude cæcatos irrepſit, haud facile dictu eſt, quot ſuperſtitiones excogitarint, qua Idola corporata fingendo ad ſimilitudinem eorum, quæ animo & cogitatione commenti fuerant: qua ritus, cæremonias, & ſacrificia inſtituendo, quibus ea ficta numina venerarentur. Author eſt Lampridius Alexandrum Imperatorem in certo domus loco, quod à voce *LAR* dicebatur *LARARIVM* varia Idola ex ære conflata habuiſſe, inter quæ Orphei, & Apollinij ſtatuas cum Abrahami, & Saluatoris imaginibus collocarat: in hoc quidẽ pius, quod ſacris imaginibus honorem haberet: Idololatra vero in re pia, eo quod ſacras imagines cum profanis admiſceret: cultuque ſuperſtitioſo, & impio Deum ſimul & Dęmonem colendum arbitraretur. Præterea vſu receptũ erat, vt ſuo quiſque natali Genio, maxima celebritate ſacrificaret: vnde fluxit Latina vox *GENIALIS DIES*, feſtus, nimirum dies relaxationis, & hilaritatis: ex quo tritum ſimiliter adagium, *GENIO* indulgere, quod eſt cuticulam, ſeque molliter curare: vt ſenſu contrario, *GENIVM* fraudare, manauit. In Scriptura Sacra notatur hæc ſuperſtitio, in qua dicitur Laban quædam Idola, Deosque familiares habuiſſe, quos eius filia Rachel, & vxor Iacob Patriarchæ clam ſuffurata eſt: vbi nunc Idola nuncupantur: non autem, vt vos falſo interpretari ſole-

Lib. VIII. Cap. I.

Gentilium opinio de bonis malisque Geniis cuilibet attributis. *Cenſorin. de Die Natali.* *Ammian. Marcel.* *Plutar. in Problem.*

Lares, & Penates, id eſt, domus cuiuſque.

Lararium.

Alexander Imp. *Lamprid. in Alex.*

Idola Laban.

Gen. 31. 19.

Vxorem Hebræam Theraphin vertũt 70. εἴδωλα.

Lib. VIII Cap. I.

Sup. lib. I. c. 2.

ſoletis imagines: nunc Dij Laban: in quorum altero externa inanium Idolorum ſuperſtitio arguitur, in altero interior, ſtultaque credulitas: & in vtroque Deorum domeſticorum cultus, & domui Laban peculiaris indicatur. Michas, vt eadem hiſtoria ſacra commemorat, Idola quædam argentea ſibi conflanda curauit, quibus, adminiſtro Leuita mercede conducto, ſacra factitabat. Denique ea conſuetudo in cœca Gentilitate illis temporibus inoleuerat, nullus vt eſſet paterfamilias, quin pro ſua libidine eiuſmodi Deos, animo primum fingeret, quos deinde ex auro, argento, ære aliaue materia fabricaretur, & ad extremum variis ſacrificiis, multiplicique ritu coleret. Huius veritatis ſcopum viſus eſt incogitanter attigiſſe Virgilius, cum iuuenem bellatorem his verbis loquentem induxit:

Michas. *Iud. 17. 5. & 18. 24.*

Virg. 9. Æneid.

> *Niſus ait: Diine hunc ardorem mentibus addunt*
> *Euriale? An ſua cuiq; Deus ſit dira Cupido?*

Porro ſi illi qui eiuſmodi Deos & Idola comminiſcebantur, authoritate inter mortales excellerent: aut ſapientiæ, atque virtutis opinione, quales plerique Philoſophorum commendarētur, ij nullo negotio ſuis commentis diuinitatis authoritatem feciſſe poterant: quod vel vnius Nabuchodonoſoris Babyloniorum Regis patet exemplo: qui omnibus imperij ſui populis Idolum aureum publice collocatum, ſtatim atque varij generis muſica concreparent inſtrumenta, proni vt adorarent præconis voce præcepit, ſecus qui facerent, fornacis incenſæ pœnam ſuſtinerent. Cui edicto nefario cum tres adoleſcentes Hebræi parere recuſaſſent, in eam fornacem è veſtigio coniecti fuerunt,

Nabuchodonoſor. *Dan. 3. 4.*

Tres Hebræi illæſi ab igne. *Dan. 3. 96.*

vnde

Digitized by Google

vnde penitus illæſi, immortalisque gloriæ lauro coronati exierunt, quo mirabili euentu Rex immutatus edicto ſuperiori contrario iuſſit, vt vnus, & verus Vniuerſitatis rerum parens, & rector Deus per omnes ſui regni prouincias celebraretur. Hæc ſumma eſt Idololatriꝫ Deorum familiarium. Non me latet politioris literaturæ Scriptores plura multo de *Laribus*, *Geniis*, *Penatibus*, & *Manibus* ſeparatim, quæ poſtea paucis attingam, adnotaſſe. Sit hoc veluti fundamentum eorum, quæ modo ſum de huius Idololatriæ, in veſtra Secta renouatæ origine, dicturus.

Quod hanc Idololatriam ſuper φιλαυτίᾳ primigenia ſobole ſuperbiæ, & ſuper iis, quæ de bonis, ac malis Angelis Eccleſia credit Diabolus conſtituerit.

CAPVT II.

HVius Idololatriæ fundatori Diabolo duplex baſis commodum obiecta eſt: prior φιλαυτία, & parens Idololatriæ, ſicuti cæterorum vitiorum, ſuperbia: quod Hebræorum ſapientiſſimus obſeruat nominatim in hac ſuperſtitione, quæ hominem illuſtriori ad ſpeciem vanitate paſcit, cum his illecebris ineſcatus, ſe aut eſſe Deum, aut poſſe Deos fabricari ſibi perſuadet. Hac pedica ſcelerum artifex primos parentes irretitos incertum præcipites egit exitium. Hic ille eſt honoris apex, quem Ethnicus Triſmegiſtus Ethnico more filium Aſclepium alloquens, his arrogantibus verbis, & hominis intemperiem, redolentibus, extollit: *Poteſtatem hominis, ô Aſclepi, vimque*

Idololatriā φιλαυτία & ſuperbia gignunt.
Sap. 14. 13. 14. 15. 16. &c.
Vanitas amoris ſui ipſius pabulum.
Eritis ſicut Dij Ge. 3. 5.
Profana Triſmegiſti oratio.
in Aſclepio c. 9.

Digitized by Google

LIB. VIII. CAP. 2. De creatione cœleſtiũ terreſtriũq; Deorum.

cognoſce: Dominus & pater vel (quod eſt ſummum) Deus, vt effector eſt Deorum cœleſtium, ita homo effector eſt Deorum, qui in templis ſunt, humana proximitate contenti: & non ſolum illuminantur, verum etiam illuminant. Nec ſolum ad eum proficit, verum etiam confirmat Deos. Et paulo poſt. *Vt ſicuti pater, ac Dominus, vt ſibi ſimiles eſſent, Deos fecit æternos, ita humanitas Deos ſuos ex ſui vultus ſimilitudine figuraret*: Ait igitur hic author magni apud ſuos nominis, iuxta verſionem Latinam Lucij Apuleij Madauenſis ad imitationẽ Dei Deos ab homine fieri: ſed Deos plane terreſtres, non quales Deus facit cœleſtes & æternos: cuiuſmodi ſunt, ex mente huius authoris aſtra, corporaque cœleſtia: vt contra Dij terreſtres aliud nihil erant niſi ſtatuæ, quas Ethnici in delubris, domibusque priuatis, vt numina adoranda collocabant. Genus hoc eſt orationis omnino profanum, quo fons, & radix totius Idololatriæ maximeque Deorum domeſticorum ex ſuiipſius amore, atque ſuperbia fluxiſſe aperte declaratur. Hoc ſiquidem φιλαυτίας fumo mortales obruti, vehementerque geſtientes, excellentiæ ſuæ, nominisque famam propagare, hanc Deorum fabricationem vt quippiam admirabile, ac diuinum rati, quoſdam domeſticos Deos ex auro, argento, ligno, vel argilla effinxerunt, effictosque variis ſuperſtitionibus, & ſacrificiis coluerunt: vtque ſuarum opera manuum adamarunt, amplexatique ſunt ſuos GENIOS, LARES, PENATES, & MANES, eſſe crediderunt, dataque occaſione publice colendos propoſuerunt. Atque hæc prima fuit, & generalis omnis Idololatriæ maximeque Deorum domeſticorum cauſa. Altera fuit præcipua & ſpecialis, nimirum

Aſtra æterni Dij.

φιλαυτία prima Deorũ domeſticorum origo.

Secunda cauſa eorundem.

mirum fides Eccleſiæ, quam Diabolus Dei ſimia & æmulus ſexcentis erroribus, ac mendaciis adulterare, ſuperque eam ſuperſtitionum ſuarum moles attollere ſemper conatus eſt, quippe cui ſolenne optimas fruges in peſſimas herbas, loliumque conuertere. Conſtans ſiquidem ſemper fuit tam in lege naturæ, ac Moſaica, quam poſt vulgatum Euangelium in Eccleſia Dei fides, atque doctrina, bonos, & malos Angelos exiſtere: ac bonos quidem ſummo ſtudio in Creatoris obſequium, & eius decreto, in hominum ſalutem incumbere: innumerabilem eſſe multitudinem eorum in cœlo, qui veluti domeſtici cœleſtis aulæ Principes, ſupremæ ipſi Maieſtati præſto ſint, de quibus Daniel agens: *Millia*, inquit, *milliũ miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei*: alios item ad motus corporum cœleſtium moderandos deſtinari: quoſdam etiam hominibus cuſtodiendis, ac regendis attribui: *Omnes ſunt*, ait Apoſtolus, *adminiſtratorij Spiritus, in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capient ſalutis.* Nec vero id vno modo: nam alij prouinciis ac populis cuſtodiendis præficiuntur: vrbibus alij, ſingulisque familiis, vt ex eodem Propheta conſtat: qui mentionem Gabrielis Angeli facit, reditum Iudæorum in Palæſtinam curantis, ſicut & Michaelis vnius ex principibus, primis nimirum Archangelis, quem ait ad eum, in hac re iuuandum veniſſe. Sancto item Ioanne diſcimus ſeptem Angelos totidem Aſiæ Eccleſiis, ſingulos ſingulis attributos. Quin etiam author eſt Ioſephus ante paulo, quam Hieroſolymitana

[Margin notes: LIB. VIII. CAP. 2. — Boni, malique Angeli. — *Dan. 7. 10.* — *Heb. 1 14.* — Angeli prouinciarum cuſtodes. — *Gabriel.* — *Dan. 9. 21.* — S. Michael Archangelus princeps Perſarum. — *Dan. 10. 13.* — Septẽ Eccleſiarũ Angeli totidem. — *Apoc. 1. 4. 20.*]

Lib. VIII. Cap. 2. *Ioſeph. l. 6. de bello Iud. Niceph. l. 3. c. 4.*

Ciuitas euerteretur, auditas ex intimo ſacrario voces quorundam, dicentium, abeamus hinc recedamus: nec dubium eſt, quin fuerint illius ædis ſanctiſſimæ tutelares Angeli, qui imminente extremo rebellis, ingratæque Ciuitatis excidio, ſummi iuſſu Imperatoris de præſidio, diuturnaque ſtatione diſceſſerunt. Præterea certa fide credebatur Angelos pro hominibus ſpeciatim exiſtere, & ab eorum ortu vnum vnicuique aſſignari mortalium, qui eum conſilio, monitis internis, modisque omnibus tum ſuæ, tum ipſius hominis naturæ congruentibus, regeret, & quamdiu eſſet in vita, nec eum vllo temporis puncto deſereret, donec iuuaret, aut perpetuis ſubterraneorum flammarum incendiis adiudicatum, aut in beatitatis æternæ poſſeſſionem receptum videret. Et de his Angelis ille apud S. Matthæum locus eſt plane intelligendus: vbi Seruator noſter cum ſedulo cauendũ moneret, ne verbis, aut factis vlla teneræ puerorũ ætati eſſe poſſit offenſio, ait eorum Angelos ſemper patris cœleſtis faciem contueri. Quem locum explicans S. Hieronymus: *Magna eſt*, inquit, *dignitas animarum, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiam ſui Angelum delegatum.* In hiſtoria denique Apoſtolorum, cum audirent Chriſtiani puellam renunciantem pro foribus adſtare Petrum Apoſtolum, eiuſque ſe vocem audiuiſſe, & illi incredibile indicarent & vinctum, & adeo vigili cuſtodia aſſeruatum, carcerem euadere potuiſſe, non ipſum, *ſed Angelum eius eſſe* dixerunt: quæ profecto coniectura communem apud Iudæos fidem fuiſſe declarat, à Deo vnum ſingulis hominibus Angelum cuſtodem aſſignari.

Angeli hominum cuſtodes. *S. Hier. l. 3. in Matth. 18. 10.* *Angelis ſuis mandauit de te. Pſal. 90. 11.* *Act. 12. 15.*

Eſſe

Eſſe præterea maleficos Angelos, tales ſua ipſorum malitia factos, qui vulgo Dæmones, Diabolique dicuntur, ſemper in Eccleſia fuit certa fide receptum: & hi quidem vel ſinguli, vel turmatim conglobati, ſe vt bonis Angelis opponant, omnes induſtriæ, naturæque neruos ad fallendos, perdendosque mortales intendunt. Ac de iis ſedulo cauendis S. Petrus vniuerſim admonet his verbis Chriſtianos: *Sobrij eſtote, & vigilate, quia aduerſarius veſter Diabolus, tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret.* Neque dubitandum eſt quoſdam eorum in mediis vrbibus, in mari, in ſolicitudinibus, omnes denique locis mortalibus infeſtos, vt eos in fraudem inducant, lædant, impedimenta ſalutis obiiciant, die nocteque verſari: quorum ſi malignæ voluntati, ac viribus Deus fræna remitteret, certum eſt mortalium admodum paucos exitium ſempiternum euaſuros. Quid enim ſciant, quidue poſſint afficere, ſatis aperte tum ex Scriptura Sacra, tum ex cladibus nouis, ac veteribus, quas in orbem intulerunt, oſtenditur. Atenim vim eorum, nocendique cupiditatem diuina coercet prouidentia, neque mortalium quemquam permittit ab illis, vltra quam obſiſtere poſſit, oppugnari: vt præclaram, ſi quidem velit, victoriam ex ea dimicatione conſequatur. Ex his quæ de bonis ac malis Angelis fidelis Dei popupulus ſemper tenuit, Cacodæmon Idololatriæ Deorum domeſticorum inſtituendæ anſam arripuit, mutando, addendo, minuendo quæcunque ſuam ad rem facere videbantur. Varia eiuſmodi numinibus indidit nomina: primum *Geniorum*, credulis perſuadens mortalibus, eos eſſe Deos,

Lib. VIII. Cap. 2.
Dæmones hominum vexatores.
1. Petri 5. 8.

Lib. VIII. Cap. 2.

qui ſingulorum hominum ortui præeſſent: cum iiſdem naſci, quorum deinceps, & ſingulorum locorum cuſtodes exiſterent. Deinde eos *Lares* nuncupauit, qua ſub appellatione porcus eis mactabatur. Præter ea *Lemures*, *Penates* Deos domeſticos, ac patrios: item Manes, Deos cuiuslibet hominis tutelares: hinc Æneæ pater Anchiſes aiebat: *Quiſque ſuos patimur Manes.* Cæterum tametſi nonnulli hos inter ſe differre contendant, alios nihilominus pro aliis idemtidem vſupari videmus, vixque potuit ad hunc diem, vllum inter eos aſſignari diſcrimen: ſic collibitum eſt Diabolo, ſibi addicta mancipia tenebris inuoluere: quas inſuper denſiores effecit, vt Ethnicorum mentes vehementius multo in hac fictorum nominum ſuperſtitione perturbaret. Etenim per Philoſophos tradidit, vt Sanctus Auguſtinus obſeruat, nihil aliud eſſe Dæmones, niſi hominum animas, & eas (ſi quamdiu fuerunt in corporibus incluſæ, recte, & cum virtute vixerant) in *Lares*, bonos videlicet dæmonas, & quietos domorum cuſtodes euadere: ſin male in Lemures, Laruas, ſpectra & maleficos dæmonas conuertit: Illas vero Manes appellari, de quarum vitæ meritis dubitaretur. Quam doctrinam, vt omnino peruerſam S. ille Doctor inſectatur, quod latiſſimum ad omnem improbitatem campum aperiret, cum per eam homines ad male viuendum allicerentur, propoſita ſpe, fore vt Dæmones, Diique domeſtici aliquando fierent, atque diuinos honores adipiſcerentur. Atque fuit hoc Sathanæ commentum, fidem filiorum Dei, circa naturam, & officium Angelorum peruertentis: vt Deorum familiarium Idololatriam ſtabiliret

Penates. *Quaſi patres nos nati. Cic. de Nat. Deor. V. Macrob. li. 3. Satur. c. 4.* *Ænei. 6.*

S. Aug. l. 9. ciuit. c. 11. Plutar. in vlt. de Repub.

Opinio falſa de animabus in dæmonas muratis.

biliret: quam quo modo in veſtra Secta renouarit, videndum reſtat.

Quod Deorum familiarium Idololatria in Hugonotorum Secta renouata ſit.

CAPVT III.

VIx poſſem apertius oſtendere veterem Deorum Penatium, Dæmonumq; Domeſticorum Idololatriam in veſtra Pſeudoreligione Dæmonis calliditate renouatam fuiſſe, quam petito à Doctoribus veſtris teſtimonio, & ex his quæ effari, & efficere ſoletis. Qualis fuerit Luthero Genius, Deusque domeſticus, vos aliquando legiſſe arbitror: & ipſemet vltro declarat, cum ſe domeſticum monitorem, peculiaremque Doctorem habuiſſe Diabolum diſerte fateatur, palamq; glorietur, in iis præſertim, quę contra Eccleſiam docebat, quam ille per contumeliam, nuncupat Papiſticam, eo in libro quem ſcurriliter *Miſſam angularem* inſcripſit: vbi fuſe narrat bene litigioſam, ac longam inter ſe, nobilemque Genium diſputationem fuiſſe: & admodum graues ab illo propoſitas ſibi difficultates, de doctrina ſacrificioq; Miſſæ: de reali corporis, & Sanguinis Chriſti in Euchariſtiæ Sacramento præſentia: de conſecratione, & tranſſubſtantiatione: de ordinibus ſacris & initiatione Sacerdotum: de inuocatione Sanctorum in Miſſa, aliisque fidei capitibus, tam valida, & ad diſſoluendum difficilia graui, fortique voce argumenta obieciſſe, vt & ſudorem ſibi manaſſe, çor intremuiſſe & palpitaſſe fateatur. Tandem

Genius Deusque Domeſtic. Lutheri.

Luth. de Miſſa angul. & conſecrat. Sacerdotum. to. 6. Germ. fol. 28.

malus ille Genius victor, & coronidem apponens diſputationi: ſi in hac, inquit, aliisue de fide capitibus homines aliud quippiam præter expreſſum Dei verbum docuerint, id nimirum pro vana, falſaque habendum. Quod Dæmonis effatum vos ex eo tempore amplexatis idemtidem pergitis inculcare: non quidem vt ex rei veritate ſonat, ſed ad eum ſenſum mendacem accommodate, quem *Lar* ille magnus Diabolus expoſuit: nullas videlicet leges, aut conſuetudines, quæ non præſcribantur in Scriptura diſerte, eſſe recipiendas. Ex ea diſputatione magis familiarem illum Genium Lutherus habuit, quam dæmonem ſuum olim Socrates, vt in multis ſuorum operum locis voluit eſſe teſtatum. Sunt hæc eius verba in colloquiis: *Quando cum hominibus ſum*, inquit ille, *non nocet mihi Diabolus*: *cum vero me ſolum deprehendit*, *tum docet me mores*. Talis quippe dignus erat tali Magiſtro diſcipulus. Ibidem: *Malo*, inquit, *per Diabolum, quam per Cæſarem interire*: *ſic enim per magnum Dominum interirem.* Quis dubitat voti ſui factum fuiſſe comporem? Item: *Crede mihi*, ait contra Carloſtadium ſcribens, *bene, imo valde bene Diabolum noui, quippe qui*, ait alibi, *frequentius & propius mihi condormit, quam mea Catharina.* Narrat præterea ſe nonnũquam cum Diabolo deambulare: additq; ſe vnum, & alterum Diabolum admirabiles habere, nec eos quidem vulgares, ſed magnos & induſtrios, atque adeo ſummos præ cunctis dæmonibus Theologiæ Doctores eſſe, à quibus diligenter, & admodũ attente obſeruetur. Zuinglius item

Dæmon Socratis.
Plato ſæpe.
Tertul. lib. de anima. c. 39.
Plutarch.
Lutherus deambulat cum Diabolo.
In colloq. menſalibus German. editis fol. 275.
Mauult à Diabolo, quam à Cæſare occidi.
Ibidem fol. 259.
Secũ cubat Diabolus. Duos habet fol. 275.

item Lutheri diſcipulus, ſed Magiſtro pernicioſior exponit Phaſma, ſpectrũue ſibi adfuiſſe dormienti, à quo veram de Euchariſtia doctrinam acceperat. Sunt nimirum primi Dii illi Domeſtici, quibus maiores veſtri gloriari ſolent, quique adiuuante mendaciorum parente, Idololatriæq; authore illi innumerabiles præterea Deos eiuſmodi fabricati ſunt: nec quiſquam eſt veſtrum, quin item peculiares habeat: quonam vero id modo, accipite. In primis Dii veſtri domeſtici ſunt errores, & Idola in veſtris male ſanis conflata cerebris: veri Genii vobiſcum, ac poſt vos, nati: & quemadmodum Eccleſia veſtra inuiſibiles: quorum eſſe nullum ſit: veri Lares, & Laruæ ioculatores, ridiculi, ſenſum voluptate permulcentes, carnique vos vt perdant, nocte dieque blandientes: Sunt *Lemures, Lamiæ*, ſpectra, noxiaq; Phaſmata, ad perturbandam Eccleſiæ Dei pacem, & quietem ex imis Tartari ſpeluncis emiſſa: ſunt denique *Manes* ad vexandas conſcientias & homines ad inſaniam adigendos, infeſti. Nonne confictià Luthero, Caluino, & Beza, quos audiuiſtis errores, ſunt Dii eorum peculiares primum ac domeſtici, quos deinde palam vt adorarentur, expoſuerunt? Quid? Num cenſendus eſt Deus phantaſmate conceptus, ac peculiaris Domeſticus Deus, qui bonitatis expers inducitur? Nullis ſimiliter diſtincta Perſonis Trinitas? Homo libero carens arbitrio? Chriſtiana iuſtitia abſque remiſſione peccati? Baptiſmus lotio, alioue fœdiori liquore collatus? Euchariſtia non modo ſine corpore & ſanguine Ieſu Chriſti, verum etiam iuxta Bezæ decretum, in qua nec panis, nec vinum, ſed aliud quiduis proponatur? Nonne hæc, & alia ſunt domeſtica, & larualia Idola,

Zuinglius. *In ſubſidio Euchariſtiæ. D ij.b. D.iij.a.*

Dii Reformatorum domeſtici.

Genii.

Lares.

Lemures.

Manes.

Commentitii Hugonotorum Dii.

Ipſorũ ambitione fabricati.

Digitized by Google

lia Idola, quæ iſti mendaciorum opifices primum in ſuperbiæ cupiditatiſq; ſuæ fornace conflarunt: eaq; conflata politaque publice, tanquam Religionis Idola poſuerunt, vos vt ea deinceps probaretis, admitteretis, & ad ſonitum Scripturæ perperam laudatæ, ſcriptorumq; SS. Patrum deprauatorum, cum Pſalmis modulate cantitatis veneraremini, quemadmodum profanus Rex Babylonis olim iuſſerat aureum ſuum Idolum ad variorum Muſices inſtrumentorum concentum adorari? Sed his miſſis Idolis: inficiarine poteſtis, quin vnuſquiſq; veſtrum ſuos Lares Deoſq; domeſticos, in intimo ſui iudicij larario circumferat, & veneretur? Cum enim quæpiam Caluini, Bezæ, aut cuiuſuis alterius è veſtræ Reformatæ proceribus obiicitur propoſitio, quam falſam, & abſurdam vrgente vos ratione, agnoſcere cogimini, tum neq; in Caluini, neque alterius hominis verba iuraſſe, veſtramq; fidē, nequaquam ex illorum fide pendere reſpondetis: haud obſcure indicantes huiuſmodi reſponſo, vos peculiarem fidem, Deos proprios atq; domeſticos habere: quod vetus ac friuolum effugium in huius operis præfatione præcluſi. Vigenti vos cuipiam Catholico ad promendam, quam ſequamini in fide veſtra regulam, reſponſitatis primo eſſe Dei verbum, non ex communi Eccleſiæ Catholicę Doctorum ſententia, ſed ex veſtro ipſorum ſenſu expoſitum. Et ſi vlterius quiſpiam inſtet, cauſam vt afferatis, qua inducimini, vt priuatū iudicium cōmuni Eccleſiæ conſenſui præferendum putetis: ſecundo illud Caluinianum pro reſponſo datis, adhærendū videlicet eſſe veritati: voſque interius à Spiritu ſancto moueri, conſcientiam veſtram ab eodem certam

Nabuchodonozor. *Dan. 3. 5.*

Singuli Hugonoti ſuos habent Lares.

Genius Hugonotorū eſt ipſorū peculiare iudicium.

Spiritus particularis.

Inepta Hugonotorū reſponſa.

certam fieri, vos ſic intelligendo aſſequi veritatem, aliud vero ſentientes hallucinari. In quo Anabaptiſtas cognatos veſtros ſtudioſa imitatione conſectamini, qui adulterium, paricidiũ aliudue quodcunq; facinus admiſſuri, ad id patrandum ſe à Spiritu moueri, & ita fieri oportere contendunt. Eamobrem patet vos ad Scripturæ authoritatem ea lege confugere, vt tandem veſtram imaginandi facultatem, atque conſcientiam ſupremum velitis eſſe iudicem: quo, ſcilicet, illa de Doctorum ſententia, de veritate, de fidei quæſtionibus, ſine vlla cuiuſq; prouocatione pronuntiet: adeo vt Conciliorum, vniuerſæque decreta Eccleſiæ (quæ fuit intoleranda Caluini ſuperbia) veſtræ velitis cenſuræ ſubiacere. Ecce veſter *Genius*, veſter *Lar*, Sectæque reformatæ tutelaris, qui vos regit, ducit, mouet, quo duce, & authore nihil non credere, dicere, moliri, ac facere detrectatis: quæ Idololatria longe pernicioſior, ac periculoſior eſt, quam vetus illa Deorum domeſticorum, tribus maxime de cauſis.

Concilia à Caluino ſugilãtur. *libr. 4 Inſt. cap. 9. §. 8.*

Primo, quod eius parens ſuperbia multo ſit malitioſior, & in Deum contumelioſior: ſiquidẽ proprio cuiuslibet iudicio titulum diuinitatis attribuit, ad idque, tanquam Dei Spiritum honorandum, eique obſequendum: & aliud quodcunque iudicium, vt nullius authoritatis infra ſe ducendum, planeq; contemnendum, hominem inducit: facit denique, vt qui huiuſmodi ſuperbiæ alis ſe ferri ſinit, ſe ſupra res omnes, ipſumq; Deum arroganter attollat. Atqui non hos immoderatos ſpiritus Lares veterum, Diique domeſtici pariebant: vtpote deunculi, præque veſtro, nullius propemodum authori-

Idololatria Miniſtrorũ peior quã fuerit vetus Deorũ domeſticorũ. Huius Idololatriæ cauſa eſt ſuperbia.

Digitized by Google

Lib. VIII. Cap. 3.

authoritatis, necad tantam Dei contemptionem poterant hominum voluntatem inducere.

Idololatria Hugonotica ad diſcernendũ difficilis.

Secundo, maior in hac detegenda, & oppugnanda ineſt difficultas: quod ſedem habeat, regnetque in intimis præcordiis, vbi ſua ita latitant Idola, vt Lynceus, plane ſit oportet, qui ea conatur inſpicere. Deos domeſticos, quandoquidem ex metallo, ligno, & ſimili craſſa materia erant conflati, nec vſum linguæ, nec motum, vllamue ſentiendi facultatem haberent, facile quiuis mediocri prudentia inſtructus, quales eſſent, agnoſcere: agnitoſque contemnere.

Idololatria proprii iudicii.

Tertio, quicunque ſuum iudicium, & particularem ſpiritus afflatum ſuſpicit, & colit inſtar numinis omni errorum generi patet: nullaq; quantumuis execranda Hæreſis, ac ſuperſtitio, nullum adeo graue peccatum eſt, quod non excogitet, ac ſine pudore conſciſcat: ſemper enim eorum omnium quæ ſtulte quæ nefarie, quæ impie patrabit, ex fide ſua, atque ſuperbia, internum afflatum, ſpiritumq; Dei proferet authorem. Quod eſſe veriſſimum omnium qui vnquam fuerunt Hæreticorum, & Hereſum liquet exemplis: quorum plurimi abominandas Ethnicorum Idololatrias, moreſq; viuendi tum opinionum impietate, tum etiam vitæ turpitudine ſuperarunt. Ac ne longius abeamus, quicquamne turpe, flagitioſum, crudele, deteſtandumque nominari poteſt, quod impuriſſimi Anabaptiſtæ non mente concipiant, ore proferant, re, factiſque exequantur? Quidquid animo agitant, ſit licet atrox, ac flagitioſum, id illis totum diuinum eſt, Dei, ſcilicet, voluntate, & afflatu, ad id volendum, & exequendum impelluntur. Quis ſibi perſuadeat

Credunt Anabaptiſtæ ſua abominanda ſcelera, minime eſſe deteſtabilia.

veterum

veterum Lares, Lemures, Penates, Manes & cæteraque huiuſmodi numinum Domeſticorum adeo funeſte hominum mentes, atque voluntates faſcinaſſe, ſicut hæc ex Inferis euocata ſuperſtitio? Habetis paucis expoſitam Deorum cuiuſque veſtrum domeſticorum Idololatriam, quam veſtræ Reformatæ Paranymphi in ſingulorum domos, ac mentis veſtræ Lararia intulerunt.

Refelluntur Miniſtri Catholicis obiicientes cultum Sanctorum, veluti quandam Deorum domeſticorum Idololatriam.

Capvt IIII.

Hic mihi commode veteris calumniæ eſt ſuffodienda, conuellendaq; baſis: qua per ſummam iniquitatem optimæ omnium noſtrum parenti Eccleſiæ ſuperſtitionem, quam modo in veſtra Secta ſedem habere docui, ſpeciatim ſoletis obiicere. Nam peculiares quoſdam apud nos veluti Deos domeſticos dicitis eſſe, eorundem imagines teneri, & adorari: quas cum vos Idola cenſeatis, nos eam ob cauſam Idololatras, & Larium domeſticorum cultores eſſe blatteratis. Hoc nimirum à Caluino hauſiſtis: qui ſubinde ἐθελοθρησκίαν Catholicis exprobrat, cultum, ſcilicet, voluntarium, proprii inuentionem iudicii atq; ſuperſtitionem, quam ſuo quiſque ſenſu, & amore proprio ductus inuenerit. Dico rancidam, & periniquam eſſe calumniam, cuius nec pes, nec caput: quod ita confirmo. Primum nunquam fuit Eccleſiæ Catholicæ, mens, vt excellenti ſanctitate conſpicuos homines pro Diis haberet: aut eis ſacrificiis, alioue cultu Diuinæ Ma-

ἐθελοθρησκία cultus voluntarius.

Non colit Sanctos Eccleſia vt Deos.

LIB. VIII. CAP. 4. Nec eorũ imagines colit tanquã Idola.

uinę Maieſtati debito, quemadmodum ſuos Ethnici Lares, aliaq; ficta numina, honorandos putaret. Multo etiam minus Eccleſia inſtar Deorum tenuit Sanctorum imagines, aut eo nomine eas aliquando coluit, veluti & ſua Idola Ethnici, & vos veſtra commenta adoratis; ſedenim honorem eis habuit, & habet, vt Dei Optimo Maximo famulis, & amicis, quo nomine, eos orat, inuocat, & eorum imagines quod ipſorum perſonas adumbrent, Chriſtiana pietate veneratur. Quicquamne contra diuinam Legem, Scripturamue ſacram in his fieri dicetis? Imo quid non his conſentaneum vſurpatur? Deus ipſe ſeruos honorat ſuos, & veluti ſuum, ducit honorem, vel ignominiam quibus affi ciuntur. Hoc patet ex Samuelis hiſtoria, cui dixit Deus: *Non te abiecerunt, ſed me.* Atque per quendam Prophetam, cum Heli Pontificis in ſacerdotali munere exercendo negligentiam argueret: *Quicunque,* inquit, *glorificauerit me, glorificabo eum.* Ieſus item Dei filius: *Qui vos audit,* ait Apoſtolus, *me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Quos ſi voluit in hac adhuc mortalitate conſtitutos, tanto honore dignari: an pręter eius voluntatem erit honor ipſis exhibitus, cum eos ipſe in cœlis receptos laurea immortalitatis ornarit? Aut qua fronte dicitis, honorem, quo eos proſequitur Eccleſia, meram eſſe Idololatriam, (quod peccati genus Deo maxime odioſum eſt) cum ipſe tanti eos faciat, vt ad contactum ſudariolorum, ſemicinctiorum, atque adeo vmbrarum eorundem res admirandas patrarit? Cum in eorum reliquiis, & ſepulchris Dæmones vexati fugentur: cęci mortales videndi, claudi ambulandi facultatem obtineant? Cum omnia morborũ genera ſacrorum

Quidquid fit Dei ſeruis id ille ſibi fieri declarat.

1. Reg. 8. 7.

1. Reg. 2. 30

Luc. 16. 16.

Miracula ad Sanctorum reliquias.

ſacrorum oſſium contactu curentur? Cum etiam mortui ad vitam reuocentur? . Hæc diuina opera magnitudine, numeroq; infinita poteſtis in omnium ſeculorum hiſtoricis, maximeq; in S. Auguſtino videre, qui poſtremam operis de ciuitate Dei partem, conſulto mirabilium commemoratione exemplorum locupletandam putauit. Quare ſi cultum, & honorem Sanctis exhibitum, Idololatriam eſſe iudicatis: nonne pari ratione Idololatram Deum ipſum, eos tam glorioſe honeſtantem, appellabitis? Quod autem de ipſorum reliquiis dicitur idem eſt ſimiliter de ſacris imaginibus ſentiendum. Nam ſi per illorum imagines, tam multa, tamque præclara perfecit Deus miracula, ſatis eo ipſo, non eſſe Idola, voſq; in ſignos calumniarum artifices oſtendit. Quid enim aliud eſt Idolum, vt initio docui: quam commentitia Diuinitas, fictuſque Deus, Saturnus puta Iupiter, Mars, Venus, Genius, aut alius eiuſmodi, vel Deus, vel falſi Dei adumbrata ſimilitudo? Atqui ſacræ imagines, non fictam, aut falſam, quæ nuſquam fuerit Diuinitatem, ſed eorum, qui veram Deitatem religioſe ſanctoque coluerunt, ſimilitudinem repræſentant. Cur ergo eas nominatis Idola? Sint igitur vobis, & nuncupentur Idola funeſtæ Caluini effigies. Bezam veſtrum Idolorum fabricatorem nominate: qui vt alias dixi, nec vos ignoratis, librum virorum, vt ille cenſet, illuſtrium edidit, in quo eorum icones cernuntur expreſſæ. Veſtrorum volumina Bibliorum flãmis vſtulanda tradite: quandoquidẽ in iis, non modo ſanctorum hominũ, & angelorum ſed etiam maleficorum mortalium, & Cacodæmonum imagines exprimuntur: quas licet vos negetis adorare,

Lib. VIII. Cap. 4.

S. Aug. lib. 22. de ciuit capit. 8.

Supra libr. 1. cap. 2.

Caluini effigiem ipſo viuente, & conſcio ſui deuoti diſcipuli de collo ſuſpõſam geſtabant. *Hier. Bolſec. in eius vita, capit. 12.*

Digitized by Google

LIB. VIII. CAP. 4.

adorare, honeſtum nihilominus eis locũ, in libris, in domibus.in cubiculis,& conclauibus aſſignatis: & ex veſtræ diſciplinæ pronuntiatis, quod ille id honoris genus à vobis obtineant, veri Idololatræ eſtis iudicãdi. Nequaquam ſunt Idola, ſed modo vt germanas imagines habemus:ſic ſoletis factum excuſare. Et vero ſi pro Idolis eas negetis habere, cur Catholicorũ icones deteriori erunt conditione,vt veſtro decreto Idola cenſeantur? Quibus vero de cauſis? An quia cũ ſint hominũ diuina virtute præditorum imagines,nos dum oculis corporeis inſpiciuntur,erudiunt,memoriã pulſant, & ad cœleſtiũ contemplationẽ, ad recolenda diuinitus nobis collata beneficia, ad Dei amorẽ, Chriſtianarumq; virtutum exercitationẽ voluntatem inflammant? An quod illas Deus toto orbe Chriſtiano honorabiles factis,ſigniſq; declarat? Saluatoris hominum Chriſti Ieſu ſtatuam quæ mulier ab eo ſanguinis profluuio ſanata ex ære fuſam pro foribus domus Paneade collocauit, non modo qui tum degebant in Palæſtina Chriſtiani venerabantur, ſed Deus etiam inſigni miraculo decorauit: nam herba quædam ſpecie peregrina certis temporibus ad pegma enaſcebatur, quæ cum creſcendo veſtimenti ænei fimbriam attingeret,tantam ex eo contactu vim adipiſcebatur,vt inſtar panchreſti mendicamenti omnia morborum genera ſanaret.Hancne vos imaginem Idolum,& Chriſtianos eam venerantes Idololatras fuiſſe dicetis? Aut etiã Deum ipſum Idololatriæ,impięq; ſuperſtitionis iactabitis authorẽ, qui immenſæ poteſtatis ſuæ operibus,eam toto Oriẽte reddidit illuſtriórem? Εθελοθρισκία vero à Caluino Catholicis obiecta nihilo firmius quam cætera fundamentum

Saluatoris imago miraculorum effectrix *Euſeb. lib. 7 Hiſt. Eccl. capit. 14. Theophil. in capit. 9. Matth.*

ἐθελοθρισκία.

damentum habet. Neque enim Eccleſia quicquam verbo Dei contrarium inſtituit: nec vllum recentē articulū fidei ſanxit: quemadmodum ſuperioribus annis Synodiſtæ veſtri Vapincēſes: nec vllum ex albo Sacramentorum à Chriſto Dño inſtitutorū abraſit: quod iam pridē Lutherus, Caluinus cæteriq; veſtræ Reformatæ molitores fecerunt: nec deniq; quicquā inconſiderate, aut abſq; Spiritus ſancti rectoris ſui, afflatu decreuit. Quid tandem nouū fuit ab illa præſcriptum? Nimirum nonnullæ ceremoniæ in diuino cultu, officiorum Eccleſiaſticorum œconomia, & Sacramentorū adminiſtratione ſeruandæ: quas quis negabit ſancire potuiſſe, cum poteſtatem acceperit, hac ſpōſi ſui Chriſti promiſſione firmatam, vt quidquid ligaret, aut ſolueret in terra, id ratum, & fixum in cœlis haberetur? Deus quidem olim Synagogæ leges ac ceremonias dictauit ad verbum, nec voluit, vt Moyſes cui tradebantur, ad eas quicquam de ſuo adderet: Ieſus autem Chriſtus cœli claues Petro, non tanquam ſimplici famulo, vt ipſi Moyſi, ſed veluti ſuæ domus œconomo, eiuſq; ſucceſſoribus concredidit: vt quidquid habita hominum, locorum, ac temporum rationē, ad Dei gloriam, animarumq; profectum expedire iudicarent, id demum pro tradita ſibi poteſtate decernerent. Hoc ſemper Eccleſia diuino Spiritu afflata perfecit. Hac tanta munitam authoritate nonnulla ad diuinum cultum, & religionis ornatum decreta ſancire, hoc ne ἐθελοθρησκίας ſuperſtitionē, hominumue commenta Caluinus Caluinianaq; mancipia nuncupanda cenſebunt.

Quacunq; ligaueritis. Mat. 18. 18.

Claues cœlorum *Mat. 16. 19.*

Digitized by Google

LIB. VIII. CAP. 5.

Diluitur Miniſtrorum calumnia obiectantium peculiarem quorundam Sanctorum cultum tanquam Deorum domeſticorum Idololatriam.

CAPVT V.

Peculiare Sanctorũ Patrociniũ

Christianos Iudæi, & Samaritani Idololatras vocitabant, quod Sanctos, & eorum imagines venerarentur.

Euſeb. lib. 4 hiſt. ca. 25. S. Aug. lib. 8. de ciuit. Dei. ca. 26. & libr. 22. cap. 10. Theod. lib. 8. contra Græcos.

OBiicitis pręterea quod nos ſeparatim Sanctos tutelares habeamus: S. Georgium milites: SS. Nicolaum & Catharinam Scholaſtici: quod eoſdem, ob res diuerſas, inuocemus SS. Sebaſtianũ, & Rochum lue contagioſa afflicti ad eam auerruncandam: S. Iacobum peregrini: qui dentium dolore cruciantur. S. Apolloniam: SS. Annam, & Margaretham parturientes fœminæ: aliique aliorum diuerſos ob fines opem implorent: idque ad imitationem Ethnicorum fieri dictitatis, qui ſuos habebant Deos domeſticos, & vnicuiq; operi aliquod numen deſtinatum: Martem bellatoribus, Mercurium Viatoribus & Mercatoribus: ſtudioſis literarum Mineruã, Dianam Venatoribus: & ſic de reliquis. Ad hæc omnia prorſus idẽ reſpondebo, quod olim Chriſtiani Iudæis, & Samaritanis ſolitis eadẽ obiicere. Primo nos, vt ſępe monui, minime credere Sanctos eſſe Deos; nec eos veluti numina venerari, eorumue præſidium Ethnicorum more implorare: ſed tantum vt Dei ſeruos, vt iam plus millies audiuiſtis, ſi quidem natura vobis vllum audiendi, intelligendiq; ſenſum impertiit. Cognoſcite igitur tantam inter fidem & cultum, quẽ viris Sanctis exhibent Catholici, & eum quo Ethnici ſuos proſequuntur Deos, eſſe differentiã, quantam inter lucẽ & tenebras, virtutẽ & vitium, Sanctitatem & Idololatriam reperiri cõſtat. Quod igitur obiectatis craſ-

ſam ve-

Digitized by Google

ſam veſtram inſcitiam, malamue fidem aperte prodit: ex eo ſiquidem vos, qui hac in re faciat Eccleſia neſcire declaratis: aut ſi vobis notum eſt nihilominus actiones illius, ac mentẽ perperam interpretamini. Dico ſecundo, à Catholicis viros ſanctos diuerſo modo inuocari, & alios ad vnam rem, alios ad aliã impetrandam, veluti patronos aſciſci: quod & Scriptura ſacra, & diuinæ prouidentiæ vſus, & experientia nos ad id faciendum inducat. Diſcimus ex Scriptura à Deo diuerſis diuerſa dona diſtribui. *Vnicuiq; datur*, ait Apoſtolus, *manifeſtatio Spiritus ad vtilitatem. Alii quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ: alii autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundem Spiritum: alteri fides in eodem Spiritu: alii gratia ſanitatum in vno Spiritu: alii operatio virtutum, alii prophetia, alii diſcretio Spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio ſermonum.* Cum ergo Deus diuerſa dona ſuis Sanctis ad aliorum vtilitatem, impertiat, perſpicuum eſt ipſum quoq; velle, vt ad res diuerſas obtinendas, diuerſorum imploremus auxilia: ab iis quis Sapientię munere donauit, conſiliũ, ab illis autem qui curandorum morborum ab eo ſunt conſequuti facultatem, cum opus eſt, ſanitatem flagitemus. Et quemadmodũ in rerum natura huius vniuerſi mundi parens, varia plantarum, ſtirpium, & herbarum genera creauit: vt ab vna balſamum, ab alia thus, à vite racemos, à pyro pyra carperemus: ita voluntatis eius fuit, vt ea ab vno quoque ſumamus, quæ ei ad communem corporis, omniumque membrorum Eccleſiæ ſuæ vtilitatem, ornatumque contulit. Quare ſi ſancto Georgio fortitudinis donum largitus eſt, malene facturus eſt miles, ſi eum in diuum tutelarem aſciſcat, quem inuitetur,

Lib. VIII. Cap. 5.

Diuerſa ſpiritus ſancti dona, *1. Cor. 12. 7. 8. 9. 10.*

Rerũ creatarum varietas.

S. Georgi⁹.

LIB. VIII. CAP. 5.

tetur, & inuocet: vt eius exemplo, atq; præſidio generoſus bellator euadat? Si ſanctum Nicolaum, Virginemq; Catharinam, tum literarum, artiumq; ingenuarum cognitione, tum vitæ ſanctimonia, omnique genere virtutum ornauit: Legine Chriſtianæ prudentiæ aduerſabitur Chriſtianus Scholaſticus, eorum animi ornamentorũ cupidus, ſi eos ſibi veluti patronos adoptet, quorum vultus auxilio, eadem à munifico largitore Deo dona conſequatur? Si Deus S. martyri Sebaſtiano peſtis auertendæ facultatem tribuit: Si Apolloniæ virgini dentium leuandi dolorem: ſi Sancta Margarethæ iuuandi parturientes, vt frequens miraculorum vſus teſtatur, ideone cultores Idolorum habendi, qui eos ad auxilium, & ſanitatem obtinendam inuocabunt? Si ad mei cuſtodiam Deus Angelum deſtinauit, num eundem mihi licebit ex Dei voluntate, me vt ſeruet, rogare, & quæcunq; vult Deus mei cauſa facere, peruigil cuſtos ille perficiat? Ergone Patriarcha Iacob erit iudicio Caluinicolarum Idololatra, ꝙ angeli ſui tutelaris patrocinium, cum nepotibus benepreçaretur, implorarit? Nec vir ille Sanctus, nec nos Ethnicorũ æmuli ſumus, nec Idololatriæ crimen diuerſos Deos variis ritibus colẽdo ſubimus: ſed id ꝙ ſacræ tabulæ docent, Deiq; bonitas probat, facimus: ipſumq; Sanctitatis authorem ſuis in Sanctis religioſe celebramus. Hic non calumniis fuit vobis impetenda Eccleſia: ſed ſumma potius IESV CHRISTI poteſtas, iuſtitia, atque liberalitas admiranda quippe qui non modo templa, aras, & inanium Deorum cultus & honores euertit: ſed in horum præterea locum ſuas Athletas, alumnoſque ſubſtituit, non vt falſorum minimum

S. Nicolaꝰ. S. Catharina.

S. Sebaſtianus.

S. Margaretha.

Angelus cuſtos.

Gen. 48. 16.

Admirabilis Dei in Sanctos ſuos prouidentia.

nimum

Digitized by Google

nimum titulo adorarentur, ſed veluti fideles veri Dei ſerui, cultoreſque celebrarentur. Nam quemadmodum deſertoribus angelis è cœlo deturbatis in vacuis eorum ſedibus ſubſtituit, ſubſtituetq; iuſtos qui ſe ad eius nutum effingent: ſic in terra fictitios Deos ex eorum nidulis eiecit: vt pro iis, ſuos prę́ſtãtes ſanctitate famulos coleremus. Hoc nimirum eſt, quod ſancti Patres haud paulo ſapientiores quam vos diuinorum operum contemplatores admirati ſunt: ſummuſq; laudibus extulerunt; maxime Theodoretus qui hic Idololatras alloquitur: *Suos mortuos Dominus Deus noſter in templa pro Diis veſtris induxit: ac illos quidem caſſos gloria, vanoſque reddidit, ſuis autem martyribus honorem illorum dedit.* Etenim quibus in templis falſi Dii colebantur, in iiſdem martyres non ſacrificiis, cultuue ſuperſtitioſo, ſed Chriſtiano more celebrantur: idcirco idem Doctor paulo ante dixerat: *Atqui nos O Græci homines, nec hoſtias martyribus, nec libamina vlla deferimus, ſed vt ſanctos homines, Deiq; amiciſſimos honoramus.* Ita Romę tẽplum Pantheon olim diis omnibus ab Ethnicis extructum, dicatumque illato fidei lumine vero Deo, omniumq; Sanctorum memoriæ conſecratũ fuit ſic Caſtoris & Pollucis fanum, Coſmæ, & Damiani martyribus: & Apollinis S. Martino ceſſit. Ita S. Gregorius Auguſtino Anglorum Epiſcopo mandauit, vt falſorum deorum delubra, in veri Dei Eccleſias, cultumq; conuerteret: eaſq; Sanctorum reliquiis ornaret. Iouis fanum ad Burdegalam S. Seuerini memoriæ, vt ſupra monui fuit conſecratum: idemque in variis orbis Chriſtiani locis factum videmus. Vſq; adeo diuina Maieſtas æquitate mirabili ſolicita fuit, vt eorum humilitatem, qui pro ſuæ

Lib. VIII. Cap. 5.

Sancti in locum rebellium angelorũ ſubſtituti.

Theodoret. lib. 8 Græc. affect.

Theodoret. eodem 8. libro Græc. affect.

Pantheon.

Caſtor & Pollux, Apollo.

S. Gregor. *Epiſt. 71. ad Mellitum.*

Iouis fanũ ad Burdegalam S. Seuerino dicatum.

Digitized by Google

gloriæ magnitudine vitã conſumpſerunt, in maximos honores attolleret: ſuperborumque gloriam inſtar fumi in auras diſſiparet. Hanc diuinam commutationem Sanctus Auguſtinus agnouit: & ſplendorem, & gloriam in quam ſuos Sanctos Deus euexit, fictitiorum Deorum honoribus longe illuſtriorem eſſe prædicauit: *Oſtendatur*, inquit, *mihi Romæ in honore tanto templum Romuli, in quanto ibi oſtendo memoriam Petri.* Atque vos vt doceat hunc Sanctis exhibitum honorem Dei honori nequaquam eſſe contrarium, vt dictitatis, ſed ad ipſum Deum pertinere, adiungit: *In Petro quis honoratur, niſi ille* (Chriſtus) *defunctus pro nobis?* Aſſerit Deum ſuis in Sanctis honorari: & illud ipſum ingenue dicimus, cum nos contumelioſe Idololatras ob eam cauſam appellatis, quod ſanctos debito honore dignemur. Verum enimuero vobis ſunt aures ad veritatem, omnemq; rationem audiendam occluſæ. Idem Sanctus Doctor Fauſto Manichæo Catholicis obiicienti, quod in Sanctos Idola conuertiſſent, eadem quæ modo retuli ex Theodoreto reſpondit, ſcilicet, Martyres à nobis non ſicut Deos: ſed tanquam Dei ſeruos amiciſſimos honorari. Quocirca ſi Idola deieciſſe, omniumq; ludibrio, vt ignominioſa portenta expoſuiſſe: cõtra Dei ſeruos, & ipſius nominis propugnatores, glorioſos, totoque mundo celebres reddidiſſe, vnius Dei præpotentis opus fuit admirabile: an Idololatriæ crimini affines, Deorumq; domeſticorum cultores ſimus dicendi, iudicate: an etiam nobis criminis loco ponendum ſit, quod Ethnicorum Idololatriã deteſtemur, contra, Dei clientes, & amicos, quos ipſe tantis cumulauit honoribus, veneremur: & quidquid ſua iuſtitia, immenſaque bonitas à nobis fieri velit,

S. Aug. in Pſalm. 44. vltra modum.

S. Aug. lib. 20. contra Fauſt. Mã.

Digitized by Google

exequamur, etiam atque etiam videre. Denique quanta ſitis ignoratione, ac malitia cæcati perpendite, cum vos minime pudeat cultum, in quo viri doctrina, vitæque Sanctitate maximi immortalem Dei gloriam agnoſcunt, & prædicant, Idololatriam nuncupare. Ad Terminum Deum fictitium veniendum eſt, vt in eo cœptum opus aliquando terminemus. Lib. VIII. Cap. 6.

De TERMINO *falſo Deo.*

Capvt VI.

Ethnici Deum ſibi Terminum, hoc eſt, finem, limitemue finxerunt: non vt per eum ſuas ſuperſtitiones definirent, ſed vt eas potius nullis finibus, terminis ac regionibus circumſcribi poſſe, declararent. Huius Dei Idolum erat ſaxum informe, aut ligneus ſine oculis, & capite truncus, terminorum Deus, in cuius tutela fines agrorum eſſe putabantur. Videtur Numa Pompilius ſecũdus Romanorum Rex conſilio, afflatuq; Dæmonis huius author ſuperſtitionis: is enim primus Deo TERMINO templum in colle Tarpeio ædificauit, poſtquam publicum agrum inter ciues Romanos viritim diuiſit, & ſuum cuiq; certis limitibus, terminiſque definiuit. Quam ſuperſtitionem, huiuſq; ficti numinis authoritatem cæteri reges Numæ ſucceſſores auxerunt: de quo ita ſcripſit Lactantius. *Aegyptii monſtroſa, & ridicula quædã ſimulachra venerantur, & colunt: & hæc tamen habent aliquam imaginẽ. Quid, qui lapidem colunt informem, atque rudem, cui nomen eſt* TERMINVS? *Hic eſt, quem pro Ioue Saturnus dicitur deuoraſſe. Nec immerito illi honos tribuitur. Nam cum Tarquinius Capitoliũ facere vellet, atq; in eo loco multorũ*

Idolum falſi Dei Termini. *Florus lib. 1. cap. 9* *Liuius lib. 5* *S. Aug. lib. 4. de ciuit. cap. 23. & lib. 3. cap. 1.* *Dio. Halic. l. 3. Roſinus lib. 2. ca. 29.* Numa Põpilius. *Dion. lib. 2. Roſ. libr. 2. cap. 20.* Capitoliũ. *Aul. Gell. l. 12. cap. 6.* *De Termino habetur ænigma. Angel. Polit. Miſcell. capit. 35.* *Lactant. li. 1. cap. 20.*

Digitized by Google

LIB. VIII. CAP. 6. *Deorum ſacella eſſent, conſuluit eos per anguria, vtrum Ioui cedere vellent: & cedentibus cæteris ſolus Terminus manſit vnde illum Poeta*

— Capitolii immobile ſaxum: *vocat. Iam ex hoc ipſo vides, quam magnus Iupiter inuenitur, cui non ceßit lapis.* Et paulo poſt: *Et huic ergo publice ſupplicatur, quaſi cuſtodi finium Deo: qui non tantum lapis, ſed etiam ſtipes interdum eſt.* Harioli in rem quidem Romanorum hoc augurium interpretati ſunt vaticinantes Imperii Romani terminos propter Deum Terminum commoturum neminem, quandoquidem iſte Deus eorũ, ipſi Ioui reſtitiſſet. Quã autem veridici fuerint augures, comprobauit euentus: ſiquidem Adrianus Imperator Armeniam, Meſopotamiam, & Aſſyriam, quas tres nobiliſſimas Prouincias Traianus Imperio Romano adiunxerat, iterum ab eodem auulſas coactus eſt Perſarum Imperio reddere: extremumque Romanæ ditionis terminum conſtituit Euphratem. Sicque haud paruo impendio huius egregii cuſtodis Rom. amplitudinis immobile ſaxum amouit.

Adrianus. *Eutropius lib.8.* *S.Aug. lib. 4. de ciuit. cap.29. & lib.7. ca.21*

Deinde Iulianus fidei Chriſtianæ deſertor, ſua temeritate, exituque funeſto, fecit vt iterum termini mutarentur: ſiquidem Iouianus ab exercitu creatus Imperator, vi ac neceſſitate aſtrictus ignominioſam cum Parthis, & admodum iniquis conditionibus iniit pacem, Armenię ſuperioris eis tradita ciuitate: eoque magis fines Romanæ ditionis coarctuit. Quare ſanctus Auguſtinus huius Dei vanitatem, & caſſam Augurum vaticinationem irridens: *Vano igitur augurio*, inquit, *Deus Terminus non ceßit Ioui, qui ceßit Adriani voluntati, ceſſit Iuliani temeritati, & Iouiani neceßitati.* Hæc ſumma eſt Idololatriæ

S. Auguſtinus ibidem

Iolatriæ falſi Dei *Termini*, nunc vnde cacodæmon eam in mundum inuexerit, inquirendum eſt. Lib. VIII. Cap. 7

Quod Idololatria Dei TERMINI *in Scriptura perperam expoſita habuerit fundamentum.*

Capvt VII.

VOs ſæpe commonui Diabolum, quo fidem, & authorem ſuperſtitionibus ſuis afferret, eas quoad eius potuit è Scripturæ ſacræ fontibus, ſua malitia turbatis, hauſiſſe: quod ſimiliter in hac de qua poſtremo agimus, feciſſe credibile videtur. Inter alia Dei opera, quæ Sacræ paginæ ad extollendam Dei poteſtatem commemorant, vnum eſt, quod omnia ſuis finibus, terminisque certis concluſerit. Ita S. Iob: *Terminum*, inquit, *circumdedit aquis, vſque dum finiatur lux, & tenebræ.* Iob 26. 10. Aliis item plurimis diuinæ virtutes effectibus expoſitis hæc infert, *Ecce hæc ex parte dicta ſunt viarum eius: & cum vix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?* Ibid. v. 14. Ac ſi diceret: nunquid hæc ſummæ ſunt poteſtatis effecta, res omnes certo fine concludere? Quas ſi nequimus aſſequi, qua poterimus ratione infinitatem eius, nullis circumſcriptam finibus cogitatione complecti? Quam vim ſuam immenſam, ac poteſtatem ipſemet exaggerans Deus, ita Iobum alloquebatur: *Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? Indica mihi, ſi habes intelligentiam. Quis poſuit menſuras eius, ſi noſti? vel quis tetendit ſuper eam lineam?* Iob 38. 4. Et paulo poſt. *Quis concluſit oſtiis mare, quando erumpebat quaſi* Ibid. 38. 8.

Lib. VIII. Cap. 7

de vulua procedens? Item: *Circumdedi illud terminis meis, & poſui vectē, & oſtia. Et dixi: vſq; huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos.*

Ibid. v. 20.

Res creatas definire diuinæ poteſtatis eſt.

Quod igitur Deus non modo terram, mare, cœlum & terras maiores vniuerſitatis mundi partes, verum etiam res quaſcunque à ſe productas etiam minutiſſimas, certo modo, fineque circumſcripſerit: hoc profecto certiſſimum eſt infinitæ poteſtatis effectum. Ecquis ſapientiam, ac vim eius mirabilem non obſtupeſcat, ſi contueatur in quantam corporis molem, Aquilam, Elephantum, Cete ſtatuerit creſcere: ſuam contra paruitatem Trochillo Muſtellæ atque Trichiæ præſcripſerit, ac ſi imperando pronuntiaſſet, lataque lege conſtituiſſet, eam quam ipſis dediſſet, talem ſemper fore ſuorum corporum menſuram, ac definitam quantitatem. Permagnum illud eſt præterea diuinæ poteſtatis argumentum, ſuis quaſi terminis terrarum clauſiſſe regiones. Hinc Africam ab Europa, & Aſia mari diſcretam videmus: & Americam quaſi alterum orbem, à tribus aliis terræ partibus, interfuſo Oceano ſeiunctam. Hiſpaniam à Gallia Pirenæi montes, hanc eandem ab Italia Alpium iuga diſterminant: ſimilemque diuiſionem in aliis orbis partibus ab earum conditore factam, licet intueri. Itaque ambitioſus coluber cum in hac actione perſpicuam Deitatis notam expreſſam videret, eam vt obſcuraret, ac prorſus obrueret, in veritatis pegmate vanitatis Idolum, & in Idolo ſuperſtitionem erexit. Quare Numæ Pompilio facta primum agrorum diuiſione fuit author Diabolus nouam vt diuinitatem fingeret: & quemadmodum Soli, ac cęteris Dei operibus in contumeliam

Terra certis diſcrimi nata finibus.

Numa Pōpilius ſecundus Romanorum Rex.

liam ipſorum effectoris titulum Deitatis curarat attribui: ita eiuſdem actionem, Deum fecit nominari, translato eius cultu, & honore in fictum Deum *TERMINVM*, vt pro Deo vero, cuius erat actio, lapis, aut truncus templis ædificatis, ſacrificiis, libamentisque coleretur. Cæteri deinceps Romanorum Reges eidem ſuperſtitioni ſua commenta ſimiliter eiuſdem impoſtoris hortatu adiunxerunt, ſicut eam, qua Ioui reſtitiſſe Terminus dicebatur, fabulam, eiuſque interpretationem, & conceptam de interpretatione ſpem, Imperij ſcilicet æternitatem. Huius populi factum æmulatæ Nationes exteræ, eidem Deo *TERMINI* diuinos honores detulerunt. Et hunc primum habuit ortum Idololatria *TERMINI*. Fuit & alia, ignotior illa quidem, non minus tamen efficax fingendæ huius Diuinitatis occaſio. In Scripturis enim Sacris, imo etiam in profanis Philoſophorum libris, quibus aliqua lux naturalis affulſit, dicitur Deus rerum omnium finis, vt earundem principium: ſiquidem is eſt, ſumma rerum creatarum cauſa: atteſtante Moyſe, cum ait: *In principio creauit Deus cælum, & terram*: & ad eundem vt finem extremum cuncta referuntur: cum ea gloriæ ſuæ procrearit: quod diſerte docuit Hebræorum ſapientiſſimus, dicens: *Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus.* Deus ſiquidem in vſum mortalium, hanc rerum vniuerſitatem, propter ſe vero hominem creauit: vt finis, ſummumq; hominis bonum ſit Deus. Eſt ergo principium, & rerũ omniũ finis, ſum̃usq; ſuæ Maieſtatis titulus, quo ſe eius quoque filius, ſumpto initio, ac fine

LIB. VIII. CAP. 7.

Deus rerũ omnium finis.

Ariſt. Mor. Nicom. l. 1. c. 2. Meta. l 1. c. 2.

Gen. 1. 1.

Prou. 16. 4.

Mundus hominis cauſa.

Pſal. 8. 7.

Aug. l. 11. Conf. c 3 & ſeqq. Soliloq. c. 20.

Ariſtot. 3. Phyſ c. 3. & 1. Polit. c. 5.

Plato in Timæo. Cic. 2. de Nat. D. Sect. 133.

Lib. VIII. Cap. 7. fine Alphabeti deſignauit: hæc effatus: Ego ſum ΑΛΦΑ & ΩΜΕΓΑ. initium, & finis rerum creatarum, quem nullus terminus alius, quam meę immenſitatis amplitudo definit. Hanc ſacram igitur Θεοσοφίαν peruertens Diabolus, titulo diuiſo, Deos falſos deos pro vno, veroque ſubſtituit: Vnum cui rerum adſcripſit principium, ſcilicet *Ianum*: alterum inſtar finis earum, qui fuit is, de quo diſputamus, *Terminus*: eoque modo miſeris Gentilibus fucum, fecit: ac ſuperbos, qui inani ſapientia gloriabantur, illuſit. Quod eis S. Auguſtinus exprobrat, hisque verbis ipſorum indicat cæcitatem. *Cur ad Ianum*, inquit, *dicuntur rerum initia pertinere, fines vero ad alterum, quem Terminum vocant*? Et deinceps: *Nunquid ergo ad Mundum, qui Ianus eſt, initia rerum pertinent, & fines non pertinent, vt alter illis Deus præficeretur? Nonne omnia quæ in hoc Mundo fieri dicuntur, in hoc etiam Mundo terminari fatentur? Quæ eſt iſta vanitas, in opere illi dare poteſtatem dimidiam, in ſimulachro faciem duplam*? Atque his præſtigiis Diabolus mortales ludificabatur. Nunc videndum reſtat, quomodo huius Idololatriæ ſpeciem in veſtra Secta renouarit.

Apoc. 1. 8.
Iſa. 44. 6.
Ianus & Terminus.
S. Aug. l. 7. de ciuit. c. 7

Idolum TERMINI *in ficta Hugonotorum Religione reſtitutum.*

Capvt VIII.

Nihil erat aliud is, quem dixi, *Terminus*, niſi lapis, aut ſtipes, attamen vſque adeo capitoſus & pertinax, vt ne Deorum quidem maximo Ioui cedere voluerit. Iſtius Idololatriæ machinator fuit Diabolus: quam ſimilitudine quadam in

malo ſano Simonis Magi Hæreſiarchæ primi aduerſus Dei Eccleſiam à ſe excitati, capite adumbrauit. Hic enim qui ſe ad reformandos mortales, vt vos, veniſſe iactitabat, inter cæteros quos ſibi arrogabat diuinitatis titulos, *Stantis* ſeu *immobilis* cognomentū aſſumpſit: eoq; nomine ab iis, quos faſcinarat, ſe patiebatur adorari. Enimuero ſtans & im̄obilis in ſua malitia fuit planeq; obfirmatus: nec ab inſita ꝑtinacia ſe dimoueri ſuſtinuit, donec ſceleratorum vltor Deus extremum de impio Hæreſiarcha ſupplicium exegit. Ipſe ille omnis molitor improbitatis, qui Magum illum inſtar *Termini* ſtantem, & immobilem effinxerat, vos ſimiliter, atque maiores veſtros, vt truncos ſtantes, fixos, immobileſque dedolauit, paribuſque lineamentis indomitam in mentibus veſtris pertinaciam expreſſit: qua nec hominibus, nec Deo ipſi cedere velitis. Ea nimirum eſt animi affectio, & inhærens qualitas, quæ vos ſtantes facit & immobiles: eaq; forma, quæ veſtro Hæreſis Idolo, animam, & vim omnem infundit, ſine qua veſtrum nemo eſſet Hæreticus: ſiquidem agnitæ veritati cederent vniuerſi. Magna fuit Iudæorum olim animi pertinacia: quo nomine cor lapideum eorum infixum eſſe viſceribus ſacræ literæ prodiderunt: eo quod prauis habitibus animi obſtinatius adhæreſcerēt, at quid ad veſtram, Iudæorum obſtinatio? Veſtra ſiquidem ex Hæreſi naſcitur: quam conſtat quacunque immani duritie eſſe duriorem. Illa illa eſt, quæ veriſſime ſe Deo viuenti opponit, quæ neque documentorum ipſius doctrinæ, neque diuini eloquij authoritati, neque legum, ac decretorum eius æquitati concedit: ſtans obfirmata in arce iudicij,

Lib. VIII. Cap. 8.
Dicebat Simon Magus ſe ad Mundū reformandum veniſſe.
S. Iren. l. 1. c. 20.
Se immobilem nuncupabat.
S. Clem. recog. l. 2.

Auferam cor lapideū Ezech. 36. 26.
Dura ceruicis populus. Exod. 32. 32. 32.
Deut. 9. 6.

plicem cauſam, qui in Hæreſi non videt eminere, nihil eum videre dixerim. An quicquam eſt, quod magis hominem efferat, quod denſioribus tenebris mentem obducat, quod præfractiorem efficiat voluntatem? Quid igitur mirum videatur quod ex his radicibus adeo durum, ac lapidoſum nucleum in vobis, vt olim in veſtri ſimilibus produxerit? Quid inquam miremur, quod hæ cauſæ ferream iſtam contumaciam veſtris in animis ingenerent: qua vt Ioui *Terminus*, ſic vos præpotenti ſummoque Deo repugnatis? Quodque in priſcis Hæreſibus eadem obſtinatione, præfractis perſpectum olim fuit: hoc in veſtra primo generatim ſumus experti: nam licet variis illa modis, nempe libris in lucem editis, viua voce, publicisque concertationibus, Synodis œcumenicis, ſæpe victa, debilitata, proſtrataque fuerit, nunquam tamen ſe victam fateri voluit: imo tantæ impudentiæ fuit, vt vulneribus confoſſa, extremumque trahens ſpiritum intermortua voce ἐπινίκιον canere ſæpe conata ſit. Cum eam ſemper vires deficerent, nunquam non nihilominus eam efferebat arrogantia: cum ei ratio ſilentium tenere præciperet, loquacem reddebat ignorantia: cum denique eam Eccleſiæ deprimeret authoritas, ei contra innata ſuperbia animos efferebat. Nunc vero cum proſtrati veſtræ factionis anteſignani, primique huius ſæculi Eccleſiæ Catholicæ deſertores iaceant, æterna obliuione, infamiaq; damnati; cum vos omni ſubſidio armisque deſtituti, ex omni ſpe deturbati ſitis: cum iſtius nouæ Sectæ inanitatem, veſtra debilitas, animi abiectio, & ignorantia prodat: cum veſtram doctrinam futilem, fallacem, falſam,

Lib. VIII. Cap. 8.

Ob tres haſce cauſas hæreticus pertinax.

Indomita Hæreticorum huius æui pertinacia.

Digitized by Google

Lib. VIII. Cap. 8. falſam & impiam eſſe iam dudum totius orbis agnoſcat: cum denique ad eam propugnandam vos omnia præſidia deficiant, quæ tam immanis obſtinatio vt vnicum in mentibus veſtris *Terminum* ſtare patiamini, vt eo ceu trunco, ſtipiteque ſuffulti, Catholicæ fidei, Deique voluntati obſiſtatis? Extremæ fuerit dementiæ, & indomiti furoris, copiis in acie profligatis, ducibus proſtratis, ac rebus iam deſperatis, cohortem vnam inermem, ac palantem, quæ ſupereſſet, victori Duci deditionem ſuadenti, ac dextram benigne porrigenti manus dare nolle. Et vos ſimiliter victi, dare recuſatis? In priuatis etiam colloquiis, atque congreſſibus facile fuit ſpeciatim hanc obſtinationem, cogitationum, contentionumque veſtrarum inanitatem, iudicij ſtuporem, mentisque duritiem videre. Sed enim cum de his ſupra, vt aliàs ſæpe, ſatis multa dixerim, & allatis exemplis adamantinam qualitatem iſtam veſtris in animis penitus inhærere monſtrarim, pluribus ſuperſedebo: nam ad vobis perſuadendum, quæ ſunt allata ſufficiunt: ſi tamen in vobis ſit anima conſiliis, & admonitione tractabilis, nec in marmoream ſtatuam, aut in ſtipitis fictitij Dei *Termini* fuerit conuerſa naturam. Agite dum vosque aliquando audientes præſtare rationi: ad veritatem capeſſendam dociles: ad diuinarum legum normam flexibiles: & inueteratam iſtam duritiem, & Idoli *Termini* ſtupiditatem, illuſtrium veſtræ Sectæ quondam virorum exemplo deponite: qui vel eam re ipſa iam feliciter abiecerunt, vel certum de eadem abiicienda conſilium ſalutare ceperunt.

l. 2. c. 8. & 40.

De Laua'. Intuemini nobiliſſimũ Dominum Lauallæum

vt ad-

vt admodum illuſtre eius quam vobis ſuadeo conuerſionis exemplar; qui ſuperioribus annis cum ſtudioſiſſime de recta fide exquiſiſſet, eam tandem veſtræ doctrinæ falſitatem deteſtatus, agnouit; tãque fortunatè ſummo Imperatori CHRISTO IESV in eius Eccleſia nomen dedit, quàm generosè pro amplificanda eiuſdem gloria, contra Chriſtiani nominis hoſtes depugnans ſanguinem, vitamq; profudit; breuique tempore eſt lauream immortalem in cœlo conſequutus. Ponite ob oculos Dominũ Delomenium, qui cum apud vos adhuc degeret, erat diligentiſſimus inueſtigator veritatis; cui cum illa inter tam varias, repugnanteſque veſtrorum opiniones nuſquam occurreret, eã in Eccleſia Catholica tandem inuenit, & inuentam amplexus eſt. Vir certè ob egregias animi dotes apud Chriſtianiſſimum Regem noſtrum gratioſus, & ab eodem auctus honoribus, aulicíſque miniſteriis cohoneſtatus; quem recta iam via pergentem in cœlum, fideique facem præferentem ſequi debetis, quandoquidem vos alios ſequutus eſt errorũ magiſtros. Atque vt alios prætereã innumerabiles, qui in variis huius Regni prouinciis è Caluini egreſſi gurguſtiis ad Chriſti ouile confugerunt. Ex iis habetis quem imitemini, Dilarium à Iauiaco, virum tum ob acumen ingenii, morumque probitatem, tum antea ob veſtræ Religionis ſtudium, ac zelum apud vos clariſſimum; qui cũ certos de reb⁹ fidei veſtræ nodos haberet, eoſq; vobis ſæpius expediendos fruſtra propoſuiſſet, Septembri menſe nuper elapſo ſtatuit eoſdem in Conſiſtoriali cõuentu coram ſex Miniſtris exponere; ſed cum iis quæ ab eo vocabãtur in dubium Miniſtrorum ne-

M. De Le'menie.

M. Dilaric

 mo ſa-

Lib. VIII. Capvt 8.

mo ſatisfaceret, nihilque ab illo grege præter amarulentos Sarcaſmos, ac verborum aſperitatem audiret, tandem melioribus vſus Magiſtris, ſuis liberis, & ex primoribus in Secta veſtra viris ad viginti comitatus (nam eius vxor nobilis, ſpectatæq; virtutis fœmina, nunquam Caluinianis commentis acquieuerat, fidei Catholicæ apprime tenax) abiurata Hæreſi ſe Orthodoxis adiunxit, apud quos mira animi tranquillitate, fugatis ſcilicet dubitationum nubeculis, in exercitia Catholicæ pietatis incumbit, ad ſalutem cum ſpe firma anhelans ſempiternam; cuius tanti viri ſi velitis, quas in lucem edidit, ſui à veſtra Secta diſceſſus rationes audire, vos facile ad imitationem glorioſæ conuerſionis inducent. Aliquanto ante D. Pauſæus, claris quidē natus parentibus, Miniſter tamen Biterrenſis, magnique inter veſtri ordinis homines nominis, poſt varios animi, ac linguæ conflictus, execrandū Miniſterium, veſtramque doctrinam palam ſolenni ritu maxima totius ciuitatis gratulatione eiurauit; & hac generoſa fidei profeſſione non minorem Eccleſiæ in cœlo triumphanti; quam eidē adhuc in terra militanti attulit voluptatem. Qui cum poſthac melioribus erit inſtructus armis, quam quibus, veſter cum eſſet, vtebatur, Theologiam dico germanam & orthodoxam, loco veſtræ matæologiæ, quo animo aduerſus infidelitatis phalanges pugnaturus incedet? Quam intrepide comin⁹ in acie dimicabit? Quo plauſu opimis onuſtū ſpoliis, innumeris debellatorum imo feliciter cum victore ouantium hoſtium turmis circumſeptum redeuntē è prælio Catholica mater excipiet? Quot nouis, de hoſte factis, ciuibus Dei ciuitatem augebit?

M. de la Pauſe.

Digitized by Google

bit? Sub idem fere tempus D. Du Ranc Monſpelienſis Medicus, reiecto quod hauſerat cum lacte nutricis errorum veneno, ſalutarem animæ è Catholico narthecio fecit medicinam. D. item Bretonus ciuis Albenacenſis, magno vir iudicio, neque minori rerum vſu, cum annos quadraginta in Caluini dumetis hæſiſſet, inde feliciter cum tribus ingenuis liberis euaſit; & quam animi pacem in hæreticis conuentibus fruſtra quæſierat, in Chriſti ſponſæ ſinu ſtatim inuenit; & poſt aliquot menſes cum incredibili fructu, animique iucunditate, & eorum omnium qui decumbenti adfuerunt, & loquentem audierunt, ædificatione plenus dierum, ac ſpei ad cœleſtem, quam in votis habebat, patriã euolauit. Horum & aliorum ſupra ducentos qui intra paucos dies Nemauſi, Monſpelii, Biterris, Albenaci, Montilii, aliiſq; in vrbibus reſipuerunt, rectæ fidei viam ab errorum, & Idololatricarum ſuperſtitionum ſemitis regredientes aliquando inite. Hæc ferrea immanis huius obſtinationis vincula, quibus animi veſtri aſtricti tenentur, abrumpite, iis vt expediti in filiorum Dei vindicemini libertatem. Quouſque tandem animos veſtros obuallatos habebit pertinacia? Nonne eam agnoſcitis eſſe notam certiſſimam reprobatorum mortalium, ſine qua eorum nemo damnaretur? quæque vos infeliciſſimos, ſi victores in hac pertinacia euadatis, efficiet? Eſt enim infœlix infauſtumque victoriæ genus, cum victor exiſtit error; contra à virtute, veritateque vinci glorioſum. Cedat ergo fidei infidelitas, Chriſtianæ modeſtiæ contumacia: error atque mendacium veritati: ſitque vobis iucundum, vitium à virtute ſuperari, deq; errore &

Infelix victoria lapſu peior.

Digitized by Google

Hæreſi Catholicam triumphare veritatem. Agite dum Miniſtri, mihi recta monenti auſcultate; Dei voluntati vos ad ſe vocantis parete; diuinis oraculis credite, & quam in veſtra doctrina regnantem aperte monſtraui Idololatriam, eiurate. O funeſtum miniſterium! ô Sathanicum vere Miniſteriũ! Quid? num id execrandi miniſterii genus exercere perhorreſcitis, ad animas perdendas Diabolica machinatione comparatum? Num religioni ducitis è veſtra peſtilentiæ ſede innumerabiles iugulare animas, pro quibus ſaluandis vnigena Dei filius ſexcentis ſe cruciatibus, mortiq; acerbiſſimæ obiecit? Hæc ſi vobiſcum ſeriò reputabitis, vos adeo pernicioſam doctrinam tandiu diſſeminaſſe, tam turpe, exitialeque Miniſterium hactenus exercuiſſe pęnitebit. Illud igitur, miſeramq; in qua huc uſque vixiſtis ſortem agnoſcite, vt Patris cœleſtis, cui impudenter inſultaſtis, gratiam inire, & in matris Eccleſiæ, quam infeſtis armis oppugnaſtis, amplex⁹ admitti poſſitis. Saluate veſtras animas quas cum aliis innumeris in exitium protruditis ſempiternum. En vt amantiſſimus ille Pater, qui vult interire neminem, è cœlo miſericordiæ, pacisque dextram porrigit? En vt Catholica, dulciſque mater, ad vos complectendos benignitatis ſinum, & gremium explicat? Ambo vos ex denſis Hæreſeon tenebris, ex captiuitate Babylonica poſtliminio redeuntes videre, excipere, ſuauiſſimeque fouere geſtiunt; vt deinceps rectam, tutamque ſuorum alumnorum viam ineatis, vt cum virtute decurſo mortalis vitæ ſpatio in beatorum regno vitam immortalem omni fœlicitatis genere cumulatam in omni æternitate viuatis.

Chri-

Chriſtiano Lectori.

I*Mmortales ex animo gratias ago bonorum omnium authori, ac largitori Deo, & idem vt agas, te orthodoxe Lector inuito, & oro; quod fere præter otium meum, ac ſpem, vt hoc opus deſtinatum ad finem perduceretur, fortunarit, eodemq; tempore duos Typographos lumine veritatis illuſtrarit,* Ludouicum Garonum *Geneua oriundum (qui dum in eo excudendo elaboraret, ſe diuinitus moueri, & ad fidem amplectendam interius affici perſenſit) &* Claudium Armandum *agnomine* Alphonſum; *qui pariter Hæreſim deteſtãtes,* Fidem Catholicam *coram nobis profeſſi ſunt. Faxit Deus O. M. vt rectam viam feliciter ingreſſi, felici quoque ſucceſſu proſequantur: vtq; alij, qui extra Eccleſiæ fines palabundi, & errantes vagantur, ad hos imitandos efficaciter excitentur; vt quam aſpernantur, veritatis lucem agnoſcant, & ſalutarẽ ex hoc opere fructum, ad diuinæ Maieſtatis gloriam aliquando percipiant.*

Digitized by Google

LOCORVM S. SCRIPTVRÆ, QVI SPARSIM IN HOC LIBRO explicantur Index.

Gen. 1. 1. IN *principio creauit Deus cœlum, &c. pag. 268. lib. 3. cap. 10.*

Gen. 3. 14. Maledictus es inter omnia animantia & beſtias terræ. p. 550. l. 5. c. 24.

Gen. 4. 7. Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. p. 428. l 4. c. 14.

Gen. 6. 12. Omnis caro corruperat viam ſuam. p. 473. l. 5. c. 1.

Gen. 17. 7. Vt ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te. p. 345. l. 3. c. 27.

Gen. 31. 19. Rachel furata eſt idola patris ſui. p. 8. l. 1. c. 2.

Gen. 45. 8. Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum. p. 294 l. 3. c. 16.

Gen. 50. 19. Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati? p. ibid. l. 3. c. 16.

Exod. 9. 16. Idcirco autem poſui te, vt oſtendam in te fortitudinem meam. p. 298. lib. 3. c. 16.

Exod. 32. 1. Fac nobis Deos qui nos præcedant. p. 36. l. 1. c. 9.

Exod. 32. 8. Feceruntq; ſibi vitulum conflatilem & adorauerunt. p. 15. l 1. c. 4.

Ioſue 24. 33. Auferte Deos alienos de medio veſtri. pag. 24. l. 1 c. 6.

Iudic. 15. 4. Perrexit (Samſon) & cepit trecentas vulpes. p. 211. l. 2. c. 38.

1. Reg. 15. 23. Quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare: & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere. p. 23. l. 1. c. 6.

2. Reg. 12. 11. Ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis Solis huius. p. 308. l. 3 c. 18.

2 Reg. 16. 10. Dominus enim præcepit ei vt malediceret Dauid. p. 304. l. 3. c. 18.

2. Reg. 24. 1. Et addidit furor Domini iraſci contra Iſrael, cõmouitq; Dauid in eis dicentem: Vade, numera Iſrael & Iudam. p. 307. l. 3. c. 18.

Digitized by Google

3. Reg. 11. 5. Sed colebat Salomon Aſtarthen Deam Sidoniorum. p. l.1.c.1.
3 Reg.13.12. Abſtulit effœminatos de terra, purificauitq; vniuerſas ſordes idolorum, &c. p.485.l.5.c.4
3 Reg.18.21. Vſquequo claudicatis in duas partes? p.15.l.1.c. 4.
3.Reg.19.10. Derelictus ſum ego ſolus. p.662.l.7,c.9.
Iob.1.21. Dominus dedit, Dominus abſtulit. p 304.l.3.c.18.
Iob.26 10. Terminum circumdedit aquis. p.729.l 8.c.7.
Pſalm.1.2. Iter impiorum peribit. p.148.l 3.c.21.
Pſal.2.7. Filius meus es tu, ego hodie genui te. p.260. l.3.c 8.
Pſal.8 6. Minuiſti eum paulò minus ab Angelis. p.149 l.2.c.21.
Pſal.15 10. Non derelinques animam meam in Inferno. p.146. l.2.c.20.
Pſa. 18 13. Delicta quis intelligit? p.124.l.2.c.14.
Pſal 21.13. Tauri pingues obſederunt me. p.575.l.6.c.4.
Pſal.71.18. Qui facit mirabilia ſolus. p 686.l 7.c.17.
Pſal.50.4. Amplius laua me ab iniquitate mea. p.434.l.4.c.15.
Pſal.109 5. Ex vtero genui te. p.256. l.3 c.7.
Prouerb.17.4. Omnia propter ſemetipſum operatus eſt Dominus. p.731.l.8.c.7.
Eccleſ. 9. 1. Neſcit homo vtrum amore an odio dignus ſit. p.119.l.2.c.12.
Cant.6.8. Vna eſt columba mea. p.225.l.2.c.42.
Cant.7.9. Pulchra vt Luna. 667.l.7.c.10.
Eccleſiaſ.24.5. Ego ex ore Altiſſimi prodiui primogenita ante omnem creaturam. p.570.l.6.c.5.
Iſa. 6. 10. Excæca cor populi huius. p.317. l.3.c.21.
Iſa.13.17. Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos Medos. p.304.l.3.c.18.
Iſa.13 21. Piloſi ſaltabunt. p.530.l.5.c.17.
Iſa.13. 21. Et piloſi ſaltabunt. p.82.l 2.c.2.
Iſa 22.13. Comedamus & bibamus cras enim moriemur. p 25.l 1.c 6.
Iſa.34.14. Et piloſus clamabit. p.82.l.2.c 2.
Iſa.41.24. Ecce, vos eſtis ex nihilo, & opus veſtrum ex eo quod non eſt. p.6. l.1.c.2.
Iſa.45.7. Ego Dominus, & non eſt alter formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malum. p.333.l.3.c 24.
Iſa.53.8. Generationem eius quis enarrabit? p.251.l.3.c.5.
Iſa.53,8. Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. p.314.l.3.19.

Digitized by Google

Iſa. 60. 20. Non occidet vltra Sol tuus, & Luna tua non mi-nuetur. p.667.l.7.c.10
Iſa.66.9. Nunquid ego, qui alios parere facio, ipſe non pariam p.259.l.3.c.8.
Ierem.18.6. Ecce ſicut Lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea domus Iſrael. p.302. l.3. c.17
Ezech.6.9. Fornicantes poſt idola ſua. p.16.l.1.c.4
Dan.7.10. Millia millium miniſtrabant ei. p.707.l 8.c.2
Dan. 8. 5. Ecce autem hircus caprarum. p.82.l.2.c.2
Amos 3.6. Si erit malum in ciuitate, quod non fecerit Dominus. p.353. l.3. c.24
Matth 5. 8. Beati mundo corde. p.489.l 5.c.5
Matth 5. 14. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. p.657.l.7.c.7
Matth.7. 15. Attendite à falſis Prophetis. p.90.l 2.c.1
Matt.10 34. Nō veni pacē mittere ſed gladium. p 355.l 3.c.29
Matth.12.39. Generatio mala, & adult era. p.16.l.1.c 4
Matth. 15. 11. Non quod intrat in os, coinquinat hominem. p.613. l. 6 cap.13.
Matth.16.18. Super hanc petram &c. p.225.l.2.c.42. & 4
Matth.16.18. Portæ Inferi non præualebunt. p.ibid
Matth.18.18. Quæcunq; alligaueritis ſuper terrā &c. p 59 l.6.c.8. & p.72:.l.8.c.4.
Matth.16.19. Tibi dabo claues regni cœlorum. p.721 l.8. c.4
Matth.19.9. Quicunq; dimiſerit vxorē ſuam niſi ob fornicationem, & aliam duxerit mœchatur. p.514.l.5.c.1
Matth.19.12. Sunt Eunuchi. p.489.l.5.c.5. & p.504.l.5. c.
Matth.22.21. Reddite quæ ſunt Cæſaris &c. p 594.l.6 c.
Matth. 25.34. Venite benedicti Patris mei, poſſidete &c. eſuriui enim &c. p.65.l.1.c.15. & p.556.l. 5.c.2
Matth. 25. 41. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum p.65.l. 1.c.15. & p.557.l 5.c.25.
Matth.26.26. Hoc eſt corpus meum. p. 153. l.2.c.22 & pa 194. l.2.c.34.
Luc.10.16. Qui vos audit, me audit. p.718 .l.8.c.
Luc.12. 19. Anima habes multa bona &c. comede, bibe, & p.25.l.1.c.6.
Luc.22. 31. Ego rogaui pro te, vt &c. p.227.l.2.c.4
Luc. 24. 26. Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam? p.69.l.1.c.1

Ioan.

Digitized by Google

Ioan. 3. 5. Niſi quis renatus fuerit. p.159. l.2.c.24.& p.347, lib 3. cap 27.

Ioan. 3. 14. Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari &c. p.548 l.5.c.23.

Ioann. 6. 48. 59. Patres veſtri manducauerunt manna, & mortui ſunt, qui manducat hunc panem viuet in æternum. p.445. l.4.c.17,

Ioan.8.34. Omnis qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. pag. 599. l.6.c.9.

Ioan.8.36. Si vos filius liberauerit vere liberi eritis. p. ibid. lib.6.cap.9.

Ioan.11.51. Cum eſſet pontifex anni illius prophetauit. p.695. lib.7.cap.19.

Ioan.13.35. In hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem. p.677.l.7.c.15.

Ioan.14.23. Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit. pag. 556. l.5. c.25.

Ioan.16.15. Omnia quæcũq; habet pater mea ſunt p.256.l.3.c.7

Ioan.16.28. Exiui à Patre. *p.ibid. l.3.c.7,*

Ioan.21.16. Paſce agnos meos, p.227.l.2.c.43.& p.678.l.7.c.15.

Rom.1.28. Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum vt faciant ea, quæ non conueniunt. p.313.l.3.c.21.

Rom. 3. 8. Et non ſicut blaſphemamur, & ſicut aiunt quidam nos dicere, faciamus mala vt veniant bona. p.289. l.3.c 15.

Rom.3.28. Arbitramur iuſtificari hominem per fidem. p.140. l.2.cap.19.

Rom.9.21. An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere alind quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? p.297. l.3.c.16. & p 299. l. 3.c.17.

Rom.9.19. Dicis itaq; mihi: quid adhuc quæritur? voluntati enim eius quis reſiſtit? O homo tu quis es qui reſpondeas Deo: p.ibid.l.3.c.17.

Rom. 9. 22. Quod ſi Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam. p.301.l.3 c.17.

Rom.13.2. Qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. pag. 594. l.6.c.8.

Digitized by Google

Rom. 16. 18. *Huiuſcemodi enim Chriſto Domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo ventri.* p. 24. l. 1 c. 6.

1. Cor. 7. 14. *Filij veſtri ſancti ſunt.* p. 144. l. 2. c. 20.

1. Cor. 7. 14. *Alioquin filij veſtri immundi eſſent.* p. ibid. & p. 343. l. 3. c. 27.

1. Cor. 7. 37. *Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis.* p. 429. l. 4. c. 14.

1. Cor. 8. 4. *Scimus quia nihil eſt idolum in mundo.* pag. 6. lib. 1. cap. 2.

1. Cor. 10. 3. *Omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt.* p. 444. l. 4. c. 17

1. Cor. 12. 8. *Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ.* p. 723. l 8. c 5.

1. Cor. 13. 12. & 2. Cor. 4. 16. *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate.* p. 18. l. 1. c. 1.

2. Cor. 11. 14. *Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis.* p. 33 lib. 1. cap. 8.

Gal. 5. 13. *Ne libertatem in occaſionem detis carnis.* pag. 600. lib. 6. cap. 9.

Gal. 6. 15. *In Chriſto enim Ieſu neq; circumciſio aliquid valet, neq; præputium, ſed noua creatura* pag. 444. lib. 4. cap. 17

Epheſ. 2. 3. *Eramus natura filij iræ.* p. 347. l. 3. c. 37.

Epheſ. 4. 9. *Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit primum in inferiores partes terræ.* pag. 64. lib. 1. cap. 15

Epheſ. 5. 23. *Sacramentum hoc magnum eſt.* pag. 512. lib. 5. cap. 11

Philip. 3. 19. *Quorum Deus veſter eſt.* p. 24. l. 1. c. 6.

Coloſ. 1. 15. *Qui eſt imago Dei inuiſibilis.* p. 261. l. 3. c. 8.

Coloſ. 3. 5. *Auaritiam qui eſt ſimulacrorum ſeruitus.* pag. 24. lib. 1. cap. 6.

2. Theſſ. 2. 10. 11. *Eò quod charitatem veritatis non receperunt, vt ſalui fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris vt credant mendacio.* pag. 313. lib. 3. cap. 21

1. Tim. 2. 4. *Qui omnes homines vult ſaluos fieri.* pag. 300. l. 3. c. 17.

Tit. 1. 16. *Confitentur ſe noſſe Deum factis autem negant.* p. 25. l. 1. c. 6.

Heb. 1.

Heb.1.14. Omnes ſunt adminiſtratorij Spiritus. p. 707. l.8.c.2
Heb.5.8. Exauditus eſt pro ſua reuerentia. p.147.l.2.c.22
Heb.6.18. Impoſſibile eſt mentiri Deum. p.686. l.7.c.16
Heb.13.4. Honorabile connubium in omnibus. p 144.l.2.c.20
Heb.13.17. Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. p.678. lib.7. cap. 15
Act.2. 23. Hunc definito conſilio, & præſcientia Dei traditũ. p. 293. l. 3. c.16.
Act.4.27. Conuenerunt enim vere in ciuitate iſta &c. p.293 lib.2.c 16
Act.12. 15. Angelus eius eſt. p.708.l.8.c.2
Act.17.23. Ignoto Deo. p.642.l.7.c.3
Iac.1.13. Nemo cum tentatur, dicat, quoniã à Deo tentatur p.324.l.3.c.22
Iac.5.14. Vngentes eum oleo. p.147.l.2.c.22
1.Pet.2.13. Subiecti igitur eſtote omni humanæ creat. p.594. lib.6. c. 8
1.Pet.5.8. Aduerſarius veſter Diabolus circuit. p.709.l.8.c.2
1.Pet.5.13. Salutat vos Eccleſia quæ eſt in Babyl. p. 651.l.7.c.5
2.Pet.3.16. In quibus ſunt quædam difficilia intellectu. p.138. lib.2.cap.18 (lib.3.cap.9
1.Ioan.5.7. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo. pag.263
Apoc.9.1. & ſeqq. Vidi ſtellam de cœlo cecidiſſe in terrã. p.190. l. 2. c.33
Apoc.13.1. & ſeqq. Et vidi de mari beſtiam aſcendentem, habentem capita ſeptem, & cornua decem. p.4.l.1.c.10.

INDEX RERVM QVÆ HIS OCTO Idololatriæ Hugonoticæ libris continentur.

Abſtinentia à cibis ex Scriptura probatur. lib.6.c.13.pag.611 Magna Chriſtianorum naſcentis Eccleſię abſtinentia. ib. pag. Hæretici ob ciborum abſtinentiam damnati. ibid. p.
Actio peccati mala eſt, eius tamen perpeſſio grata Deo. l.2 c.16.pag.8
Aduerſarii Nouatores Scripturam deprauarunt vertentes voces Theraphim. lib. 1. cap.2. pag. 8. Probant idola, ſi idolum ſit idem quod imago. lib.2.cap.3, pag.11. Inſimulant Eccleſiam idololatriæ. lib.1.c.5.pag.21. Habent omnes Hæreticorum notas, in primis ſuperbiã. l.2.c.9.p.102

Ex eorũ doctrina euadunt ſuperbi, non catholici ex ſua. lib.2.c.10.pag.110. Ex axiomatis eius fiunt item ſuperbi. l.2.c.10.pag. 112. Secunda Hæreſis nota ſcilic. libidine inficiuntur maximè. l.2.c.11.pag.115. Eorum doctrina homines efficit libidinoſos. lib.2.c.11. pag.116. Mendaces & calumniatores inſignes. l.2.c.12 p.119. Oſtentatores ſunt mirabiles.l.2.c.18 pag. 139. Scripturæ corruptores.l.2.c.19 p.140. Pluris faciunt hominum verba quã Dei. l.2.c.22. p. 152. Maximum in animis fouent odium in Catholicos. lib.2.c.26.pag.167. Aduerſarii Hæretici infeſtiſſimi Sedis Apoſtolicæ hoſtes. l.2.c.30.pag.183. Nunquam ſe victos fateri volunt. l.2.c. 36.pag.201. Summa inter eos opinionum varietas, nulla conſenſio. lib. 2. cap. 38. pagina 211

Alcorani cum Hugonotorum doctrina maxima conſenſio. l.3.c.33.pag.372. Animæ hominum ex opinione Philoſophorum in bonos maloſue dæmones mutantur. l.8. c.2. pag.710. Falſa penitus opinio.ibid.

Anabaptiſtæ credunt ſuos mores flagitioſiſſimos nequaquã eſſe deteſtabiles.l.8.c.3.p.716.

Anaxarchus vaniſſimè conſolatus eſt Alexandrum ob interitum cliti. l.5. c 15. p.228

Angeli boni, maliq́; , eorumq; iuxta fidem Catholicam diſcrimen.l.8.c.2.pag.707. Varia eorundem eſt maximè cuſtodum hominum officia. l.8.c.2. pag.708

Angeli mali homines perdere contendunt. lib. 8. cap. 2. pag.709

Animalia Apollini ſacra apud Deformatos. lib. 4. cap. 24. pag.368

Apollo falſus Deus, vnde cultus eius fluxerit. lib. 4. cap. 1. pag. 381

Apollo idem qui Sol, à quibus, & quam variis populis vt Deus adoratus. ibid.p.382. Medicus habebatur & ſanitatis Deus.ibid.p.384. Animalia eidem ſacra. l.4.c. 24. pag. 368.

Apollo In monte biiugo, quemadmodum in Iudæa Deus coli voluit. lib.4. cap. 2. pag. 386. Æmulus oraculorum quæ à Deo Ieroſolymis fundebantur. lib.4.cap.4.pag.393 Quo pacto pſeudoreformati cultum eius inſtaurarint. l.4. c.4.pag.392.

Apoſtolicæ

Apoſtolicæ nomen, Eccleſiæ Romanæ, non alius cœtibus conuenit.l.7.c.18.p.692. Quæ nota ex ſucceſſione ab Apoſtolis ducta confirmatur ibidem. Caluini contra eam ſucceſſionem argumentum refellitur.l.7.c.19. Vis ſucceſſionis Eccleſiam noſtram eſſe Apoſtolicam probantis aptis ſimilitudinibus declaratur.l.7.c 19.p. 696. Alia Caluini argumenta contra eandem ſucceſſionem propoſita refutantur. l.7.c.20.pag.697. In ſucceſſione Apoſtolica nulla vnquam fuit per Pontifices inuecta doctrinæ mutatio.ibid.

Author operis huius inductus ad propugnandam Eccleſiam contra eos, qui eam vt Idololatram criminantur. l. 1. c.1.p.1. Quibus ſic armis quaue methodo vſurus.ibid.p.2 Eius excuſatio de crudelitate aduerſariorum acturi. l. 2. cap. 24. p.158.159.& 160.

B.

Bacchi origo,& idololatria.l.6.c.10.pag.601. Cultus eius à Iudæis acceptus; & varia eius nomina. ibid. p.602. Magna Bacchi cum Venere coniuuctio.ib.p.602. Quib. modis Bacchus ſuum apud Reformatos cultum ſtabilierit. lib.6.c.11.p.604.Reformatorum axiomata quibus cultus Bacchi ſtabilitur. ibid. pag.605. Reformati ve tricolæ Bacchi cultores. l.6.c.11.pag.606. Hugonotorum axiomata multò quàm antiqui Bacchi cultus perniciosiora mortalibus. lib.6.c.14.pag.614.& 615. Maximum parant ſcandalum dum idololatriam ſuam bacchicam exercent. lib.6. cap.14. pag.616. Peiora faciunt,quam veteris Bacchi cultores. ibid.p.617.

Baptiſmus non æquatur à Catholicis eiuſdem cæremoniis, vt Caluinus, atq; Lutherus mentiuntur. l.2.c.15 p.131.

Baptiſmum dicere non eſſe neceſſarium infantibus,eſt fraudulenta, inhumanaq; doctrina. l.2.c.24.pag.158. Et per eam doctrinam plurimis infantib. aditus in cœlum præcluditur,qui eo fruerentur.ibid.pag.159.

Baptiſmus non eſt prædeſtinationis ſigillum contra Caluinum.l.4.c.19.pag.451.Cuius opinio validè refellitur.ibid. valet Hæreticorum baptiſmus.lib.4.c.21.pag.452. Aqua deficiente alio quouis liquore conferri poſſe error Bezæ. ibid.pag. 456. Efficaciter refutatur ibid.pag.457. Baptiſmum non ab alio, quàm à Miniſtro poſſe conferri. Hugonotorum error. ibid.pag. 458.

Digitized by Google

Baptiſmum tradere non eſſe neceſſarium infantibus, doctrina eſt triplici ex capite crudelis.l.2.c.24.pag 159. Crudeliores ſunt aduerſarii in infantes,quam Herodes.ibid. pag.160. Pentheo & Thyeſte ſimiles ſunt.ibid.p.161.

Baptiſmus omnibus eſt neceſſarius. l.3.c 27.p.343.& 344.

Barbari Chriſtiani effecti manſueſcunt, contrà Franci facta Hæretici crudeles euadunt. l.2.c.29. pag.181.

Bella geſta ab Hæreticis & Catholicis differunt. lib.3.c.30. pag.359. Quale bellum gerat Eccleſia.ibid.p.360. Quale ſit Hæreticorum bellum.ibid.pag.361. Tres ſint iuſti belli conditionis.ibid.pag.361.

Bella ab Hugonotis in Francia contrà Reges ſuſcepta probant ipſis pſeudoreformatis animos rebelles ineſſe.lib.3. c.31. p.363. Improbant Sectarii bellum in Turcas ſuſceptum. l.3.c.33.pag.371.

Bellum aduerſus Turcas indictum eſt omniũ quæ fieri poſſunt iuſtiſſimum,& honorificentiſſimum.ibid.p.374.

Berengarium ſequuntur Hugonoti in duabus eius Hæreſibus. l.1.c.16.pag.73.

Beza ineptè vertit vocem Hebræam נפש nephchs, & Græcam ψυχὴν, cadauer.l.2.cap.20.pag.146. Alia item Scripturæ verba ab eodem deprauata ibi & pag.247. Impiis eſt eius de Trinitate ſenſus. l 3 c.4. p.247. Opponit ſe Transſyluanis , vt ipſorum impiæ doctrinæ authorem accuſantibus. ibid. p.248. Aſſerit Deum peccati authorem.l.3.c.14.p 285. Author belli in Gallia excitati anno 1562. l.3.c.29. pag.355. Hortatur ſuos Reformatos vt bello Regem perſequantur. l.3.c.31.pag.366.

Beza idolum Priapi inſtaurauit.lib 5.c.14.p.519. Quæ de ſuo Audeberto canit,turpiora ſunt iis quæ de Priapo antiqui Poëtæ ſcripſerunt.ib. p 519. Nullam horum flagitiorum ſatisfactionem, vel reſipiſcentiæ ſignum exhibuit, nullus eum coarguit.l.5.c.14.pag.552.

Beza honorificentius de Caluino,quam de Ieſu Chriſto loquitur.l.4.c 3.p.391. Æqualem facit Caluinum Chriſto de θεανθρώπῳ, ibid. p.ibid. Negat Dei omnipotentiam. lib.4.cap.9.pag.409. Malus eſt,& ignarus Sophiſta. ibid. pag. 411.

Biblia à 70.verſa contemnunt Miniſtri. l.5.c.19.p.538.

Brotonus ciuis Albinaxenſis ad fidem Cathol. conuerſus. l.8.c.8.p.739.

Calui-

Digitized by Google

C.

Caluinus ſe omnibus Patrib. anteponit.l.2.c.9.p.103.Multa de religione Catholica mentitur.l.2.c.14.p.122.Contra ſe dicit,agens de pœnitencia.ib.p.123.Mentitur cum ait antiquos patres duo tãtũSacramẽta agnouiſſe.l.2.c.15 p.128

Caluinus & Beza vt errores ſtabilirent ſuos,multa Scripturę loca deprauarunt.l.2.c.20.p.150. Inſignis Caluini in Cõcilium Nicenum impudentia. l.3.c.3.p.243. Seriò refellitur. ibid. pag.244

Caluinus falsò tradit Filium ex Patris ſubſtantia minimè generari,& acerrimè refellitur.l.3 c.5.p.250. Argumentũ quo probat Filium, ſuam à ſeipſo habere eſſentiam conuellitur.l.3.c.7.p.256. Sibi ipſi repugnat,dicens vnum eſſe Deum,tres vero conſtituens. l.3.c.3.p.245. Negat corporis Chriſti in Euchariſtia præſentiam,quam tamen interdum confitetur.l.3 c.10.p.267. Veteris Teſtam. loca myſterium Trinitatis declarantia in aliũ ſenſum detorquet. l.3.c.10.p 268. Tres facit Deos,cum ait ſingulas Trinitatis perſonas ſuam à ſeipſis eſſentiam habere. ibid. p. 269. Blaſphemus eſt, ſummamq; Deo imponit iniuriam cum enim facit authorem peccati.l.3.c.12.p.275.facit homines atheos.ib.p.278. Fingit ſe glorificari Deum,ſuos atheiſmos prolaturus.l.3.c.13.p 782. Similis eſt Libertinis,contra quos ſcripſerat, ib.p.280. Eius ſententiæ quib. probat Deum peccati authorem,ib.p.282.Putat Deum otiari,niſi peccatum operetur, ibid.p.282.Ex eius ſententia Deus homines excæcat,peioraq; facit quàm Diabolus. l.3. c.14 p.283.Caluinus Diaboli,& omnium ſceleratorũ patronus, ib.p.284 Ait Deum efficere in improbis voluntatem,quæ præcedit actum,ib p.287.Vani eius prætextus,ad tantam excuſandam blaſphemiam. l.3.c.15.p.286. Blaſphemiarũ perpetuò conuincitur. ibid. p. 288

Caluinus eiuſq; Sectatores Scripturas comminiſcuntur ad libitum,.l.3.c.22.p.323. Aſſerunt Deum præcepiſſe peccatum,at contrarium docet Scriptura, ib.p.323. Dicunt hominẽ à Deo excitari,impelli,cogiq; ad peccandum;negat Scriptura,ib.p.325.Caluinus & eius aſſeclæ gigantes ſunt magis portentoſi, quam qui à Poetis finguntur. lib. 3. c. 23. pag. 327. Caluinus ſibi ipſi repugnans Deum fatetur non eſſe peccati authorem, lib.3.cap.24.pagina 333. Caluinus Diabolus, adulator, & hypocrita, ibidem pag. 335.

Docet

Docet Chriſtianorum infantulos in matrum vteris ſanctificari. l.3 c.27. pag.346. Deprimit Principum authoritatem.lib.3.c.31.pag.365.Eos calceis viliſſimis comparat. ibid. pag.365. Magnus eſt deformatorum Apollo. l.4.c.3. pag. 388.

Caluinus varius, & inconſtans in ſuis opinionibus. l.4. c.8. pag. 402. Aſſerit Chriſtum per fidem eſſe in Euchariſtia, quod dogma à nemine poteſt intelligi. ibidem pag. 403. Multa ſibi repugnantia: ibid. pag 406. Multi eiuſdem Arianiſmi dicentis Chriſtum Dei vicarium,& eius miniſtrum: ibid.pag.404. Ait Chriſtum peccatorem, de ſalute deſperaſſe, quod deinde negat.ibid.pag.407. fatetur S. Petrum Romæ fuiſſe, tradit deinde contrarium. ibid. pag. 406. Ex duabus Caluini opinionibus contrariis earum peior eſt eius hæreſis, altera modò prætextus. ibid. pag.402. Multas habet egregias ſententias,quas ſ ibinde negat: ait Deum omnipotentem eſſe, mox negat.l.4.c 9. pag.408.& 409.Conſuetudo Caluini in Patribus eludendis.lib.4.cap.17.pag.445. Eius reprehenditur dictum, vere caſtos non eſſe, qui tales videantur exterius. l.5.cap.9. pag. 503. Caluinus Bezáque mentiuntur dicentes matrimonium ante S.Gregorii ætatem non fuiſſe habitum Sacramentum. l.5.c.11.pag.512. Agnoſcit Caluinus carnem ſexta feria ſine peccato edi non poſſe.lib.6.c 15.pag.619. Docet honore affici debere Cœnæ ſymbola.l.6.c.17.pag. 627. Perturbator eſt regnorum rerumq; publicarum. l 6. c.8.pag.594.Libertinorum, Aſotorum, & Atheorum author.ibid.pag. 595. Teſtatur Eccleſiam primis quingentis annis primæuo in vigore perſtitiſſe. l.7.c.9.pag.665

Caluinus validum producit argumentum ad ſuam Sectam conuellendam. l.7.c.20.pag.699. Peſſimus eſt logicus ex antecedente propoſitione contrariam inferens concluſionem eius rei quam efficere moliebatur. ibid. p.700

Caſtalio fœdis errores Scripturam interpretando admiſit. l.2.c.21. pag.150

Catholici nequaquam ſunt artolatræ, quod eis Nouatores Hæretici falsò obiiciunt. l.6.c.18. p.632

Catholici nomen,nota veræ Eccleſiæ; quid verò ſit.l.7.c.17 pag.687. Synagoga non non erat Catholica. ibid. p.687. Catholicus, proprium eſt nomen quo veri Eccleſiæ filii inſigni-

Digitized by Google

inſigniuntur; quid de eo nomine patres antiqui ſenſerint, l.7. c.57.pag.ibid. Hoc nomen nobis ſolis, nulliſque aliis conuenit, ibid.pag.688. Vox Romanis adiuncta Catholico nomini illud mirabiliter fulcit; & nos Catholici Romani iure, meritoq; dicimur, & ſumus. ibid.pag.688. Hoc nomen nullo modo Pſeudoreformatis conuenit. ibid. pag.689. Nobis autem conuenit ratione vniuerſalitatis locorum. ibid.pag.687.

Cereris cultus vnde, ei à Gentilibus exhibitus.l.6.c 16.pag. 622. Honores eiuſdem,& ſacrificia.ibid.pag.623.Feſti dies.ibid p.622. Cereris cultus in Pſeudoreformata religione renouatur. l.6.c.17. pag.626. Caluiniſtæ reformati in ſua cœna panem adorant, ſuntq; artolatræ ibid. pag.628.

Chriſtiani Libidinoſi,aſoti,auari &c. ſunt idololatræ. l.1.c.6 pag.24.&25.

Circumciſio non æquat Baptiſmum.l.4.cap.17.p.444.

Circumciſio dicta ſignaculum iuſtitiæ Abrahami, non promiſſionis Dei.l.4.c.19.pag.451.

Cœcitas & obduratio quam infligit Deus, quid ſit. lib.3. cap 21.pag.318.

Cœlibatus non eſt tyrannis vt Caluinus, Bezaq; nugantur. l.5.c.7.pag.499.

Cœlibatum multi in Eccleſia Dei viri fœminæq; ſeruarunt. (l.5.c.9.p.502.

Cœlibatus non poteſt eſſe libidinis cauſa. ibidem pag. 502. Matrimonium erit potius adulteriorum cauſa inter Pſeudoreformatos,quàm inter Catholicos cœlibatus. l.5.c.9. pag. 505.Maiora Sacerdotibus ad ſeruandum cœlibatum auxilia, quàm matrimonium ad fidem coniugalem tuendam. ibid.pag.506.Summum colendi cœlibatus auxilium eſt Dei gratia.ibid.pag.505.

Cœna dedecore digna.l.6.c.18.pag.631. Pſeudoreformati in ſua cœna Caino ſimiles.ibid.pag.632.

Concupiſcentia poſt lapſum Adami magnus generis humani morbus. l.5.c.1 pag.471. Eadem vſus eſt Diabolus ad infinita mala patranda ibid.pag.472.Ad hæc vindicanda grauia in orbem ſupplicia immiſit Deus. ibid.p.472. Ad excitandam concupiſcentiam Diabolus Deos, Deasque libidinis inſtituit. ibid. p.472.

Confeſſio ſic inſtituenda eſt, vt in ea mortalia peccata numerentur, quod non eſt ex Caluini iudicio impoſſibile.

Digitized by Google

lib.2.c.14.pag.124. Caluinus aſſerit ineundum eſſe eiuſmodi peccatorũ numerum, quam prius ipſemet damnarat. ibid. pag.125. Qui coram Deo cõfitetur peccatum, abſoluitur; qui vero cœlat damnatur l.4.c.16.p.441.

Confirmatio Sacramentum eſt, ſicuti Baptiſmus. l.2.cap 15. pag.128.

Cõtritio & attritio ad pœnitentiam ſpectant; quid valeant. l.2.c.14. p.123.

Corpus S. Auguſtini minime violarunt Vandali Ariani capto Hippone.l.2.c. 27.pag.173.

Curioſitas Nouatorum. lib.4.c.6.pag.398. Vitium eſt Hæreticis omnibus commune. ibid. pag.399. Curioſitatem, deſignat Apollinis ſtatua quatuor capitibus effictа. lib.4. c.24. p.465.& 466.

D.

Dagon Philiſtinorum Idolum à Nouatoribus reſtauratum. l.5.c.22,p.546

Dauid à Diabolo excitatus vt populi cenſum ageret.l.3.c.18 pag.307.Dauid ignominia à filio ſuo afficitur permittente Deo,qui voluit hoc modo eius punire peccatum.lib.3. c.18.pag.308

Dæmones familiares lares dicti,quales fuerint. l.8 c.1.pag. 702. Variæ eorundem formæ,atq; figuræ. ibid. pag.704. Dæmones domeſtici ac priuati quomodo facti publici & vniuerſales.l 8. c.1.pag.ibid. Quæ fuerit Deorum domeſticorum origo.l.8 c. 2 pag. ibid. Fuit amor ſui, atque ſuperbia. ibid.pag.704. Diuerſa Deorum eiuſmodi nomina.ibid.pag.703.Horum Dæmonum cultus in Reformata per Lutherum innouatus.l.8.c.3.p.713

Diabolus Dei ſimia multa ſumit ab Eccleſia, & quibus ſuas Hæreſes fabricatur. l 1.c.8.pag.32. In locum Idololatriæ Ethnicæ Hæreſes inuixit. ibid. p. 33. Hæreticorum fraudibus magis nocet, quam ſua crudelitate. lib. 2. cap. 5. pag. 89.

Diabolus ex quo tempore de cœlo deiectus eſt Dei cultum & honorem euertere nunquamnon molitus eſt. lib.3.c.2. pag. 237. Magnopere contendit vt Deus ipſe variis modis haberetur, & res creatæ pro ſe colerentur. ibidem pag.238.

Diabolus Deum initio mundi criminatus eſt veluti authorem peccati.l.3 cap.24.pag.329. Multos ab ortu Eccleſiæ, noſtroq;

Digitized by Google

noſtroq; tempore excitauit Hæreticos qui Deum facerent authorem peccati.ibid.pag.334. Quæ ſit in hoc Diali intentio.ibid.p 331.

Diabolus muliere vtebatur quæ turpiſſimè fundebat oracula. l 4.c 5.pag 395. Dubia reddebat oracula.ibid pag.395. Vt mortales falleret præclaras iubebat proferri ſentētias. ibid.pag.396.

Deum qui facit authorem peccati maximam illi infert iniuriam. l.3.c.12.pag 275.& 276. Deus cauſa eſt præcipua omnium malorum quæ fiunt,ex Caluini ſententia.l 3.c.13 pag.280

Deus permittit peccatum, nec tamen illud vult. ibidem pag. 281

Deus iuxta Caluini author peccati non excuſatur ſimilitudine radiorum Solis ab eodem propoſita.l.3.c.15.pag.289 & 291.

Deus quidem vult Sanctos affligi, non tamen vult, vt eos improbi diuexent. l.3 c.16.pag.295.& 297. Deus non efficit homines improbos,quamuis eos crearit.ibid.pag 297 Deus vult omnes homines ſaluari.ibidem pag.297.Deus patitur malos viuere eo quod nouit iis bene vti. ibid.pag. 299. Quomodo dicatur Deus bonos maloſue facere ad ſimilitudinem figuli.l.3.c 17.pag.300

Deus ſua omnipotentia homines viles & abiectos,aut honore conſpicuos reddere poteſt. lib. 3. cap. 17. pag. 301. Non eſt Deus author peccati,ſed hominis eſt culpa.ibid. pag. 304.

Deus malum permittit nec tamen eius eſt author. l. 3. c. 18. pag. 304. Deus non otiatur licet malum non operetur ſed illud tantum permittat. l.3.c.19.pag.315. Nec idcirco impotens,vel otioſus,imò potius & ſapiens,& omnipotens. ibid.pag 316. Qua ratione dicatur Deus,obdurare,excœcare,& dare in reprobum ſenſum. l.3.c.21.pag 317. Deus non eſt iniuſtus,nullaq; eſt in eo iniquitas, lib.3.c.22.pag. 322.Nunquam Deus ſic improbos,qui gratiam ſuam implorare obtinereq; poſſint.l.3.c.21.pag 312. Deus homines tentat,probatq;, vt quales ſint aliis innoteſcant. lib.3. c.22.p.324.& 325.

Deus eſt omnipotens,peccatum autem infirmitur, Deus eſt ſapientiſſimus,peccatum ſtultitia. lib. 3.cap.23.pag.326

Digitized by Google

Aliæ inter Deum & peccatum antitheſes. ibid. pag. 326. & 327

Deus mala pœnæ immittit, quas nos aduerſitates nominamus. l.3.c.24.pag.333. Deus eſt abſolutè omnipotens cōtra Caluinum hoc negantem. l.4.c.9.pag.411. Deus plurima facere poteſt quæ hucuſque non fecit, nec faciet vnquam, ibid pag. 410. & 411.

Deus multa promiſit, quæ in præſens non exhibuit, l.4.c.17 pag.445. & 446.

Deus incertus, & incognitus fuit olim dictus verus Deus Hebræorum, l.7.c.3.pag.642. Ignoti Dei cultores verum Deum ſub hoc nomine adorabant. ibid. p.643.

Deus ignotus quomodo ab Hugonotis renouatus, lib.7.c.4 pag. 644.

Deus incertus, & ignotus, eſt Miniſtrorum Deus, ibidem pag.645

Deus eſt rerum omnium principium & finis, l.8. c.7. p.731

Deus in Scriptura dicitur abſconditus, l.7.c.2.pag 638.

Dei nomen ineffabile, ibid.pag.637. Deus ex ſuis operibus cognitus. ibid. pag.640. & 641.

Deum incertum quomodo fuerit fabricatus Dæmon, lib. 7 c.3. pag.642. & 643.

Deorum multitudinem fabricatus eſt Diabolus, l. 3. cap. 2. pag. 237

Dii inter Ethnicos celebres, ibidem pag.238. Ingens Romæ Deorum multitudo, vbi Pantheon, ibid.pag.240

Deos plures quomodo Sectarii ſtabiliant, l.3. c.5.p.250

Dii duo quorum alter Ianus rerum omnium principium, alter finis rerum Terminus. l.8.c.7.pag.732

Deos ignotos quomodo Dæmon inuexerit. l.7. c.1.p.635

Deos certos & incertos commentus eſt Diabolus, ibidem pag 635

Dii cogniti vel ignoti quales, ibid.pag.636. Burdegalæ fuerunt olim Dii ignoti. ibid.pag.636

Diſſentiens Doctrina Nouatorum, lib.2.c.38.pag.206. Diſſentio Sectariorum proximam ruinam ipſorum ſignificat. ibid.pag.212.

Diſtracti ſunt opinionibus inter ſe Nouatores, l.2.c.39.p 218

Doctores Eccleſiæ ſunt inter ſe fide, doctrinaque coniuncti, l.2.c.39.pag.214

Doctri-

Digitized by Google

Doctrina Hugonotorum fallax & crudelis, l.2.c.23.pag.157 Quomodo maiorem ſuorum crudelitatem excuſent. l. 2. c.29.pag.179. Arguitur eiuſmodi excuſatio. ibid. pag.179
Doctrina Hugonotica omnino comparata eſt ad fouendam libidinem; contra Eccleſiæ doctrinæ caſtitatem ſtabilire contendit. l.5.c.10.pag.507

E.

Eccleſia Catholica idololatriæ à Sectariis inſimulatur. l. 1. cap.2.pag. 1. Quam aliena ſit ab hoc crimine. ibid.pag.2. Falsò item idololatriæ accuſatur. l.1.c.3.pag.9.& 12
Eccleſia totis viribus Hæreſi aduerſatur.l.1.c.12.pag.59
Eccleſia ſemper eſt vna licet variæ ſint in ea Religioſorum familiæ,ſeu diuerſæ opiniones. l.2.c.39.p.213. Vnam eandemq; fidem habet &ad eam cōſpirantem doctrinam.ib. pag. 214. Notas omnes habet Hæreſi contrarias, quod breuiter oſtenditur.l.2.c.41.p.219
Eccleſia Catholica intimè coniuncta eſt cum Sede Apoſtalica.l.2.c 42.pag.222. Inſignis Eccleſiæ veræ nota eſt vnio cum Sede Apoſtolica,vt docent antiqui Patres. ibid. pag. 223. Eſſet corpus acephalum ſi ſummum Pontificem non agnoſceret Eccleſia.ibid.pag.225. Eccleſia Catholica per concordiam ſuam ſe veram eſſe Eccleſiam Dei demonſtrat,Hæreſis autem diſcordia eam cœtum eſſe Dæmonis oſtendit. l.2.c 44.pag.230. Impia Hugonotorum contra Eccleſiam axiomata. l.4.c.13.pag.425. Errare non poteſt Eccleſia, & ſecus docere eſt arguere Chriſtum mendacij. ibid.pag.426.
Eccleſia inuiſibilis eſt ignotus Deus ab Hugonotis renouatus. l.7.c.5.pag.646
Eccleſia hæc inuiſibilis cur;&quomodo ab illis fabricata.l.7 c.5.pag.647. Duas Eccleſias ab iſtis commenti ſunt,alteram ex ſolis bonis,alteram ex ſolis malis coagmentatam. lib.7.c.5.pag.648. Oſtenditur Eccleſiam nequaquam eſſe inuiſibilem.ibidem pag.649. Triplicem veritatem profert Beza de Eccleſia inuiſibili ibid. p.650. Non poteſt Eccleſia eſſe inuiſibilis. ibid.pag 652. Hæc Hæreſis apertè verbo Dei repugnat. l.7.c.6.pag.653.Eccleſia quoddam corpus eſt idcirco non eſt inuiſibilis. ibid. pag.654. Eccleſia eſt regnum Dei. ibid. pag.655. Eccleſia eſt ciuitas. l 7.c.7. pag.656.Eccleſia Romam tenet.ibidem pag.657. Eccleſia

Digitized by Google

cunctis retio Mundi ſæculis fuit viſibilis. l.7.c.8.pag.659. Quomodo poſt Chriſtum viſibilis perſtiterit Eccleſia.ib. p.661. Cœci ſunt Hugonoti ex Auguſtini ſententia quippe qui non vident Eccleſiam.ibid.pag.662. Argumentum ad probandum Eccleſiam Eliæ tempore deſiſſe, quod diluitur.lib.7.c.9.pag.662. Nunquam deſiiſſe Eccleſiam oſtenditur ex continuata ſerie omnium ſæculorum. ibid. pag.665. Antiquitatem Eccleſiæ altaria, templaq; teſtantur.ibid.pag.666. In Eccleſia ſunt boni, maliq; permixti. l.7.c.11.pag.668.Eccleſia locus eſt,& ſchola ſalutis omnium.l.7.c.13.p 674.

Elcheſaitæ Hæretici,& eorum error. l.1.c.9.pag.36. Eleazarus Iudæus noluit ſimulare ſe porcinam ediſſe .ibid.p.37.

Eleuſina myſteria Cereri dicata ob libidines inſignia. lib. 6. c.16.pag.625

Epicuri Secta quare omnium pernicioſiſſima; l.1.c.12. p.50.

Epicuriſmo peior eſt Hæreſis. ibid. pag.51.

Epiſtola ſcripta, miſſaq; Pariſiis anno 1562.in qua Hugonotorum è conuenticulis redeuntium ordo formaq; narrantur. l.3.cap.29.p.354.

Error in fide eſt vera Idololatria.l.1.c.6.pag.26

Ἐθελοθρησκία,non inuenitur apud Catholicos.l. 8.c.4.p.717

Euchariſtia verum ſacrificium pretii noſtri vt vocat S. Auguſtinus, multiſq; docet eſſe verũ Chriſti corpus. l.1.c.15

Euchariſtia ex Bezæ doctrina poteſt in alia materia quam pane,& vino conferri.lib.4.c 22.pag.460. Hoc refellitur. ibid.pag.461. Poteſt ſub vna tantum ſpecie adminiſtrari. ibid. Exempla illuſtrium hominum qui à paucis diebus abiurata Hæreſi, ad Catholicos acceſſerunt. l.8.c. 8.p.737

F.

Ferocitas Hugonotorum in omnia hominum genera.lib. 2. c.26.pag.167. Paucis tanguntur ea quæ in Franciæ prouinciis ab illis crudeliter geſta ſunt. Quam feroces in mortuos, & in res inanimas. l. 2. c. 27. p. 171.& 172.

Fœminæ nouatam à Caluino religionem prædicarunt. l. 6. cap.6.pag.583. Fœminæ quibus eſt vſus Diabolus ad diſſeminandas Hæreſes. ib.p.583. Fœmina facilè ſeducitur, & ſeducit. ibid. pag. 584. Hugonotæ mulieres Minerua doctiores.ib.p.585.Fœminæ non conuenit doctrina.ibid. Fœminarum eſt ſtudioſius res diuinas diſcere, quam eaſdem docere.ibid.pag.586

Feſta

Feſta Iudæorum ad agendas Deo gratias ob collectas fruges inſtituta.l.6.c.16.p.622
Fides eſt religionis noſtræ fundamentum quam Hæreſis conatur euertere.l.1.c.11.pag.46. Qua ratione fides ſine operibus iuſtificetur.l.2.c.19.p.141. In fidei maxime S.Trinitatis myſteriis,non ſunt requirendæ Leges naturæ. l. 3. c 5.p 252
Fides Sectariorum nullo ſolido nititur fundamento. lib. 4. c 13. pag.426. Fides Catholicorum firma, ſolidaq;.ibid.
Fides inuiſibilis non facit Eccleſiam inuiſibilem. lib. 7. c. 11. p.667.
Fides ſola non efficit, vt quiſpiam ſit in Eccleſia, ſed eiuſdem fidei poſſeſſio. ibid.pag.668
Flius cur dicatur imago Patris. lib.3.c.8.pag.261. Filius non habet eſſentiam à Deo more rerum creatarum, & quod ſit inter ea diſcrimen.l.2.c.8.p.262
Francia multis ſeditionibus & bellis vexata anno 1562. quo tempore ab Hugonotis captæ ſunt vrbes. l. 3.c.29. p.355.
Franci ſunt in honore quod bellum aduerſus Turcas geſſerint.l.3.c.33.pag.374. & 375

G.

Geneua ſimilis eſt Delphis vbi Apollinis oraculum, Roma Ieroſolymis vbi verus Deus collitur. lib. 4. cap. 4. pag. 393
Generatio æterna Filii ex Patris ſubſtantia ex Scriptura demonſtratur.l.3.c.8.p.259.& 260
Gulæ vitium eſſe poteſt in eſu cæparum, aliorumue ciborum vilium,potius quam perdicibus veſcendo. lib.6. c.15 pag.617. Hoc vitium immoderata appetentia,non in eſu conſiſtit.ibid.pag.618

H.

Hæreſis eſt omnium idololatriarum pernicioſiſſima.l.1.c.10 pag.40. Beſtia eſt ſeptem capitum,& cornuum decem S. Ioanni oſtenſa.ib.p.41. Eripit debitum Deo honorē.ibid. Eſt proditrix coniuratio ſuffodiens muros ciuitatis Dei.lib.1.cap.11.pag.45. De Chriſtianis facit Apoſtatas. ibid.pag.47. Stabilit Mahometiſmum in tribus orbis partibus.ibid. p.48. Eſt idololatria omnium pernicioſiſſima. l.1. c.12. pag.49.

Hæreſis notæ numero nouem Hugonotiſmi propriæ l.2.c.1. p.77. Eſt filia ſuperbiæ. ibid. pag.77. Luxuria ſocia & nota Hæreſis. l. 2. c.2. pag.82. Hæreſis cum capite careat non diu ſubſiſtet. l.2.c.43. p.225. Hæreſis natura mater eſt diſſidiorum ſobolesq; Diaboli. lib. 2.c.39.pag.213. Varietas maxima, in doctrina Hæreſis, & inter Hæreticos. l.2.c.40 pag. 218. Hæreſis eſt meretrix Ægyptia quæ Ioſephum accuſans vult videri pudica. l.3.cap.1.pag.236. Omnium crudelium facinorum cauſa ſola eſt. l.2.c.29.pag Hæreſis eſt Idololatria, & Hæretici Idololatræ. l. 1.cap.6.pag.22. Hoc fusè demonſtratur. l.1.c.7.p.28. Hæreſis & Idololatria in multis valdè ſimiles. ibid. pag.29. & 30.

Hæreticorum ſuperborum numerus. l.2.c.1.pag.78. Contemnunt Patres antiquos. ibid. Hæreticos fuiſſe libidinoſos teſtantur antiqui Patres. l.2.cap.2.pag.38. Difficile eſt inuenire Hæreticum caſtum, ait S. Hieron. ibid.pag.84. Hæretici mendaces inſigneſque calumniatores. l. 2. c.3. pag. 84. Oſtentatio Scripturarum, & Patrum eas interpretantium contemptus nota Hæreticorum. l.2. c.4. pag.85. Hæretici corruptores & adulteri Scripturarum. ibid.p.86. fallaces &c. & ea de cauſa vulpes in Scriptura nominantur. l.2. c.5 pag.87. & 88. Sunt crudelitate Leones, & Lupi. ibid. 90. Sedis Apoſtolicæ aduerſarii vt Simon Magus. l.2.c.6. pag.92. Diſcordia nota Hæreticorum. l.2. c.7.pag. 98. Hæretici inter ſe diſſentientes. ibid pag.95. Pertinacia Hæreticorum nota. l.2.c.8.pag.98. Hæretici Diaboli martyres. ibid.pag.99. Hæretici ex nouem notis cognoſcuntur, vt corui propriis adiunctis. ibid. pag.101 Hæretici ſunt multis modis Idololatræ. l.1.c 7.pag.31. Hoc Patrum teſtimoniis cõfirmatur. l.1.c.8.pag 31.

Hæretici vox ſignificat electorem, & vnde deriuatur. l.1.c.31 p. 55. Catalogus Hæreticorum qui omnes electores fuerunt. ibid. Hęretici id ſibi ſumunt qui ad ſuas opiniones facere videtur; ea verò ex Euangelio reiiciunt quæ ipſis aduerſantur. ibid.pag.56. Hugonoti probantur hæretici, quod electionem in Sacramentis fuerint. l.1.c.14 pag.61. Quodque ex ijs quod libitum illis fuit, cæteris abiectis vſurparint. ibid.pag.60. Et multis modis in volumine Bibliorum. l.1.c.15.pag.62. Credunt partim Symbolo, partim vero minimè. ibid. Scripturam eodem ſenſu accipiunt,

unt, reiiciuntque. ibid. Aliis argumentis Hugonoti demonſtantur Hæretici. l.1.c.16.pag.71. Plurimas hæreſes iampridem damnatas amplectuntur. ibid.pag.72

Hirco maximè delectatur Diabolus.l.5.c.17.pag.529.& 530

Hiſtoria Hugonotorum Liuroni obſeſſorum contra Henricum III. Regem Franc lib.3.c.32.pag.367. Arguuntur Duces qui tantum facinus patrari ſunt paſſi. ibid p.368

Homo interior,& exterior,quid vterq; ſignificet.l.1. c.5.p.18

Homo probus liber eſt, licet ſeruiat, improbus autem ſeruus,tametſi regnet. l.6. c.9. pag.599

Honor Principibus debitus & obſeruantia vehementer in S. Scriptura commendatur; quidnam hac de re ſentiant Pſeudoreformati.l.3.c.32.pag.368.& 369

Hugonoti omnium vitiorum illecebras omni hominum generi ſuſpeditant. l.2.c.35.pag.197. Quæ fuerint eorum inſignia & ſymbola, anno 1562. l.3.c.29.pag 354.& 355

Humilitas eſt vera Eccleſiæ Catholicæ nota.l.2.c.10.p.110.

I.

Idolum quid ſit.l.1.c.2.pag.6.Idolum,ſicut Elil vox Hebrea idem eſt, quod nihil. ibid. Non eſt idem quod imago.ib. Aut ſequeretur Deũ iuſſiſſe Idola fabricari.l.1.c.3.p.101. Res eadem eſt opus natura, & Idolum diuerſis.lib.1.c.4. pag.13

Idololatria ſcelus coram Deo grauiſſimum.l.1.c.1.p.3 Quid ſit Idololatria,& Idololatra. l.1.c.4.pag.13. Doctores authoris definitioni ſuffragantur. ibid. Mœchus & adulter Idololatræ. lib.1.c.5.pag. Idololatræ ſunt Turcæ,Iudæi, Philoſophi,quo id modo.l.1.c.4.pag.13.& 14

Idololatria viſibilis,& inuiſibilis,& quæ ſit vtraq;. lib.1. c.5 p.17. Quot modis diuidatur exterior Idololatria. ibidem p.18. Quomodo ſumatur interior; & quæ ſint eius partes. l 1. c.6. pag.22. Diſcrimen inter externam,& internã Idololatriam. l.1.c.9.pag.34. Interior peior eſt exteriori. ibid. pag.35

IESVS nomen omnium, quæ Deus vindici ac Saluatori Chriſto dederit excellentiſſimum l.7.c.2.p.640

IESVS Chriſtus ſtatim atq; natus eſt,multis modis Idololatriam euertit.l 1.c.5.pag.19.& 20

IESVS Chriſtus ingreſſus eſt ad diſcipulos ianuis clauſis, ſed non eodem modo S. Petrus eſt egreſſus è carcere, vt

vult Caluinus.lib.2.c.20.pag.143. Poſt aſcenſionem ſuam plus quam quingentis fratribus conſpiciendum ſe exhibuit. ibid. pag.144. & 145. Beza huius loci corruptor arguitur.ibid.

IESVS Chriſtus ſummum Eccleſiæ caput, viſibile caput conſtituit S.Petrum, ſcil.& eius ſucceſſores.l.2.c.43. p.227 Pro ſe atq; Petro tributum perſoluit, quid hoc facto ſignificarit.ibid.228.Rex cum ſit totius mundi, non tamen terreſtres Reges authoritate regali priuat.ibid.

IESVS Chriſtus Idololatriam euertit, vrbemq; Romam olim Idololatriæ ſedem ſuæ ſubdidit poteſtati. l.3.c.2.pag. 240. & 241. Patris ſui voluntate crucifixus, ob paſſionem ipſi cumulati ſatisfecit; ſed eam peruerſiſſima voluntate Iudæi excogitarunt, curaruntq;.l.3.c.16.p.295. Ieſu Chriſti mors peccatum fuit omnium grauiſſimum, ex quo tamen Deus omnia mundi bona elicuit. l.3.c.19. p.314

IESVS Chriſtus caſtitatis regnum ſtabiliuit, illudq; Idololatriæ Veneris obiecit.l.5.c.5.pag.487. Matrem habere voluit, re, voluntate, ſtudioq; Virginem. ibid.pag.488. In ſe caſtitati authoritatem conciliauit: ibid. pag.489. Voluit cœlites habere miniſtros, voto caſtitatis adſtrictos. ibid. p. 490. Multa præſtitit vt ſuus eſſet honor caſto coniugio atq; virginitati.ibid.

Imagines Sanctorum maximeque Crucifixi immaniter ab Hugonotis vexatæ.l.2.c.28. pag.176.177. Non ſunt Idola, ſecus Nouatores Idolis abundant. l. 8.c.4.p.719. Imago Saluatoris miraculorum effectrix. ibid.p.720

Inuocatio Sanctorum S. Gregorio Magno, antiquior.lib.2. c. 17.pag.134.

Iob à Diabolo ſola Dei permiſſione vexatus. l.3.c.18.p.306. Chaldæi à Cacedæmone impulſi ad diripiendas Iobi facultates.ibid.p.307.

Ioſeph in Ægyptum ductus & venditus voluntate Dei, quãtam opem mortalibus ibi eſſet allaturus præuidentis l. 3. c.16.pag. 294

Iudæi prius fuerunt Idololatræ, quam aureum vitulum adorarent.l.1.c.9.p 36

Ionas tres Ethnicorum Dii per Caluini doctrinam renouati, in errore de S. Trinitatis myſterio. l.3.c.11.p.272. Hæc Hæreſis multò pernicioſior quam fuerit Ethnicorũ Idololatria.ib.Peior item Alcorano.ib.p.273

Iu-

Iupiter habitus antiquis Deorum primus & maximus. l.5. c.12 p.274. Cur voluerit Diabolus execranda iſtius Iouis facinora toto orbe vulgari. Ibid.

Iupiter quem Caluinus induxit, eſt ipſe Deus verus, quem peccati facit authorem. l.3. c.10 p 270

Iuſtus Dominus Turnonius de conuerſione Hæreticorum ſolicitus. l.2.c.36.p.202

De Iuſtitia & Iuſtificatione quid ſentiat Eccleſia Catholica. l.4.c.15.p.431. De iiſdem Hæreticorum opinio. ibid. pag. 432. falſa Caluini comparatio ad demonſtrandam ſuam imputatiuam iuſtitiam. ibid.p.433. Iuſtitia vera peccatum penitus aufert. ibid.p 434. Iuſtitia imputatiua admodum contumelioſa in Deum & Ieſum Chriſtum. l.4.c.17.p 437

Iuſtificatio à Chriſto facta, tam vera eſt, quam impertita corporib. ſanitas. ib.c.16.p.438.& 440. Diabolus potẽtior ipſo Deo in hac Iuſtificatione imputatiua declaratur. ib.p.439

Iuſtitia noſtra Dei iuſtitia dicitur, quod ipſa à Deo donatur. ibid. p. 440. Pſeudoreformati per iuſtitiam imputatiuam Deum ignorantem faciunt. ibid. Doctrina Catholica de hac iuſtificatione Chriſtiana longè melior eſt. ibid. p.440

L.

Liberi in legitimo matrimonio ſuſcepti ſunt ſancti, hoc eſt, legitimi. l.3.c.27.p.343. Liberi & infantes Chriſtianorum nec filii Dei ſunt, nec ſeruitus Abrahæ niſi per Baptiſmũ. ibid.pag.344

Libertas Dea vnde duxerit originem. l.6.c.7.p.586. Libertas religionis Hugonoticæ libertate Romanorum inſanior. ibid. Conſcientiæ libertas exponitur. ibid p.587. Ab Hugonotis efflagitatur; quid per eam velint. ibid. pag. 588. Quidnam Caluinus callidè, falſoq; doceat de Chriſtiana libertate. ibid.p.589. Repugnantes in hoc argumento, abſurdæq; eiuſdem ſententiæ: ibid. Quidquid de hac libertate tradit Caluinus, refellitur. l 6.c.8. pag.596. Hugonotorum libertas peior libertate Romanorum. ibidem pag 595. Circa hanc libertatem magna inter Nouatores repugnanſque doctrina. ibidem. Conſcientiæ libertas, Geneuæ, & aliis in locis Hæreticorum, minimè conceditur. ibid.pag.597. In quo poſita ſit vera conſcientiæ libertas, l.6.c.9.p.598

Liber-

Digitized by Google

Libertas vera conſcientiæ eſt inter filios Dei; apud Hugonotos vera ſeruitus. l.6.c.9.pag.598. Iſtorum libertas tota carnalis, ibidem. Chriſtiana libertas in ſpiritu,& eius actionibus conſiſtit.ibid.pag.499

Libri famoſi contra Catholicos vulgati, paſſimq́; diſperſi, l.2.c.17.p.136

Leo vaccam tenens Apollinis Idolum,quomodo inter Hugonotos reperiatur,l.4.c.24.pag. 463

Legem Dei impoſſibilem dicere, ſumma eſt in Deum blaſphemia.lib.3.c.11.pag.419. Cum Dei gratia facilem eſſe declaratur.ibid.

Locuſtæ deſignant aptiſſimè Nouatorum doctrinam, lib. 2 c.35. pag,:97. Caluinus; Lutherus, Beza ſunt locuſtæ Apocalypſeos, lib.2.c.36.pag.196. Dentibus leoninis quid deſignent locuſtæ in Sectariis reformatis, ibid. pag. 167 Qu d ſonus earum deſignet,l.2.c.37.p.203. Quid earum cauda Scorpionum inſtar,ibid. Locuſtarum Rex eſt Angelus Abyſſi cum nomen eſt Exterminator.ibid.p.204

Luna vnde fuerit Idololatriæ obiectum,l.6.c.1.pag.562.Diuerſa Lunæ nomina,& vnde deducta, ib.p.566.Cur fuerit habita venatorum Deo,ibid.563.Multæ fabulæ declaratæ, ibid. pag.565. Lunæ curſus, & alia eiuſdẽ plurima, ibid.pag.563. alia Lunæ nomina, ibid.pag.566. Lunæ apparatus & ſatellitũ. Varia diuerſis in locis Lunæ ſacrificia,l.6.c.2.pag.567. Dianæ, Lunæue templum toto orbe celeberrimum, deque eodem alia plurima, ibid. pag.568 Sacrificia Lunæ crudeliſſima, ibid.pag.569. Luna Dei opus nos bonum, malumq́; docet, ad factorem eius laudandum,lib.6.c,3.pag.570.Lunæ currus ab animantibus tractus Hugonotos indicat.l.6.c.4.p.575. Lunæ ſacrificia in Hugonotiſmo exhibita: ibid.pag.574. Luna non ſemper eſt Eccleſiæ typus,niſi cum plena fulget. l.6.c.3 p.570

Lutherus ſcripta ſua mendaciis inferſit.l.2.c.12.p.117

Lutherus vult Scurra infamis haberi ſi vnquam mentiatur. l.2.c.14.p.126.& 127

Lutherus inſignis apoſtata ſtella eſt quæ de cœlo cecidit. l.2 c.33.pag.190 Diabolus ei clauem abyſſi tradidit.ibidem. Doctrina Lutheri fumus è puteo abyſſi eiectus. ib.p.191. Lutheri arrogantia. l.2.c.36.pag.199

Lutherus Scripturas fœdiſſime deprauauit. l.2.c. 19.p.140

Luthe-

Digitized by Google

Lutherum deſignant Apocalypſis locuſtæ.lib.2.c.33.pag.196 Pſeudopropheta ruinam Papatus, poſt ſuum obitum futurã falsò prædixit.l.2.c 36.p.203. Multos articulos repugnantes tenet.lib.4.c.7.pag.400.& 402. Seditionum,ac bellorum author poſtquam è Cœnobii clauſtris erupit. lib.3.c.29 pag.352 Se nuncupat Eccleſiaſtem,quod inſtar Apollinis eſt. l.4 c. 2. pag.388. Alia eiuſdem plurima dicta,idem ſignificantia. ibid. pag.389

Lutherus aduerſus caſtitatem loquitur, vt emiſſarius equus ſi fari poſſit lib 5.c.7.pag.499.& 501. Monſtrum in hirci forma genuit Pana,& quomodo.l.5.c.21.pag.541.Tentauit nõnihil bonis operibus tribuere, ſed fruſtra.l.5.c.25.p. 557 Lutherus Dæmone vſus familiariter.l.8.c.3.p 712.

Luxuria per quas Hæreſes hoc æuum amplificata fuerit, & ſummum authoritatis gradum acceperit.lib 5.c.10.p.507 Quomodo eodem Scriptura, ratio naturaq; aduerſetur. ibid.p.508. Quî differat Hæreticorum libido,ab ea quæ inter Catholicos cernitur. l.5.c.10.p.507

M.

Malitia execranda Caluini Bezæ, & eiuſdem farinæ Miniſtrorum .l.3.c.18.p.304

Manna longè diuerſum ab Euchariſtia teſte IESV Chriſto. l.4.c.17. p.444

Malis nulla eſt conquerendi cauſa,quod ſint à Deo creati. l. 3.c.17.p.300 & 301. Non debet Deum impotentem exiſtimare, quod eius voluntatis peccent.l.3.c.19. p.310.& 311

Maria virgo ab Hæreticis ignominioſe exagitatur.lib.5.c.24 pag.552.& 553

Marotus in ſuis Rythmis multas blaſphemias admiſit. lib.2 c. 21. pag 148

Mars à multis gentibus pro Deo habitus,& cultus,à Romanis præſertim; qualis Deus fuerit. l.3.c.28. pag.348. Qui factum vt Deum Martem adeò ſtudioſè celebrarint. ibidem pag. Qualia eius ſacrificia. ibid.p.350. Vnde factum vt Deum belli Ethnici receperint. ibid.p.394. Mars Pſeudoreformatum religionem in Gallias inuexit. l. 3.c.29.p. 353. Quomodo Hugonoti ſacrificia Martis renouarint. l.3. c. 34. pag 377. Reformati ſimiles animalibus quæ in Martis tutela eſſe putabantur l.3.c.29.pag. De pico martio,& milite franco Martis alumno. ibid. p.353

Matri-

Digitized by Google

Matrimonium eſt honorabile, non inter omnes, vt vult Caluinus, ſed in omnibus rebus. lib.2.c.20.pag.144. Sectarii matrimonium æquale faciunt virginitati, contra S. Paulum.l.2.c.34.p.195. Maiori honore à Catholicis habetur, quã ab Hugonotis. l.5.c.6.p.494. Laudatur ab Hugonotis, at ex albo Sacramentorum expungitur. l.5. c.11.p 510.
Matrimonium non ſatis validum eſt remedium ad extinguendum ardorem libidinis abſque Dei gratia. ibid.pag. 511. Eſt verum Sacramentum ibidem. Quatuor ſunt adiuncta matrimonii nobiliſſima Vnitas, firmitas, perpetuitas, graduumque diſtinctio.l.5.c.12.p.514.& 515
Me ... Reformatorum. l.4. c.24.p.469.& 470
Melanchthon multa congerit mendacia contra Catholicos.lib.2.c.13.pag.120.& 121. Varius & inconſtans in fide. l 4 c.7.pag.399.
Menſa Solis eſt Hugonotorum cœna. l.4 c.24.pag.497
Mercurius quomodo in Deorum numerum venerit. l.5.c.16 pag.525. Qua ratione creditus nuncius, interpres, & miniſter Deorum.ib. Vitia Mercurii & malitia l.5.c.17 p.528
Mercurii cultus à Sectariis renouatus. l.5.c 18.p.530. Caput & pedes Mercurii alatos exhibent reformationis proceres. lib.5.c.19.pag.534. Mercurii caducem in Hugonotiſmo.l.5.c.27 p.562. Innumerabiles animas Miniſtri in Orcum contruſerunt. ibid.540. Idolum Mercurii monſtroſum manibus, pedibuſq; truncatum.l.5.c.22.pag.544. A pſeudoreformatis renouatum.ibid. Sacrificii Mercurii ab iiſdem inſtaurata.l 5.c.27.p.561
Minerua quomodo facta Dea. l.6.c.5.pag.581. Eam coluerunt Athenienſes; quid de eadem dixerit Demoſthenes, eiuſq; deſcriptio ibid. Multa Poëtæ à Salomone ſumpſerunt, quæ in Mineruam transferrent.ib. Tituli Mineruæ ſoli Deo tribuendi ibid.584
Mineruæ idolum in portis vrbium collocatum.l.6. c.5.pag. 578. Qua in re Hugonotica religio Mineruam, eiuſque cultum exhibeat.l.6.c.6.pag.584
Miniſtri Reformati præ cunctis gulæ, ventriq; dediti. lib.6. c.14. pag. 616. Quam futilem ſuæ veracitatis excuſationem habeant. l.6.c.15.pag. 617. Se ob gulæ tuendæ ſtudium cremari ſinunt. ibid.pag 619.
Miniſtri ſe à nemine miſſi obtrudunt. l.5,c.18 p.531. Quam falſa

Digitized by Google

falſa ſit eorum extraordinaria miſſio, nullis miraculis cõfirmata. ibid. pag.533. Initio magna illis fuit cura linguarum, nunc elingues, & ignari ſcientiarũ. l.3.c.19.pag.535. Sacros libros quos voluerunt abiecerunt. ibid. 536. Eorum quos reiecerunt, enumeratio. ibid.537. Scurræ ſunt & moriones, & qua in re eorum appareat morologia ſcurriliſq; dicacitas. l.5.c.21. pag.541. Veſtitum mercatorum, & Mercurii geſtant. ibid. pag.542. Idola ſunt, & in ſpecie paſtores videntur.l.6.c.8.p.593

Miracula ſunt bonæ doctrinæ; veræq; fidei Eccleſiæ Catholicæ ſigna. l.7.c.16 p.686

Miſſa pro vita functis ab Apoſtolorum ęuo celebrata in Eccleſia, cõtra Brentii & Buceri mẽdacia.l.2.c.16.p.131.&132

Mortuos fideles non poſſe precibus iuuari qui docet, crudelem tradit doctrinam. lib.9. c.25.pag.164. Doctrina huiuſmodi Purgatorium euertit, eſtq; peſſima. ibid. A mille ducentis annis fuit in Aërio damnata. ibid. Orare pro mortuis doctrina eſt ab omni Natione vſu recepta teſte ipſomet Caluino.ib. Fuit etiã in vſu in Eccleſia prioribus quinq; poſt Chriſti aſcẽſum ſeculis vt idẽ Caluinus fatetur.ib.p.165.

N.

Nomina Dei ex eius operibus, atq; virtutibus ſumuntur.l.7 c.2.pag.640. Qui eſt, nomen eſt Deo præ cunctis nominibus maximè conueniens.ibid.pag.637. & 638

Notæ Eccleſiæ iuxta Sectarios; pugnantia tradunt. l.7.c.12. Sunt eorum notæ, obſcuriores Eccleſia. ibid. pag.670. Sunt vltrà captum iudiciumque vulgi. ibid, pag.673. Ad hoc vſui ſunt Eccleſiæ notæ, vt eam per illas infideles agnoſcant.ibid.pag.672. (673.

Notę non ſunt quas tradunt Miniſtri, ſed officia Eccleſię.ib.

Notæ veræ Eccleſiæ Dei. l.7.c.13.p.673. Prima Eccleſiæ nota, eſt Vnitas.l.7.c.14.pag.674. In quo ſita ſit ratio vnitatis Eccleſiæ. ibid. Secunda nota eſt ſanctitas. l. 7. c.16.p.677. Tertia vniuerſalitas.l.7.c.17.p.686. Quarta eſt in eo quod ſit Apoſtolica.l.7.c.18.p.692.

O.

Obedientia Eccleſiæ erga ſuperiores, ſacros & ciuiles. Obedire debent omnes Regibus & Principibus viris, non tamen ſiquid contrarium Dei legibus præcipiant; nec licet contra illos ſumptis armis inſurgere.l.3.c.32.p.367. & 369

Obſti-

Digitized by Google

Obſtinatio vera Hæreſis forma. l.2. c.8.pag.98. Nota Dæmonum & damnatorum. ibid. Maxima eſt inter hæreticos. l.2. c.24.p.221

Omnipotentia Dei non in eo eſt, ne poſſit mentiri, mori & alia eiuſmodi præſtare, ſed ex iis metipſis rebus potius, confirmatur l.4.c.9.pag.410.& 411

Opera bona cœlum; mala infernum merentur. l.1.c.15. p.65 Sunt amoris Dei teſtimonia. l.4.c.19.pag.450. Bona Reformatorum opera. lib 4.c.24.pag.465. Bona opera non prodeſſe Chriſtianis,pernicioſa doctrina.l.5 c.25.pag.557 Oppoſitum eſſe verum ab orbe condito, monſtratur ibid. pag.560. Hæreticorum doctrina de bonis operibus eſt & toti Scripturæ;naturæq; contraria. l.5.c.26.pag.559. Hac doctrina imbutus homo fit ſtatua mercuriana; & in ſerpentem tranſmutatur. ibid. p.560

Oraculum Delphicum hoc æuo à Sectariis innouatum. l.4 c.4. pag.392. Tria Delphis erant ex quibus oraculi admirabilitas. lib.4.c.5.p.394. Oracula Delphini Apollinis ambigua in doctrina Sectariorum exhibita. l.4.c.6.p.395

P.

Pagani Ethnicique homines more beſtiarum iudicio ſenſuũ adhærent.l 4.c.1.pag.383 (739

Pauſæus è Biterrenſi Miniſtro factus Catholicus.l.8.c.8.p.

Papæ ab Hugonotis vocatus Antichriſtus in Synodo vapincenſi.l.2.c.30. pag.184. Quam ob cauſam, id factum l.2 c.31.pag.185. Refellitur atrox iniuria.ibid. Nec Papa Gregorius; nec quiſquam alius, qui eum in ea ſede præaſſerit, vel ſucceſſerit, poteſt Antichriſtus appellari: ibid.188

Papam oderunt Sectarii. l.2 c.32. p 189

Paradiſus variis de cauſis hæreditas, & merces nominatur. l.1.c.15.pag.67. Hoc in IESV Chriſto perſona monſtratur.ibid.p.68 & 69

Paſtor vnus in Eccleſia, & caput illius cum quo in fidei & charitatis vnitatis membra cohærent.lib 7.c.15.pag. 677 hunc Paſtorem Hugonoti nolunt agnoſcere, cum eum vocitent Antichriſtum.ibid.p.679

Peccata quæ nulla bona intentione naturam ſuam mutare poſſunt.l.3.c.15.p.290

Peccatum originale ex Scriptura probatur, nec niſi per Baptiſmum aufertur.lib.3.c.27.pag.346. Peccatum per Dei gratiam

gratiam tollitur; nec dicendum eſt non imputari.l.4.c.15 pag. 432. & 433.

Permiſſio diuina à Caluino, Beza, & aliis Hæreticis oppugnatur,& irridetur; ſerio tamen ab authore propugnatur. l. 3. c. 18. pag.308.

Permiſſio diuina in Scriptura ſolide fundatur. l.3.c.19.p.313. Loca Scripturæ quibus aſſeritur: ibid.pag.314.

Pharao quomodo creatus à Deo,Licet reprobus exiſtat.l.3. c.16.pag.297. Pharao & illi ſimiles obſtinati quamobrem cœcitate percuſſi.l.3.c.21.pag.317.

S. Petrus conſtitutus eſt caput Eccleſiæ, eadem ſimiliter ratione; eius ſucceſſores. l.2. c.43. pag.226.& 227.

Philippus Marnix libri ſcurrilis ſcriptor. l.5.c.21.pag.542.

Plato Lectionem Poetarum & Poetas expulit è ſua Republica.l.3 c.24.pag.333.

Polygamia ſemper Chriſtianis ꝓhibita; In veteri lege tamē certis de cauſis nonnullis permiſſa.l.5.c.12 pag.514.& 515

Pædicere futura,eſt nota Dei viuentis. l.4. c.2.pag.385.

Præſcriptio nihili eſt abſq; iure legitimo.l.1.c.1.pag.1

Purgatorium S. Auguſtin. agnouit.l.2.c.17.p.135. Quæ fuerit S. Auguſtini hac de re dubitatio. ibid.

Q.

Quadrageſima Dæmoni diſplicet. l. 6. c.11.pag.608.& 609. Ieiunia ſemper in vſu fuerunt in Eccleſia, & etiamnum ſunt apud Iudæos.l.6.c.12.pag.607. Quadrageſimam inſtituerunt Apoſtoli. ibid. pag.608. SS.Patrum de Quadrageſimæ antiquitate ſententiæ. ibid.

R.

Radii Solis quomodo ſimilitudine ſui Deum oſtendunt non eſſe authorem peccati,contra Caluinum.l.3. c.15.pag.291. & 289.

Reformata Hugonotorum religio eſt omnium Idololatriarum Pantheon,atq; Babylon.l.7.c.20.pag.702.

Reformati Deos habent domeſticos; & quales illi ſint. l. 8. c.3.pag.713. Eorum ſinguli peculiarem habent. ibid.

Reformatis gratior eſt victoria Turcarum de Chriſtianis; quam Chriſtianorum de Turcis. l.3. c.33.p.372. Multi è Reformatis euadunt Mahumetani, vel Ariani. lib.3.c 33. pag.373. Oderunt Papam acerbius quam Turca. ibidem. Multas præclaras ad ſuas occultandas Hæreſes, ſententi-

as. l.4.c 9.pag.408. Negant Dei omnipotentiam in Euchariſtia.l 4.c.10.pag.411. Eorum contra Chriſtum axiomata. lib. 4. c. 9. pag 413. Negant Ieſum Chriſtum eſſe Deum.ibid.pag.414. Tenent Spiritum Sanctum eſſe Deum,idq; ſcripſit Eraſmus,ibid.pag.415. Eorundem contra Dei legem axiomata, quam dicunt ad obſeruandum impoſſibilem. l.4.c.11.pag.419. Hæc doctrina omnium ſcelerum Reformatos conuincit.ibid.pag.420.

Reformati poſtquam ſummã toti regno vaſtitatem intulerunt, effecerũt, vt regio edicto innocentes declararentur; & hæc eſt eorũ imputatiua iuſtitia. l.4.c.15. p.432.& 433.

Reformati Nouatores nulli cedere volunt, ſuntque in ſuis opinionibus immobiles,& Saxei.l.8.c.8.pag.733. Quantam Miniſtri illis iniuriam, ac damnum inferant. ibidem pag.734. Nulla in eis ſanitas.l.7.c.16.pag.608. Teſtimonia capitum Reformationis Hugonoticæ ad eorum declarandam malitiam. l.6.c.5.pag.588. Nullus in hac Reformatione repertus eſt, qui vllum ſanctitatis documentum dederit. l.7. c.16.pag.685. Deformatio ſolo obtentu ac prætenſione Religioni Hugonoticæ conuenit.l.7.c.17. pag. 689. In paucis tantum Europæ nidulis ſedem obtinet ibid. pag. 690. Quam ſteriles ſint bonorum operum Reformati.l.6.c.3.pag 572. Reformati religionis Sectatores ad tria pertinent capita, Lutherum, Zuinglium, & Caluinum. ibid. p.573. Sunt illi monſtro ſimiles, quod in humano corpore, caput habet ſerpentis. ibid. Diuerſæ Lunæ formæ Reformatam ſignificant. l.6.c.4.pag.574

Reformati ſunt Panicolæ.lib.6.c.17.pag.627. Maxima inter eos doctrinæ varietas. l.7.c.14.p.675. Quamnam ſe fidei regulam habere cenſeant l.8.c.3.pag.711. Eorum Idololatria periculoſior quam fuerit Deorum domeſticorum. ibid.pag 715. (pag. 316.

Reformati ſunt propria iudicii cultores, & idololatræ. ibid.

S. Renaldus è Proceletorum familia Dignenſis Epiſcopus maximo dedecore à Reformatis affectus. l.2.c.27.p.172.

Religio Reformatorum eſt filia temporis; ſed vera, Dei.l.3. c.26. pag. 338. In illa renouata eſt immolatio hominum. ibid. p.339. Religio Reformatorum longe differt à Chriſti Religione,tum pace,tum bello.l.3.c 29.pag.340. Quo pacto bellum funeſtiſſimum quacunq; gradiatur,inferat. ibid 341. Eius axiomata ſeditiones gignunt.l.3.c.31.p.363.

Reges

Reges Magiſtratuſque politici Leges condunt quibus obligantur conſcientiæ. l.6.c.8 pag 592.& 593.
Rex Anglorum dicitur ab Hugonotis Antichriſtus. l.7.c.15. pag. 679.

S.

Sacramenta in Eccleſiâ ab antiquis Patribus probata. l.2.c.15 pag. 128. Eccleſiæ Sacramenta nec nobiliora, nec meliora eſſe Moſaicis, tenent Hugonoti. l.4 c.17. pag. Alia eſt Catholicorum doctrina. ibid. 442. Refutatur Hugonotica. ibid. pag. 443. Ridicula Sacramenti definitio ex Lutheri, Caluiniq; doctrina. l.4. c.18. pag. 447. Vera Sacramenti definitio ex S. Auguſtino. ibid. Sacramenta non ſunt inſtituta ad alendam fidem ad modum miraculorũ. ib. 448. Non ſunt vt ſigillum verbi Dei. ibid. Non ſunt ad nutriendam fidem. l.4. c 19. pag. 449. Sunt Iuſtificationis inſtrumenta. ibid. pag. 450. Duo tantum agnoſcit Caluinus. l.4.c.20. p.453. Eccleſia ſeptem. ibid Sacrificium infantulorum apud Hugonotos exhibetur, & quomodo. l.3.c.27 p.342. Quænã ibi pulſent Miniſtri tympana, & fiſtulas. ib.
Sanctitas morum, & doctrinæ eſt vera Eccleſiæ nota. l.7.c.16 pag 608. Hæc ſanitas in nulla errantium Secta reperitur. ibid. p.681. Vitæ ſanctitas inter Catholicos eximia, qualis Henrici à Ioyenſa. ibid. pag. 631. & 682. Sancti, & alii illuſtres viri poſt mortem è tumulis extracti, crudeliſſimeq; in ſacris eorũ reliquiis vexati l.2.c.27.p.170. Zelus religionis Hugonotos ad tantã crudelitatẽ non induxit. ib. p.177
Sancti à Catholicis non vt Dii, ſed vt amici Dei honorantur. l.8.c.5.p.722. Deus ſuis in Sanctis honoratur. ibid. p.724.
Sancti Hugonoticæ religionis plane, ſicut eorum Eccleſia, inuiſibilis. lib.7.c.16. pag. 682. Sanctorum cultus non eſt Ethelothriskia, vt vult Caluinus. l.8.c.4.p.717. Quo pacto Sancti in Eccleſia honorentur. ibid. pag. 718. Non eſt cenſenda Ethlelothreskia cum Sancti ob peculiares cauſas inuocantur. l,8.c.5. pag. 722. Sancti ad diuerſa dona, & varios effectus deſtinati. ibid. pag. 723. In locum falſorum Deorum à Deo ſuffecti. ibid. pag. 725.
Scriptura S. difficilis eſt, quod ipſemet Caluinus fatetur. l.2. c.4. p. 86. Scripturam ſolam probant Errantes ſine Scriptura. lib. 2.c.18. pag. 87. Cur dicam perſpicuam eſſe Scripturam. ibid. p.86. Non eſt clarã, faciliſue Scriptura. ibid.
Scriptura ab aduerſariis corrupta in vulgatis editionib. l. 2.

c. 21. pag. 151. Scr. S. ſenſibus Variis,& ſignificationibus abundat.lib.2.c.33.pag.191. Multis in locis ab aduerſariis obſcurata,in hoc præſertim. Hoc eſt corpus meum. l.2, c.34.pag.194.

Scripturæ ſunt arma quibus vtitur Hæreſis vt ſe Mundo probet.l.3.c.16.pag.294.Cur vtatur Scriptura voce actionis vbi ſimplex permiſſio ſignificatur. lib.3.c.20.pag 315. Scripturam ab Hugonotis valde contemni paret ex eorum axiomatis. lib.4.c.12. pag 21. Eorum Scriptura ſcatet mendis,& erroribus. lib.eod. pag.422 Eadem abuſi ſunt Hæretici veteres,ſicut & noui.ibid. Blaſphemiæ,Scripturæ ſacræ ab Hugonotis attributæ. eod.lib.4.c.12.p.425.

Salomon reſipiſcens Eccleſiaſtem edidit. l.1. c. 15. pag.63.

De Spiritu S.ecquid credamus.l.3.c.9.pag 263. De hac perſona error Caluini. ibid.pag.265. Spiritus S.verus eſt Deus contra Reformatorum opinionem.l.4.c.10.p.415.

Saturnus qualis fuerit Deus,& qualis eius religio.lib.3.c.25. pag.335.Quo ei modo infantes immolarentur.ibid.p.336

Saturni religio in Hugonotiſmo renouata. l.3.c.26.p.339.

Simulacrum Saturni à Nouatoribus repoſitum.ibid.

Schiſmata & Hæreſes hinc ortæ quod ſedi Apoſtolicæ non pareatur. l.2.c.6.pag.93.

Semei non fuit iuſſus Dauidem maledictis inſectari,ſed tantummodo permiſſum illi fuit. l.3.c.18.pag.305

Sepulcra nefas eſſe violare tota cenſuit antiquitas: quid cōtra Sanctorum corpora fecerint Aduerſarii.l.2.c.27.p.170 Quid contra alios illuſtres viros. l.2.c.28.pag.176

Serpens adoratus à Perſis.l.5.c.23.pag.546. Et aliis pluribus locis.ibid.pag.548.Romæ ſub Æſculapii nomine. ibid.

Serpentem æneum coluerunt Iudæi,& viuum Ophitę.ibid. p.549. Virga Moſis in Serpentem verſa,& è Serpente rurſus in virgam.quid indicet.ibid.pag.550.Inflicta Serpenti maledictio aptata Diabolo. l.5.c.25. p.550.Et Pſeudoreformatis. ibid.pag.551

Seruitus quid ſit ſecundum Iureconſultos. l.5.c.9.p.598

Sol cur ab Homero dictus παμφαης.l 4.c.1.p.383

Superbiæ ſigna quæ ſint. l.2.c.9.pag.102. Superbia Lutheri in libro aduerſus Regem Angliæ ſcripto.ibid.p 103. Quid ſui de eodem ſcribant ib.p.140. Caluini ſuperbia.ib.p.102

Sectatorum Caluini ſuperbia.ibid.pag.108. Quidnam Lutherus

therus & alii Hæreſiarchæ de ſuis diſcipulis dixerint.ib.
Synagoga Heliæ tempore florebat in tribu Iuda. l. 7. cap. 9. p. 663. Quo referenda ſit Heliæ quærela de paruitate Synagogæ. ibid.
Synodus Vapincenſis declarat quanta ſit inter Hugonotos diſſenſio. l. 2. c. 38. p. 210

T.

Templa veterum Deorum multis in locis in Sanctorum Baſilicas fuere conuerſa. l. 8. c. 5. p. 625
Terminus falſus Deus quomodo fabricaretur. l. 8. c. 6. p. 727 Quomoodo cultus fuerit ab æuo Numæ. ibid.
Noluit Terminus Ioui cedere, quid eo ſignificatũ. ib. p. 728
Idololatria Termini quo pacto orta ſit è Scriptura. l. 8. c. 7. p. Numa Terminum fecit Romæ Deum. ibidem. Idololatria Termini ab Hugonotis renouata. l. 8. c. 8. 732. & 733
Terra certis finibus & terminis à Deo deſcripta. l 8. c. 7 p. 730
Tyberius prohibuit in Africa infantium immolationem. l. 3 c. 25. pag. 337
Transſubſtantiatio omni tempore recepta in Eccleſia. lib. 2. c. 16. pag. 133
Trinitas nobiliſſimum noſtræ Religionis myſterium, quid de eo credamus. l. 3. c. 3. pag. 242. Summè execrandus error Caluini de eodem auguſtiſs. myſterio. ibid. pag. 242
In Sanctiſſima Trinitate vna eſt numero Eſſentia in tribus Perſonis. ibid. p. 243. Hæc oratio S. Trinitas vnus Deus miſerere nobis minimè placet Caluino. ibid. p. 245. Perſonæ in Trinitate ſunt tantum reſidentiæ ex Caluini doctrina. ibid. pag. 246. Trinitas non poteſt dici tripleune triplexuna quod tamen eſt auſus Bartaſius. l 3. c. 4 p. 248 Trinitatis myſterium non poteſt iuxta naturæ leges explicari. l. 3. c. 5. pag. 252
Trinitatem declarant nonnullæ veterum Patrum ſimilitudines. l. 3. c. 6. pag 254. In S. Trinitate non eſt dimidiatus vel titularis Deus. l. 3. c. 7. pag. 256. Eſt in Trinitate principium non temporis, ſed originis, & proceſſionis. ibidem pag 257 Quæ tenet opinio nullam fieri in Trinitate totius Eſſentiæ communicationem vnius Perſonæ cum altera, eſt contra Scripturam, & rationem l. 3. c. 8. p 258
Sancta Trinitas à S S. Dionyſio, Auguſtino, & aliis inuocatur. ibid. pag. 259. & 260

Digitized by Google

Turca eſt decies melior Chriſtianis Principib. ait Lutherus: l.3.c.33.pag.372

Turca antecurſor Antichriſti.l.3.c.33 p.375

V.

Vallæus Atheus à Caluino ſui Atheiſmi venenum hauſerat. l.3.c.12.pag.277.& 278

Venus quo pacto Dea libidinis habita l.5.c.1.p 474. Multa eius nomina,& ſimulachra.ibid.pag.472. Multæ de ea fabulæ.l.5.c.2.pag.476. Veneris templa.ibid pag.478. Vnde manarit Veneris cultus.l.5.c.2.p.475. Venus terreſtris. l 5.c.3.p.481. Quid Veneris, Martisq; fabula ſignificet.ib. pag. 481. Cupido,& Priapus filii Veneris,de falſa eorum diuinitate. l.5.c.4.pag 484. Quædam alia libidinis Idola ibid p.485. Diabolus ſtudioſus inſtaurator cultus Venenerei.l.5.c.6.pag 491. Duo Hæreſeum genera adinuenit, quarum vna ſecundas nuptias improbabat; altera penitus omnes vituperabat. ibid. pag. 492. Cur has Hæreſes contra ſanctum matrimonium inuexerit. ibid. p.493

Quo modo Diabolus hoc ſeculo Veneris cultum renouarit. l.5. c.7. pag 494

Veneris Idola vocalia apud Hugonotos. lib.5.c.13. pag.517. Sunt iis peiora quæ in templis Veneris viſebantur. ibid. pag. 518. Columbæ currus Veneris quomodo in templis Pſeudoreformatorum reperiantur. ibid. c.15. p.523. Cygni & cætera Veneris animalia.ibid.524.

Veritas eſt vna,mendacium autem varium & multiplex.l.2. c.7.pag.95.

Votum caſtitatis infringere, eſt ius Diuinum & humanum violare.l. 5.c.8.pag.500.& 501.

Vſura minimè prohibetur in Scriptura vt placet Caluino. l.5.c.21.pag.542. Hoc falſum eſſe demonſtratur. ibid.

Vſurarii Catholici longè differunt ab Hæreticis. ibidem pag. 543.

Vulpes Samſonis colligatæ Hæreticorum typi. lib. 2. c. 38. pag. 211.

F I N I S.

Errata aliqua propter exemplar non ita commode ſcriptum obiter admiſſa, Lector candide ſic corrige.

Pag.80. lin.1. ſcribe prærogatiua. p.86. linea 1. deprimeret. lin.10. voce.p.90.l.12.Meus.p.105.l.11. & 27. mouent. & l.16.excuſari. p. 124.l.11.contritione.p.127.l.18.habeatur.p.140.l.4.integras. p. 145. l.11.mouere. p.147. lin 5. transformat. p.148.l.16. Qua.p.152. l.5. optimorum.p.155.l.2.Nullam. l.12.Tenete.p.161.l.24.Thyeſtæ. p. 163.l.28.Vrbe.p.170.l.13.minitatum.p.171.l.18.ſeruirent.p.173.l.12. procedentes. & l.28.hunc actum ſacrilegum. p. 178.lin.18. cum.p. 179.l.18. & p.183.l.21. Chriſtiani. p.185. l.vlt.eorum. p.192. l.4.œſtro p.195.l.21.noſtri.p.196. l.agendo.l.23.volare. p 198.l.25.axiomatum.l.26.præconis.p.201.l.25errorum.p.204 l.27.nouos.p.205. l.30.volitetis.p. 211.l.9.ſuo.p.212. l.4.quærunt.p.214. l.16. Hæreſis.p.216. l.11. munera. p.220. l.10.directa. p.228. l.14.diſpicito. p. 229.l.1.inuiſibile.l.6.mihi. l. 12. diuulſa. l.21. exciderint.p.233. l.13. picta.l.15.cultuum.p.235.l.1. plurium.p.236.l.13 aſtricti.p.237. l.16. pectus.240.l.1.penates. l.23.domina. p.241.l.6.machinas. p.242.l. 18.fidei.l.13.hoc.p.244.l.30. ſani. p.247.l.1.tantis.p.251. l.4.quem. p.254.l.17.noſter ſe.p.272.l.18 gloriatur.p.275. l.29.qua. l.30. fecerat.l.31.infamari p.278.l.17.impietatis.l.30. præclaram. p.280.l.8. Quaſi.p.281.l.22.cuiuſmodi.p.283.l.1.patrato.l.7.Ariſtarcho.l.20. peiora.p.284.l.18.furiarum.p.285.l.21.operis effectum.p.289.l.23. mouentis.p.292.l.31.ſenſus. p 294.l.19. potuit. p 296. l.14. orta.p. 302.l.12.huius.l.15.vas.& l.23.ſicut.p.303.l 30.mille. p.308.l.6. habenas. p.321.l.14. expectet. p.324. l.11. dele in.p.331.l.23. dele ei. p. 332.l 15.torrentes.p.334.l.3.ſuoipſius. p.336.l.3.quia.p.337.l.12.Carthaginenſes. p.341. l.vlt. quam putatis religionem, ego. p.341.l.25. inauditam.p.349.l.4.generale. p.350. l.28.omnium.p. 351.l.3. crudelitatum.p.356.l.25.ea. p.361.l.Dominam. p.367. l.12.quaqua. p. 370.l.22.mouere.p.371.l.6.habetis.p.372.l.3.ire.l.vlt.ferrea, p.377. l.4.tentarent. p.386. l.penult. fundamentis.p.390.l.17. diuerſam & à ſua.p.393 l.18.ſanctiorique. p.394 l.12. concurſu. p.395.l.23.ſua. l.27.fraudum.p.399.l.28. ſermonis. p.404. l.3. pluris. p.401. l.11. blaſphemantis.p.412.l.15.non minuitur.p.420.l.18.quot in.p.424. l.21.Saluatorem.leg.ei. p 428.l.16.affecto. p.430.l.28. ſupplicij. p. 445.l.16.Deum.p.436.l.17.eum non ad vellenda.p.437.l.8.docentibus.p.438.l.19.ſycophantas.p.440.l.26.ſummam.p.442. l.2.inter ſe.p.462.l.qui,p 471.l.18. debilitatum. l.20. populus. p. 472.l. vlt.Scriptura,p.480.l.vmbras.p.483.l.6.variaq;.p.494. l.3.vniuerſa.p.496 l.4.cuius in galleri faſcia.p.50.l.13.confingitis. p.535.l.20. elingues.p.573.l.6.ſuus.p.591.l.1.Et p.648.l.exiguum.l 32.præſenti.p.722.l 2.quid.l.20.quos.p.724.l.8.fultus.p.728.l.29.coarctauit.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

9-3-3

Digitized by Google